ANNALEN DER ÄLTERN DEUTSCHEN LITTERATUR, ODER ANZEIGE UND BESCHREIBUNG...

Georgius Wolfgangus Panzer, Emil Ottokar Weller

Digitized by Google





Digitized by Google

LHO
00.B
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

~~OD~~

~~All~~

~~289~~ ~~LH~~

~~3-4~~

~~A2~~

LHO

OD. B

10

CA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



I Joannes Gutemberg.
II Joannes Faustus.
III Laurentius Costerus.
IV Aldus Manucius.
V Joannes Frobenius.

Digitized by Google

Digitized by Google

289 D-4
3091
A 1

ANNALES TYPOGRAPHICI

AB

ARTIS INVENTÆ

ORIGINE

AD ANNUM MD.

Operâ

MICH. MAITTAIRE A. M.

HAGÆ-COMITUM,
Apud ISAACUM VAILLANT.

M. DCC. XIX.

Digitized by Google

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'S HAGE.

Digitized by Google

HONORATISSIMO VIRO DOMINO

THOMÆ HERBERTO

COMITI PEMBROKIÆ

ET

MONTIS-GOMERICI &c.

NOBILISSIMI PERISCELIDIS

ORDINIS EQUITI

S. D.

MICHAEL MAITTAIRE.

Postquam binos de rebus Typographicis Commentarios in unâ urbe unâque Typographorum gente coarctatos edidissem; me sensim cepit inexplebile terminos angustiores egrediendi desiderium: Artisque imaginem vix satis adumbrâsse parvi ducens, statui totam illam, quanta est, contemplari; inventique tam nobilis originem, progressum,

Digitized by Google

sum, incrementa penitiùs exquirere. Cùm verò uberem materiæ copiam, implicitas divortiorum ambages, & semotas à notitiâ communi minutias Historiographis aut non omnino aut leviùs animadversas expendam; mihi negotium operosius temere suscipienti censuram ab omnibus justam gravémque vehementer metuo. Confitenti utique ignosci posse non despero; qui primâ rei facie illectus in eam statim impetu ferventis animi tam concitato misi me præcipitem, ut nec difficultatem viribus infirmis insuperabilem prævidere, neque pedem referre licuerit.

Quoniam igitur mihi veniam, opusculo præsidium alicunde orare oportet; Tuam, VIR NOBILISSIME, imploro fidem: nullum, quo me tuear, Tuo validius & oportunius occurrit patrocinium. Quamvis enim in re antiquariâ & litterariâ nemo familiariùs versatus sit, nemo possit æquiùs censorem agere; id tamen mite tibi innatum est ingenium, quod tyrones (quales sunt, si tecum conferantur, non pauciſſimi) gaudet docere magis quàm arguere. Proprio præterea quodam jure tuam sibi libellus hic pollicetur gratiam. Tu primùm stimulos addidisti: in frequentibus, quæ tecum nunquam habui, quin instructior abirem, colloquiis sæpius me submonuisti, unde lucubrationibus meis plurimum momenti & lucis accederet: crebrò tua, quod nescio an in ullâ aliâ repererim, suggessit bibliotheca: ad Te & ad hanc facilis semper patuit aditus. Ea placidæ frontis & naturæ singularis benignitas tuam temperat dignitatem, ne illius ultro illecebris invitatos hujus authoritas absterreat.

Si

Digitized by Google

DEDICATIO.

Si esset in epistolâ, COMES ILLUSTRISSIME, perorandi locus, quàm amplus hìc se campus daret ad laudem viri tot variis Rei-publicæ muniis honorificè perfuncti! Sed eorum, quæ supra meum captúmque & præsens institutum longè sita sunt, satagere non expedit, nec decet.

Liceat interim mihi (cui nihil æquè invisum est, ac, cujusquam demerendi causâ, venali linguâ pennâve loqui aut scribere, quod non sentiam) intimos pectoris sensus depromere, &, quid me potissimum ad tuæ amicitiæ culturam duxerit, aperire. Obsequium illud non prisca nobilitas, non longa titulorum pompa, clarúsque natalium splendor expressérunt: sed inhærens animo verè liberali, & generoso virtus ullis partibus servire turpiter nescia; idem inconcussus & sibi usque constans solidæ mentis tenor; omnium, quibus fortuna magna & potens sua plerumque tradit mancipia, vitiorum aversatio; firma morum incorruptorum probitas; universa rerum, quæ virum in suo summum genere ornant, peritia; insigne erga litteràs & litteratos studium: infracta adhuc cum sano corpore & mente (JUVENALI olim visa *in nobilitate prodigio par*) senectus; *vitæ*, qualem CATONIS fuisse perhibet LUCANUS, *ad supernas leges directæ* conscia. Hæc tibi Tua sunt, non tuæ Fortunæ dona; hæc omni præconio superiora, altum admirantis silentium potiùs quàm inanem verborum apparatum exigunt.

Quod supereſt, sine hoc quantulumcumque opus-

culum ſub Tui Nominis auſpiciis prodire, publicum grati clientis pignus & monumentum. Id ſi tuo ſteterit judicio, aliunde non erit, quod me teneat ſollicitum. Vale, DOMINE PRÆSTANTISSIME: Te tuæ Patriæ Deus Opt. Max. diu ſospitet.

Londini. 6to. *Cal. Nov.* 1718.

Digitized by Google

LECTORI S.

NIhil æquè, Lector, mihi displicet, quàm verboſior libri titulus, epiſtola, aut præfatio. Ille operis hujus & authoris ignobilis tenuitati, hæ patroni & lectorum dignitati minùs conveniunt. Hâc equidem ſuperſedisſem lubens absque pauculis, quæ præfari me neceſſariò oportebat.

Diu eſt, quum in privatum uſum librorum catalogum per annorum ſeriem à primâ Typographiæ origine ad nostra tempora deductum mihi conſcripſeram. Hunc amicus meus *Paulus* Vaillant, bibliopola non ignotus, homo cordatus ſummæque in eo negotio induſtriæ ac peritiæ, & de me ſæpius multis modis optimè meritus, ubi vidiſſet, optare cœpit, ut hujus argumenti nonnihil publicaretur; ſuadere, ut, quod mihi ſoli destinaveram, imprimi paterer; polliceri ſuis id omne ſumptibus ſe procuraturum. Rem ſtatim (utpote genio meo in hujusmodi ſtudia mihi jam dudum familiaria ſatìs prono convenientem, non ſinè doctorum, quos opus inchoatum continuandi authores habui, virorum hortatu) avidè amplexus, hunc tandem otii mei fœtum, rudem quantumvìs & impolitum ſuóque parenti ſimilem, candidi lectoris fidei & benevolentiæ permitto.

Quod libri titulum attinet; utinam propoſito munere tam bene me defunctum poſſem credere, quàm titulum rei à me tentandæ aptum mihi videor elegiſſe! Multum enim abeſt, ut huic materiæ pro ubertate ſuâ & varietate multiplici tractandæ parem vix quenquam in tantâ librorum & bibliothecarum copiâ

piâ vel maximè versatum, nedum me (si aliis in hôc litterarum genere exercitatis collatus fuero) prorsus tyronem, arbitrer. Horum tamen, qui quædam huc spectantia prælibaverunt, lucubrationibus, aliisque, quæ & domi & foris conquirere licuit, subsidiis instructus, quicquid in schedis distraxeram, collegi; redegi in annorum ordinem, quò meliùs laceræ istæ laciniæ cohærerent: & hoc Annalium Typographicorum tentamen potiùs quàm Annales Typographicos edidi.

Annalibus singulos librorum catalogos statis intervallis sic interposui, ut historiæ præcedenti catalogus proximè sequens respondeat. Ad infimas paginarum oras authorum librorúmve ipsorum loca ad illustrandas eorum editiones idonea aliáque notatu digna adjeci.

Librorum in his pars maxima oculatam fidem ex bibliothecis, quas publicas privatásve consului, acceperunt: reliqui catalogorum Scriptorúmque melioris notæ, quorum nomina ubique suis in locis inserui, testimonio nituntur.

Libros, qui momenti forsan levioris, argumentíve futilis aut frivoli fuisse severioribus humaniorum litterarum fautoribus videbuntur, complures infarcire sæpe sum coactus; sinè quorum notitiâ aut alicujus typographi nomen aut impressionis annus locúsque ignoraretur. Multijuga tamen rerum, quæ in latè patenti litteraturæ campo occurrunt, ratio; & penè infinita studiorum, quæ eadem neque omnibus nec omni tempore placere solent, varietas evincit, pauciſſimos ex veteribus illis libros esse, quos quasi prorsus inutiles abjici oporteat. Injuriâ negligimus sæpe aut præterimus, quicquid ad præsens conducere propositum non putamus; idem postea, cùm iisdem in studiis ex alio in aliud fiat vicissitudo ac mutatio, aut cùm ad alia se converterit animus, desideramus, & frustra requirimus: & alicubi potest nodus incidere, qui solvi non queat nisi libro vindice, qui hactenus pro vili & in nullo loco habebatur.

Publicam Regiæ Societatis Londini Bibliothecam perlustravi, quam magno rariorum & antiquiorum editionum numero

paucæ

Digitized by Google

paucæ æquant, ſuperant pauciſſimæ. Humanitatem miram, quâ Pariſiis Bibliothecas, Regiam inprimis, adeundi copia mihi data eſt, ſilentio diſſimulare non poſſum: neque in Annalibus viros illos in Anglià & dignitate & doctrinâ illustres tacebo, qui litterarias ſuas mihi gazas aperuerunt.

Capitalium uſus in horum Annalium Catalogis primam mihi cognitam aut Libri editionem aut Typographi Urbísque mentionem indicat.

Eam in nonnullis vocibus Orthographiam, quæ aut aliquando vitioſa, aut recentioris ſcripturæ conſuetudini minùs conſentanea videtur, retinendam tamen duxi, eò quòd antiquæ illius ætatis Scriptoribus magìs placuiſſe eam animadverterem. Porrò variam in aliquibus iisdem vocabulis, Propriis præcipuè, ſive pronuntiatu asperioribus ſeu à Teutonicâ plurimùm origine profectis orthographiam induxit ipſorum ſæpe Typographorum authoritas.

Quoniam autem hujus, quod molitus ſum, Operis ea eſt natura, ut tantùm ſe extendat, quantùm univerſa res litteraria; nunquámque igitur omnibus adeò partibus numeríſque expleri poſſit, quin multa indies ex locuplete illo ac inexhausto penu depromi queant nova & nondum vel paucis adhuc comperta; ſtatutum habeo, quicquid deinceps in meam notitiam perveniet, cum lectore φιλοβίβλῳ ſubinde communicare, meósque Annales, prout ſeſe dederit occaſio, repertis augere.

Litteratos porrò omnes enixè oratos velim, hosce mihi conatus opêrâ ſuâ adjuvent, ut, iis amicè monentibus, quodcunque erratum aut omiſſum ſenſero, illud corrigam, hoc ſuppleam: debitáque ſemper ac publica meis monitoribus à me referetur gratia.

Denique cùm hi Annales uno Volumine non potuerint comprehendi, plurimáque, dum Opus ſub prelo urgetur, innotescant; lectorem moneo, expectet, non modò ingens, quod unà cum Indicibus neceſſariis in horum tractatuum finem rejicietur, Supplementum; ſed & totius Operis, quàm potero,

* *

accu-

accuratam (ſecundæ enim plùs ſapiunt curæ) recognitionem; & frequentium, quæ meæ cùm inſcitiæ ac incuriæ tum à diſtante procul prelo abſentiæ condonabit æqui lectoris clementia, erratorum expurgationem.

Vale, lector; & in deviis flexuoſi itineris anfractibus ſæpiſſime aberranti ignosce.

Digitized by Google

ERRATA.

EX multis, quæ relegenti occurrerunt, erratis gravioribus, plurima in ſubſequenti tabulâ correxi; leviora, quæ que ad vocum ſtigmata aut prosodias tantùm ſpectant, nec lectorem morantur, omiſi. Reliqua, quæ mea partim indiligentia, partim ignorantia præterivit, eruditum & candidum lectorem pro ſuâ benevolentia condonaturum ſpero.

Numerus prior paginam, poſterior lineam indicat. n. notas ad imam paginam ſignificat.

Pag.	*lin.*		
4.	*n.* 4.	*lege*	infirmè
5.	31.		ALTERI
8.	17.		gradu
11.	*n.* 9.		*αυτοκάτορας*
23.	22.		cœptam neglectas
27.	19.		1465. SUBLA-
36.	2.		aliæ Nationes
47.	36.		tentandâ
49.	*n.* 10.		judice
50.	35.		*nostra*
52.	32.		MICHAELE
63.	*n.* 27.		*expoſitio*
66.	*n.* 2.		JOHANNES *de Spirâ.* CIC. EPISTOL. à ſe editas
67.	*n.* 9.		*pateret dux,*
72.	3.		Epitome
73.	*n.* 11.		recenſerem;
74.	6.		ſcientiarum
84.	14.	*dele*	ANTONIUS BARTELEMÆUS
97.	*n.* 27.		*Quas inter*
101.	*n.* 11.		*Vindelicor.*
113.	1.		Justiniani
118.	*n.* 10.		pag. 38.
119.	19.		*BONHOMME*
134.	12.		Coloniæ.
Ibid.	14.		& Nicolai Triveth:
139.	35.		ZANIS
142.	*n.* 12.		*Plurimum*
Ibid.	*n.* 18.		Amerbachius,
144.	27.		JENSON
145.	16.		muneribus
155.	14.		Agrippinenſis
158.	*n.* 8.		*Rheno*
160.	3.		Italica
175.	2.		*oppidi*
184.	18.		Demetriique
188.	22.	*lege*	CAPCASA
189.	*n.* 26.		profundis
193.	*n.* 3.		nemini —— idoneo —— inſtructo
195.	3.		ulli
197.	15.		GULIELMUM
199.	8.	*dele*	ANTONIUM
202.	6.		*JOANNIS*
204.	*n.* 2.		*Illustris*
205.	3.		Aquinatis
Ibid.	*n.* 7.		*Modoetienſem*
207.	18.		Phænomen.
211.	16.		Vindelic.
228.	15.		parœcia,
Ibid.	25.		præcurriſſe.
237.	22.		dedi
238.	*n.* 3.		quo
240.	2.		quaternionum
Ibid.	13.		THEOPHRASTI
241.	*n. ult.*		Pſalterio *Graco*
244.	*n.* 4.		Oedipo
247.	3.		Quaternionum.
249.	3.		*πεντάδιον,*
Ibid.	*n.* 22.		*βιβλίον,*
252.	*n.* 17.		*Hippolytum*
253.	*n.* 21.		*condita, quod vel*
254.	*n.* 32.		*undequaque*
256.	*n.* 7.		*ſit*
259.	*n.* 40.		*Per quos historias*
260.	*n.* 9.		*Fundit*
261.	*n.* 27.		*βικελίδα*
263.	16.		ISOCRATIS
269.	10.		COLOMESIUS
Ibid.	15.		*φιλανθίαν,*
284.	11.		*grandis* ab OVID. lib. 3. Triſt. *cubitum longa* à PLAUT.
Ibid.	*n. ult.*	*dele*	*Græcos authores c. 6.*

Digitized by Google

ERRATA.

Pag.	lin.	
285.	n. 2.	*lege emend. Gracos authores. c. 6.*
297.	5.	*Opera,*
298.	13.	*infallibili*
299.	n. 14.	Animalium historiam
302.	16.	*precibus*
Ibid.	n. 16.	*aliena pericula*
303.	n. 5.	facile fit.
305.	7.	BARTHELOT:
306.	n. 7.	1 Hujus mentio. 1494.
312.	n. 10.	*te non oportet*
318.	13.	*dele lineas* 14. & 15. & in not. (f) *confeſſo* usque ad *oportere.*
319.	7.	*lege* colle&tæ
320.	18.	Patav.
331.	26.	Aphrodis.
348.	23.	ZENOBII
368.	22.	*ejus, ut diutius*
380.	n. 11.	*ſpatia.*

ANNA-

Digitized by Google

ANNALES TYPOGRAPHICI.

ANnales Typographicos ſcripturus mihi videor univerſam totius Rei litterariæ Hiſtoriam moliri : opus equidem eruditis omnibus gratum & laudabile, ſed difficile & arduum ; cuſque pro ipſius dignitate & amplitudine tractando ac peragendo ingenioli mei vires exiguas & anguſtas ſatis ſcio nunquam pares futuras. Haud tamen omnino imparatus ad hanc provinciam accedo, in quâ rectè adminiſtrandâ quantum laboris ſit exhauriendum, mihi jam dudum meditatum eſt ; etſi, Poëtâ teſte, * *qui ſua pondera metitur, ferre poſſit*, tanto minùs ſub ponderibus, queis meos humeros ſuppoſui, illa quàm gravia ſint, hi quàm debiles, minimè neſcius, animum deſpondeo. In eâ arenâ memet antea præmenſus plùs ſemel exercui, & nonnihil de Typographicis rebus in STEPHANORUM celebriorúmque aliquot Typographorum PARISIENSIUM Hiſtoriâ prælibavi. Nunc non intrà unius ævi regnive terminos Artem nobiliſſimam publico omnium ætatum regionúmque bono natam concludere ſtatui : ſed illam, quaqua patet per totos orbis eruditi fines, ſpectandam exponere ; & à primâ usque origine, quacunque longè latéque ſtirpem propagavit, ad noſtra propè tempora deducere. Ignoſcet interim mihi candidi Lectoris benevolentia, ſi in itinere nondum calcato & longiſſimo cespitaverim ſæpius, aut aberraverim duce & face prævià deſtitutus. Id aliquantulum utique laudis, ſicubi bene ; aut ſolatii, quoties malè iter propoſitum inſtituerim, mihi forſan fuerit, quòd, ſi ultrà non datur, prodierim tenus, & (neſcio an juſto audaciùs) præiverim. Erit aliquando, utì & ſpero & percupio, qui pluribus & majoribus adjumentorum copiis inſtructus, Bibliothecarum in variis EUROPÆ partibus hinc indè ſparſarum ſupellectili curioſâ locupletatus, familiari frequentíque virorum doctorum conſuetudine uſus, plenâ totâque lampade hos, quibus meam hanc exilem faculam prætuli, illuſtret Annales, expleat lacunas, elucidet dubia, omnibus demum numeris opus abſolvat ; quod homo privatus & ignobilis, in obſcurâ inopis Muſêi umbrâ abditus, informe, lacerum & imperfectum reliqui.

Respublica Litteraria non minùs varias, quàm ROMANA, experta eſt vices ; diverſas hæc & illa ætates habuit. AUGUSTO imperii clavum

A

* MARTIAL. Lib. 12. Epigr. 89.

vum tenente, toto orbe pacato, robusta tum quædam fuit litterarum æquè ac regni maturitas; suus artibus & scientiis constitit juventæ vigor, & honos patrocinii; ad id demum culmen & imperium & litteræ pervenerant, ut deesset, quò ulteriùs progrederentur. Sed nihil difficilius, quàm diu in summo apice consistere. Ab AUGUSTO CÆSARE paulatim per gradus lapsa est cùm imperii, tum litterarum majestas, donec tandem utraque per Imperatorum inertiam & Litteratorum inopiam consenuit. Quàm atra per longum annorum spatium ignorantiæ nox EUROPÆ incubuerit, quàm crassa in solidæ eruditionis locum successerit barbaries, quàm stupidum & ARCADICUM pectus Musarum pulsarum sedem occupaverit, sanus nemo est, cujus animus meminisse non horreat. Tenebras adeò profundas & jamdiu inveteratas discutiendi spes affulgebat minima, nisi opacæ, quâ litteræ miserè afflictæ penitus mergebantur, caligini solem Θεὸς quidam ἀπὸ μηχανῆς immitteret. Rebus tandem desperatis Deus auxilium attulit; reducésque solis radii cœlum & diem, quem nigræ nubes eripuerant, mortalibus attonitis restituerunt. Litteris reditum postliminio parantibus viam stravit & aperuit demissa quasi cœlitus in commune generis humani subsidium TYPOGRAPHIA. Unus antea forsan alterve, & hi quidem rari, in vasto ignorantiæ gurgite nantes apparebant, qui litterarum amore excitati obstantia sibi impedimenta labore improbo vigiliíque industriâ vix eluctari conarentur; sed hactenus irritus paucorum, ad quos res redierat, adversùs torrentem conatus opem ferè plusquam humanam postulabat. GRÆCÆ ignorabantur aut prorsus negligebantur litteræ; hinc manaverat horrida in LATINIS balbuties: optimi veteres, qui tanto malo remedium soli adhibere poterant, desiderabantur Authores, quorum vel nesciebantur nomina; & opera situ & pulvere cooperta sæpe in angulis jacebant ignota, sæpe mercibus vilibus amiciendis inserviebant. Hinc manuscriptorum Codicum penuria; sicubi qui occurrerent, aut apud legendi imperitos nullo erant in pretio, aut à peritis, cùm forte noscceretur pretium, nonnisi multo ære redimendi. Bibliothecas quidem celeberrimas & copiosas viri multi olim docti & opulenti instituerant. Sed quotocuique ad hos thesauros patebat aditus? Ecquis auro vel argento color, nisi usu splendeat? Ecquod in lucernis sepulchralibus beneficium? Quò congesta tot & incvoluta disciplinarum Volumina, scriniis inclusa, nisi in discentium manus veniant? Præterea unius, ubi unica quædam alicujus Authoris reconduntur Exemplaria, Bibliothecæ, si quo interierit casu, unde resarcietur damnum? * Millia ferme Voluminum septingenta à PTOLEMÆIS Regibus collecta, omnia priore bello ALEXANDRINO incensa sunt; unóque momento multorum annorum, sumptuúmque periit

* POLYD. VERGIL. de Invent. Lib. 2. cap. 7.

Digitized by Google

periit labor. Quàm repentina & improviſa clades auri montibus non reparanda! At quæ una tantam ruinam ſublevare & ſupplere potuiſſet, nondum nata erat TYPOGRAPHIA: Ars illa ingenioſa, quâ non alia unquam extitit cæteris Artibus promovendis & quibuscunque rebus peragendis utilior: novum ſcribendi genus, ubi ſolers unius ſcribæ manus mille linguarum, mille calamorum officium implet: mirum hoc characterum mobilium artificium, quo litteræ è ſuis ſingulæ cellulis evocatæ & quaſi animatæ ita ſimul conſpirant, ut ſeſe tam facilè & citò in quotvis Exemplaria multiplicent. * *Tantum uno die ab uno homine litterarum imprimitur, quantum vix toto anno à pluribus ſcribi poſſit. Unde adeò diſciplinarum omnium magna librorum copia ad nos manavit, ut nullum ampliùs ſuperfuturum ſit opus, quod ab homine quamvis egeno deſiderari poſſit.* Ignota tot ab ultimâ usque Mundi antiquitate ſapientibus viris litterarum ratio! quæ præteritæ ſimul ætati ac futuræ conſulit, tam felicia utriusque exercens commercia, ut ne ſit illa huic ignota, illius hæc ignara: quam qui primus excogitavit, eo, qui eas & earum figuram adinvenerat, vix minor habeatur. Divinum certè inventum! quod æterna illa Mens, cujus vis per artus infuſa molem agitat, quâ agitante caleſcimus, quæ omnium Artium & Scientiarum notitiam menti humanæ inſinuaverat, ſuggeſſit, ut eædem Artes & Scientiæ per hominum inertiam multis jam retro ſæculis intermortuæ non modò reviviſcerent, ſed ad ſeram poſteritatem cœleſtium horum Codicillorum authoritate conſignatæ & tabulis legatæ deſcenderent, & ab interitu deinceps vindicarentur. Vereor autem, ne Typographicæ Artis admiratione raptus in ejus laudibus, ad quas pro dignitate dicendas meæ vires non aſſurgunt, jam diutius, quàm par erat, lectorem moratus ſim. Ad id, quod inſtitueram, properandum eſt, & in Typographices originem primùm inquirendum.

Typographiæ originem disquirenti haud adeò facile eſt primam illius epocham figere. Bona plurima ſentimus, quorum prima ignoramus initia: NILI, qui arenâ ÆGYPTUM fœcundat, fontes occultantur. In re tamen quantumvis incertâ, licet in medium proferre, quantum animi conjecturâ colligere poſſumus. Cavere interim oportet, ne Artis primùm excogitatæ tempus cum ejusdem poſtea productæ & foras emiſſæ tempore confundatur. Non enim tota ſimul nata eſt, ſed ſuccrevit paulatim per partes; diúque, dum formabatur, quaſi in utero delituit, donec tanti momenti fœtus, quem enitendo nonniſi plures anni ſufficiebant, in lucem maturus tandem ederetur. Tantæ erat molis rem fundare litterariam.

Plerique bonæ fidei † Scriptores id ferè conſentiunt, anno circi-

* POLYD. VERGIL. de Invent. L. II. c. 7. 71, &c. MENTEL. de ver. orig. Typo-
† Lege MALINKROT. p. 8, 10, 13, graph p. 6. &c. inſcriptio tamen COSTE-

RI

ter 1440. de Arte illâ primùm cogitatum ; eámque tum mente solâ conceptam penſitatámque , omni deinde inſtrumentorum , quæ opus eſſent , ſupellectile comparatâ , per varios annorum non paucorum conatus, poſt multas ſubinde abortiones, & eluſa nonnunquam , ad ſucceſſum aliquando feliciorem perducta tentamina, ematuruiſſe tandem ; &, poſtquam ſe ex his involucris expediiſſet , anno 1457. aſſiduo labore & conſtanti induſtriâ obſtetricantibus , exortam fuiſſe. [1] Quicquid ante hunc annum impreſſorum librorum à quibusdam venditatur, non temerè admittendum eſt in Artem Typographicam. Hæc hujusmodi multa opera ad Artem aliam referenda ſunt , Sculpturam ſcilicet , jam diu cognitam & uſu creberrimo frequentatam : quam uti Typographicæ adinveniendæ (quum humani ingenii ſit mos aliam rem ex aliâ cogitare) anſam dediſſe non ægre negaverim , ita ab eâ differre prorſus affirmo , quantum characteres mobiles , quibus hæc , à fixis , quibus illa utitur , discrepant. Si rectè æſtimetur , quæ fuerit difficultas, quantum laboris & tædii , in fundendis tot typorum ſeparatorum Alphabetis , quot ſatis eſſent ad excudenda illa librorum , [2] qui ante & paulò poſt annum 1460. prodierunt , ingentia volumina ; in explorandâ porro eorum jungendorum & digerendorum in diſtinctas voces cum juſtis linearum interſtitiis ratione ; aliisque , quæ ad operis cultum & nitorem neceſſaria viderentur , procurandis : Si editionum non modò in chartâ ſed [3] pergameno peractarum examinetur elegantia : Si obſervetur inſuper inventores primos id clàm habuiſſe , omnésque ſecreti conſcios , [4] religione etiam jurisjurandi interpoſitâ , excluſiſſe , ideóque vastæ molis Opera perpaucis operariis fuiſſe

RI infrà notata præfert ànnum 1430. & BOXHORNIUS affirmat COSTERUM anno 1420. prima hujus jeciſſe fundamenta , Rabbinico teſtimonio infirmi nixus. Conſule MALINKROT. p. 72. & LA CAILLE. p. 6 , 7. & JOLY dans ſon Voyage de MUNSTER. p. 125 , 126. &c.

1 Lege quid de [Catholicon] Vocabulario à TRITHEMIO citato , DONATO, & JOSEPHI SCALIGERI Pſalterio , aliisque hujusmodi ſcribit CHEVILLERIUS, p. 6, 7, 19, 20, 21, 22, 23. Hujusmodi enim opera tabulis imprimebantur , non typis mobilibus excudebantur ; & Ars illa non verè Typographica , ſed figillaria potiùs vocanda eſt , quæ diutiſſimè mundo innotuit , quâque SINENSES uſos memorant Hiſtorici. MALINKROT. p. 2. ex ANGEL. ROCCH. citat hæc: *Typographica ars, quæ dicto in regno exercetur , diſtat à noſtrâ. Ea enim non habet characteres ex plumbo ac ſtanno conflatos , quibus utuntur noſtrates , ſed in tabulis inſculptos , quales nos interdum effingimus , cùm figuras in tabulis ligneis vel laminis æreis incidendas curamus.* Vide LA CAILLE. p. 6, 7, 8. Sed (uti notat CHEVILL. p. 8, 9.) Biblia primum fuit Typographiæ perfectæ opus , quamvis annus ſit incertus ; & antecedit , quicquid anno notatum prodiit. Quod quidem conſtat ex Chronici HIRSAUG. loco infrà allato.

2 DURAND. Rational. 1459. Bibl. vulg. 1462.

3 DURAND. Rational. & Bibl. vulgat. & CICER. Offic. 1465. & JUSTINIAN. Inſtitut. 1468. &c. Chartam Pergamenam adhiberi , ut faciliùs pro Manuſcriptâ venderentur , putat LA CAILLE p. 9.

4 MALINKROT. p. 14. ex MUNSTER. Et p. 22. ex HENRIC. PANTALEON. *Litteras in ſacculis clauſis ſecum in officinas ferebant , ac dum abeunt , auferebant* &c.

Digitized by Google

fuisse concredita : tantum abest, ut quis suspicetur Typographiæ inventæ annum 1440. ab Anno 1457. quo prima ejus opera vulgari cœperunt, longiùs removeri; ut potiùs mirum sit ab inventione rudi ad usum tam promptum, ab inchoato vix tyrocinio ad exercitia tam luculenta, ab ipsis incunabulis ad ætatem penè firmam tam celeriter & sensim festinâsse; quasi eodem, quo nata est, tempore videri adulta voluisset.

Ab inventionis origine ad ejus locum & ipsius Inventores transeundum est. Origini tenebras offuderat diuturnum, quo sua tentamenta primi Artifices celaverant, silentium. Opinionum de loco & Inventoribus varietatem peperit æmulatio, qualis olim HOMERI patriam incertam reddiderat. Inventi tam utilis & ingenioſi gloriam Urbes quædam aliis invidentes, unicam hanc suis civibus laudem ut asserrent, suos omnes nervos contendebant, singulæ historicos nactæ fautores, qui eam genti, cui favebant, argumentis astruere conarentur.

HARLEMUM, HOLLANDIÆ Urbs, suo LAURENTIO JOANNI, cognomento Ædituo, seu juxta alios COSTERO cum ipsius genero THOMÂ PETRO Artis inventionem vendicat, astipulantibus [1] ADRIANO JUNIO, PETRO SCRIVERIO, MARCO ZUERIO BOXHORNIO, aliisque maximè BATAVIS Scriptoribus, & inscriptionibus his sub COSTERI effigie ad ejusdem domum duabus appictis.

MEMORIÆ SACRVM
TYPOGRAPHIA
ARS ARTIVM OMNIVM
CONSERVATRIX
HIC PRIMVM INVENTA
CIRCA AN. CIↃ CCCCXL.

[1] VIRO CONSVLARI
LAVRENTIO COSTERO HARLEMENSI,
ALTERO CADMO
ET ARTIS TYPOGRAPHICÆ
CIRCA ANNVM DOMINI M. CCCCXXX.
INVENTORI PRIMO
BENE DE LITTERIS AC
TOTO ORBE MERITO
HANC Q. L. Q. C. STATVAM,
QVIA ÆREAM NON HABVIT PRO MONVMENTO,
POSVIT CIVIS GRATISSIMVS.

1 MALINKROT. cap. 3. LA CAILLE, p. 5, 6. CHEVILL. p. 2.

2 De Anni differentiâ lege, quod suprà dictum est ad Pag. 3. Numer. 1.

Hujus cauſæ defenſores id ſcilicet comminiſcuntur, quendam ex COSTERI operarum miniſtris (JOANNEM FAUSTUM ſiniſtre innuit JUNIUS) hero infidum, inſtrumentorum ſupellectile convaſatâ ipſis CHRISTI Natalium Vigiliis, AMSTELODAMUM primò, dein COLONIAM AGRIPPINAM, indè MOGUNTIAM confugiſſe.

In aliam itur ſententiam à [1] JACOBO Carmelitâ & [2] JACOBO MENTELIO, qui totam ſolámque laudem ARGENTINAM ad JOHANNEM MENTELIUM transmovent, fulti authoritate ARGENTINENSIS Chronici, ubi legitur, Anno 1440. *Typographiam* Strasburgi *inventam à* Johanne Mentelio, *cujus famulus* Johannes Genſfleich *vocatus, & ille* Moguntinenſis, *cum* Johanne Gutembergio, *populare ſuo, ſe ſocians, qui jam de Arte quidpiam ſubodorabatur, ſecreta, quæ à patrono fuerat expiſcatus, detexit; eos, cùm impune* Argentorati, *ubi eſſet Inventor, nomen conſequi non poſſent*, Moguntiam *profectos.* Additur præterea [3] JOHANNEM GENSFLEICH oculorum tandem damno perfidiæ pœnas exolviſſe, & JOHANNEM MENTELIUM Equitem & Patritium à Cæſare, mercedis loco, adjectis novis inſignibus condecoratum.

Neglectis his duabus ſententiis, neotericis utpote & ex præjudicio ac invidiæ malignitate ortis, in aliam illis longè antiquiorem & univerſis prioris ætatis Typographicæ Arti coævæ ſuffragiis nixam conſenſerunt turba [4] Authorum & [5] Chronicorum maxima; quam ſententiam ipſis explicabo verbis, [6] quibus in Chronico HIRSAUGIENSI à TRITHEMIO, Anno 1514. biennio ante ſuam mortem, ſcripto repræſentatur.

[7] *His temporibus in civitate* Moguntinâ Germaniæ *prope* Rhenum, *& non in* Italiâ, *ut quidam falſò ſcripſerant, inventa & excogitata eſt Ars illa mirabilis & priùs inaudita imprimendi & characteriſandi libros per* Johannem

1 CHEVILL. p. 3.

2 In Libro de verâ Typographiæ origine. p. 6.

3 MENTEL. p. 58, 102. Attamen p. 54. ex WIMPHELENGIO affert (uti etiam MALINKROT p. 16.) JOANNEM GENSFLEICH *ex ſenio cæcum fuiſſe.* p. 56. Nomen GENIFLEICH Wimphelengius ANSICARUM Latinè reddit.

4 Lege MALINKROT. c. 2. & 4. CHEVILL. p. 2.

5 Chronic. SPANHEIMENS. Et HIRSAUG. & COLONIENS. MALINKROT. p. 7. & 37.

6 CHEVILL. p. 4, 5.

7 TRITHEMIUS in Chronic. SPANHEIM. & HIRSAUG. utitur hâc verborum formulâ *his temporibus*, quaſi de anno non ſatis certus. CHEVILL. pag. 5. Idem CHEVILLERIUS p. 8. & MALINKROT. p. 37. Ex Chronic. COLONIENS. aſſerunt hæc. *Ars hæc Typographica inventa omnium primùm in* Germaniæ *urbe* Moguntiâ *eſt ad* Rhenum *circa annum* 1440. *& ab eo anno donec ſcriberetur* 1450. *inventioni ejus eorumque, quæ ad illam pertinent, opera impenſa fuit; eóque anno, qui Jubileus fuit, cœptum fuit libros imprimere: primúmque qui excuderetur liber, Biblia fuere Latina, impreſſáque ea ſunt ſcripturâ grandiori, quali hodie Miſſalia ſolent imprimi.*

Digitized by Google

nem Guttenberg *civem* Moguntinum; *qui, cùm omnem penè ſubſtantiam ſuam pro inventione hujus Artis expoſuiſſet, & nimiâ difficultate laborans jam in iſto jam in alio deficeret, jámque propè eſſet, ut desperatus negotium intermitteret, conſilio tandem & impenſis* Joannis Fuſt *æquè civis* Moguntini, *rem perfecit incœptam. Imprimis igitur Characteribus Litterarum in tabulis ligneis per ordinem ſcriptis, formiſque compoſitis, Vocabularium*, Catholicon *nuncupatum, impreſſerunt: ſed cum iisdem formis nihil aliud potuerunt imprimere, eò quòd Characteres non fuerunt amovibiles de tabulis, ſed inſculpti, ſicut diximus; poſthæc inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, invenerúntque modum fundendi formas omnium* Latini *Alphabeti litterarum, quas ipſi matrices nominabant, ex quibus rurſum æneos ſive ſtanneos Characteres fundebant ad omnem preſſuram ſufficientes, quos priùs manibus ſculpebant: & revera, ſicuti ante* 30 *ferme annos ex ore* Petri Opilionis de Gernsheim *civis* Moguntini, *qui gener erat primi Artis Inventoris, audivi, magnam à primo inventionis ſuæ hæc Ars impreſſoria habuit difficultatem. Impreſſuri namque Bibliam, priusquam tertium compléſſent in opere quaternionem, plusquam* 4000 *florenorum expoſuerunt.* Petrus *autem memoratus* Opilio *tunc famulus, poſtea gener, ſicut diximus, Inventoris primi* Joannis Fuſt, *homo ingenioſus & prudens, faciliorem modum fundendi characteres & Artem, ut nunc eſt, complevit. Et hi tres imprimendi modum aliquandiu tenuerunt occultum, quo usque per famulos, ſinè quorum miniſterio Artem ipſam exercere non poterant, divulgatus fuit in* Argentinenſes [1] *primò, & paulatim in omnes Nationes. Et hæc de impreſſoriâ mirâ ſubtilitate dicta ſufficiant, cujus Inventores primi cives* Moguntini *fuerunt. Habitabant autem primi tres Artis impreſſoriæ Inventores,* Joannes *videlicet* Guttenberg, Joannes Fuſt & Petrus Opilio *gener ejus* Moguntiæ *in domo* Zum-Jungen *dictâ, quæ deinceps usque in præſens Impreſſoria nuncupatur.*

Denique ſi omnia hæc paulò attentiùs animadvertamus, plura certè reperientur, de quibus tres ſententiæ modò allatæ conveniunt, quàm de quibus litigant. Nulla de primo inventionis anno differentia: tum de loco nulla eſt, quin MOGUNTIÆ primùm Ars (nihil antè aliud quàm embryo fœtúsque informis) membris ſuis omnibus expreſſa in lucem exierit, cámque tres illi ſuprà memorati ibidem poſt Annum 1450. exercuerint, controverſia. De FAUSTI furto & perfidiâ ità ambiguè & (quod minimè Hiſtoricum decet) ſuſpicioſè ſcribit JUNIUS, ut magis velle id credi, quàm probare, videatur. Ipſum ARGENTINENSE, quo JACOBUS MENTELIUS JOANNIS MENTELII partes tuetur, Chronicon diſertè aſſerit, JOHANNEM GUTEMBERGIUM jam de Arte quidpiam ſubodoratum, antequam JOHANNES GENSFLEICH MENTELII arcana ei detexiſſet. Rixan-

1 ARGENTINA tamen (quantum ſcio) non fuit prima urbs, unde poſt MOGUNTIAM libri cuſi prodierunt.

Rixantur autem, ac in eo disputant, hi ARGENTINÆ à MENTELIO, illi HARLEMI à COSTERO de [1] litteris in tabulas insculpendis potiùs quàm per mobiles fusilésque typos excudendis cogitari cœptum. Et per me licet disputent, donec libri proferantur antiquiores, quàm qui exstant MOGUNTIÆ excusi, quíque Urbem [2] MOGUNTINAM à Deo singulari hôc dono dignatam cæterísque terrarum Nationibus prælatam fuisse gloriantur, nemine interim quicquam tunc, cùm maxime (si id falsum foret) oportuit, uspiam refragante, aut ullam litem de plagii injuriâ sibi illatâ intendente; ex quibus certum est, GUTEMBERGIUM, FAUSTUM & OPILIONEM Arti in lucem prodeunti MOGUNTIÆ manum ultimam & coronidem imposuisse, & absque his, quicquid & COSTERUS & MENTELIUS aut tentárunt aut tentâsse dicuntur, parum admodum proficere potuisse.

JOHANNES GUTEMBERGIUS [3] ARGENTINÆ natus, quo fuerit ordine, nobilíne an ignobili, ambigitur. [4] Sunt, qui in equestris dignitatis gradus collocant: [5] alii aurificem credunt. Et hunc sanè, si natura noluerit, Ars potuit nobilitare. ARGENTINÂ MOGUNTIAM migravit; Et MOGUNTINÂ civitate donatus ibi fixit suarum fortunarum sedem; meruítque hanc, [6] quâ ipsius domus anno 1507. insignita est, inscriptionem.

JOANNI GVTTEMBERGENSI
MOGUNTINO, QUI PRIMUS OMNIUM
LITTERAS ÆRE IMPRIMENDAS INVENIT,
HAC ARTE DE ORBE TOTO BENE MERENTI,
YVO VINTIGENSIS
HOC SAXUM PRO MONUMENTO POSUIT.

PAULUS Pater (in suâ *De* Germaniæ *miraculo*, *Typis Litterarum*, *Dissertatione*; quæ GEDANI anno 1709. edita in 4. prostat LIPSIÆ apud

1 MALINKR. p. 29. LA CAILLE, p. 6.
2 Lege postea subscriptiones librorum à Typographis illis MOGUNTINIS excusorum.
3 MELCH. ADAM. in *Vit.* German. *Philos.* & LA CAILLE, pag. 8. & MENTEL. p. 19. ex WIMPHELING. *Primus* Gutembergius *impressoriam Artem* Argentinæ *invenit*, *inde* Moguntiam *veniens eandem feliciter complevit*. ANTONIUS WOOD, Antiquarius OXONIENSIS, scribit eum habuisse duo nomina, TOSSANI & CUTHENBERGI. Eum errâsse in describendâ Typographiæ origine probat CHEVILLERIUS p. 24, 25. MELCH. ADAM. in loc. citat. ad margin. *Sunt qui* Petrum Gutemberg (uti PAULUS LANGIUS in MALINKROT. p. 15.) *sunt qui* Jacobum *nuncupant*; (uti SIMON MAIOLUS in MALINKROT. p. 73.)
4 MALINKROT. pag. 78. MELCH. ADAM.
5 MENTEL. pag. 6. ex Chronic. ARGENTINENS. Et quid obstat, quin aurifex equestri loco ortus fuerit.
6 LA CAILLE, p. 9.

Digitized by Google

apud Jo. Frider. Gleditsch & filium) ſcribit [*p.* 9.] *in nobili* Argentorato, *Mathematici* Regiomontani *conſilio, memoranda hæc auſa* Johannem Gutembergium *ſuſcepiſſe, inſumptáque magna pecuniæ vi (erat enim perdives) tentáſſe primium ibidem rem variis experimentis, ab anno nimirum* 1440. *poſtea verò circa annum* 1450. *in vicinam* Moguntinenſem *Civitatem commigráſſe, atque ope* Johannis Fauſti, *qui &* Fuſtus *itémque* Gensfleich *dicitur, feliciter tandem perfeciſſe.* Et [*pag.* 4.] Theodori Zwingeri Petríque Rami authoritate ſe tuetur: quos Mallinkrotius (*in ſuâ Diſſertatione*, p. 75.) notat *deceptos loco ex* Purbachii *tabulis malè intellecto, quæ non dicunt ab ipſo* Regiomontano, *ſed tempore ejus novam hanc imprimendi Artem fuiſſe tentatam.*

Johannes [1] Fust ſive [2] Faustus, ortu Civis Moguntinus, in Arte promovendâ adjutor Gutembergio [3] poſt immenſos ſumptus in eam rem factos penè fracto & animum propè deſpondenti commodè ſubvenit; vetuitque, ne id, quod tam feliciter excogitatum tam magno pretio ſteterat, & ex quo, ſi ſuccederet, tanta & tam publica futura eſſet utilitas, eventu ſperato fruſtraretur. Itaque cum Gutembergio conſilia ſua conſociavit, communicavit impenſas, [4] typósque ſingularios, præcipuum artificii inſtrumentum, [5] ex ligno primitus factos, ex ære primus efformavit.

[6] *In exercendâ hâc novâ Arte Operis quibusdam uſus eſt* Fauſtus, *in quibus fuit* Petrus Schoeffer Gernsheimenſis, [7] *Clericus diœceſis* Moguntinæ; *qui, cùm Heri ſui inſtitutum percepiſſet, magno illius Artis ſtudio incenſus eſt, &, quia ingenio valebat, animum ad illam amplificandam adjecit, ac ſingulari Dei inſtinctu rationem inivit, quâ characteres matrici, ut vocant, inciderentur, & ex eâ funderentur. Alphabeto hôc modo inciſo, characteres inde fuſos Hero ſuo oſtendit, quibus ille usque adeò exhilaratus eſt, ut ei protinus filiam unicam* [8] Chriſtinam *desponderet, ac paulò pòſt in uxorem*

1 Sic vocatur in ſuorum Librorum ſubſcriptionibus.

2 Sic Latinè appellatur. Joannis Fausti agnatus Jacobus Faustus Aurifaber Conſulem egit Moguntiæ anno 1462. Malinkrot. in additiuncul. ad pag. 73. *Typographicæ reperterem* Gutembergium *alii, alii* Fauſtum *conſtituunt, alii utrumque conjunxunt.* Malinkrot. pag. 73. Præterea eſt, qui illum tacit hujus miniſtrum; alii hunc illius adjutorem ſtatuunt, quorum quidam addunt Cooperatorem Johannem Medinbachium, (uti Melch. Adam.) quidam Johannem Gensfleich. Malinkrot. p. 74. 14.

3 Lege Chronic. Hirsaug. priùs citatum.

4 Malinkrot. p. 80.

5 Idem ibid. Et Melch. Adam. *deinde ex orichalco, tandem ex ſtanno.*

6 Malinkrot. pag. 78. ex Salmutho.

7 Sic vocatur in ſubſcriptione editionis Durandi 1459. Quidam eum appellant Ivonem Schoeffer. Malinkrot. pag. 20, 22, 36. Quidam hunc Petrum Artis inventorem ſcribunt; nonnulli corruptè Gernesum, aut Gesnerium nominant; ſunt, qui ei patriam non Gernshemium Haſſiacæ ditionis oppidum, ſed Augustam manifeſto errore tribuunt. Malinkrot. p. 74.

8 Malinkrot. p. 15. Lege etiam poſtea ſubſcriptionem edition. Breviar. Trithem. Hiſtor. Ann. 1515.

Digitized by Google

rem daret. Quamvis autem etiam in hôc genere characterum aliqua difficultas oborta esset, propterea quod materia mollior esset, quàm ut pressuræ resistere posset, tamen mox ejusmodi mixtura inventa fuit, quæ vim præli aliquandiu sustinere potuit.

[1] Atramenti impressorii inventionem SCHOEFFERO alii, alii GUTEMBERGIO tribuunt. Sic collatis singuli symbolis junctisque omnes unà copiis hi Triumviri Rei Typographicæ naviter curandæ incubuerunt, donec dissidium inter GUTEMBERGIUM FAUSTÚMque peperit nimia lucri, quâ nulla potentior in odiis inter consortes & amicos conflandis causa est, aviditas. De hôc dissidio facit mentionem [2] HENRICUS SALMUTH, qui in iis, quæ ad GUTEMBERGIUM spectant, à [3] Chronico HIRSAUGIENSI dissentit.

[4] *Eodem tempore* Moguntiæ *commorabatur* Johannes Gutembergius *honestis parentibus natus, qui proximè* Fausti *ædes habitabat. Hic cùm animadvertisset insignem hanc Artem Typographicam, non solùm omnium ore passim celebrari, sed etiam admodum lucrosam esse, familiaritatem cum* Fausto *contraxit, &, quia opulentus erat, pecuniam ei ad sumptus necessarios obtulit. Quod* Fausto *minimè ingratum fuit, quandoquidem comperiebat sumptus, quos in eam Artem faciebat, quotidie crescere, & tunc opus chartâ Pergamenâ imprimendum sub manibus habebat. Quapropter cum* Gutembergio *convenit & pactus est, ut quicquid in illud opus impenderetur, communi utriusque lucro vel damno cederet. Quoniam verò* Faustus *plus insumpserat, quàm* Gutembergius *necessitatem postulâsse arbitrabatur, hic dimidiam suam partem exsolvere detrectavit; quâ ex re cùm lis orta esset, alter alterum* Moguntiæ *in jus vocavit, ubi partibus auditis pronunciatum fuit: Si* Johannes Faustus *interposito juramento affirmare posset, omnem pecuniam, quam mutuam sumpsisset, in commune opus erogatam, non autem in proprios usus conversam fuisse;* Gutembergium *ad solvendum obligatum esse. Cui sententiæ* Faustus *paruit, sicut ex archetypo instrumenti, quod etiamnum superest, & anno* 1455. 6. Nov. *à* Johanne Ulrico Helmospergero *Notario eâ de re confectum fuit, liquidò demonstrari potest. Unde evidenter apparet* Gutembergium *nequaquam Artis Typographicæ Inventorem & primum Authorem esse, sed aliquot annis post quam ea inventa fuisset, à* Johanne Fausto *in consortium adscitum, pecuniam ei suppeditasse. Cùm igitur* Gutembergius *ad sumptus refundendos damnatus fuisset, & ex eo simultates inter illum & Faustum magis exarsissent, ille autem interea Artem vidisset & didicisset, siquidem inter tot Operas, quæ ad illam excudendam requiruntur, fieri non potuit, ut ea diutius occultaretur, quod etiam Deus procul dubio noluit,* Moguntiâ Argentinam *se contulit, quò aliquot ex Operis secum attraxit. Post illud dissidium alii quoque, qui apud* Faustum *Artem illam didicerant, eum*

1 MALINEROT. pag. 80.
2 Idem p. 76.
3 Vide priùs.
4 MALINEROT. p. 76.

Digitized by Google

eum deseruerunt, & Francofurtum *atque in alia loca se receperunt, cùm præsertim anno* 1462. Moguntia *capta & pristinâ suâ libertate privata fuisset: quo factum est, ut hæc præclara Ars omnibus innotesceret, & publici usûs fieret.*

Non igitur mirum est Libris post illud dissidium editis JOHANNIS FAUSTI & PETRI SCHOEFFERI tantùm nomina, exclusо (qui societatem iis renunciaverat) GUTEMBERGIO, imprimi. Hi enim duo, socer & gener, opus institutum MOGUNTIÆ una continuaverunt usque ad annum 1466. junctis suis nominibus, præterquam in Libro CATHOLICON, ubi quamvis eorum omittantur nomina, [1] nequaquam tamen dubitatur, quin ab eis excusus fuerit.

De Bibliis anno 1462. editis [2] WALCHIUS memoriæ tradidit, quòd ex HENRICI SCHORI *Belgæ*, Præpositi SUBURGENSIS, ore acceperit, FAUSTUM quendam *(qui & ipse antequam in vulgus artificium emanaret, atque in occulto adhuc teneretur, non segniter* Moguntiæ *laborabat) cùm Bibliorum Sacrorum à se impressis aliquot voluminibus*

1 CHEVILL. p. 15. at MENTELIUS pag. 60. affirmat esse *probabile hoc divortium non ante* 1460. *annum accidisse*, quo Liber CATHOLICON prodiit: *in* cujus *subscriptione* (*cùm unà edendo huic libro incubuissent* Gutenburgius, Gensfleichius, & Faustus, *tui fuberat sutus tunc fortè* Scoefferus, *ut si indubitatum illi consuluissent, hic ministrârit impensas*) *nec horum nec illorum divitum nominis mentio facta est; sed loci tantùm, ubi opus excusum est, ne qua scilicet invidia inter se ansa malè præberetur.* Hæc verò mera MENTELII suspicio minimè movet. Cur enim anno 1459. in DURANDI *Rationali*, FAUSTUS & SCHŒFFERUS sua inseruerunt nomina, GUTEMBERGIUM neglexerunt? His regerit MENTELIUS p. 67. se ab ornatissimis ac lectionis multijugæ hominibus audivisse, à Librariis ibi erratum fuisse, eósque pro M.CCCC.LXI. perperam reposuisse M. CCCC. LIX. Vide quæso MENTELII in opinione falsâ obstinati ipsiusque hominum ornatissimorum hallucinationem manifestam! Annus enim illius Libri exprimitur non numeralibus litteris, sed disertis verbis *millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.* Quin porrò si & hic error MENTELIO condonetur, quid regeret ad Codicem Psalmorum anno 1457. editum, ubi FAUSTI & SCHŒFFERI nomen exprimitur, GUTEMBERGII reticetur? Nullum supereſt jam, quò se recipiat, suffugium nisi id (p. 57.) quòd GUTEMBERGII aut GENSFLEICHII nomina non æquè ac FAUSTI ac SCHŒFFERI subscribantur, quia *illi pauperrimi erant, hi divites.* Inanes profectò hæ sunt nugæ; quas qui obtrudit, non tam argumentari quàm cavillari, Lectorisque non persuadere, sed imponere videtur. Cavillationes hujusmodi ineptæ sunt perabsurdiores & ἀνοησίτερα (ut MENTELII verbis utar) quàm quod ipse ex TRITHEM. Histor. Breviar. citat pag. 63. *Retinuerunt* Joannes Fust & Petrus Schœffer *hanc Artem in secreto, omnibus ministris ac familiaribus eorum, ne illam quoquomodo manifestarent, jurejurando adstrictis: quoad tandem anno* 1462. *per eosdem familiares in diversas terrarum provincias divulgata haud parvum sumpsit incrementum.* Hoc *perabsurdum & ἀτοπον* esse scribit MENTELIUS, quia (ait) *quis* Joannem Gutembergium, *quicum & Fausto litis contestationem fuisse vel annos solidos quatuor ante* [1459.] *denarrat* Salmuthus, *eandem vulgare prohibuit interim temporis?* At verò non est controversia, an aut GUTEMBERGIUS aut quispiam alter potuerit Artem vulgare, sed an revera vulgata fuerit, ante annum 1462. Certè MENTELIUS nullos Libros ante hunc annum alibi quàm MOGUNTIÆ excusos protulit.

2 CHEVILL. p. 16. & MENTEL. pag. 69, 70, 71.

Digitized by Google

nibus instructus esset, Parisios *cum suis exemplaribus ac novo hôc fœtu contendisse, quæstum illic ut faceret. Ac postquam priore tempore unicum Bibliorum exemplar, quod totum membranâ constabat, & impigrè ac solertis alicujus scribæ seu bibliographi manus assiduo labore post longum tandem tempus absolutum reddiderat, quadringentis aut quingentis coronatis vænisset:* Fauſtum *sexaginta magis tolerabili pretio sua singula coronatis vendidisse. Ac primò non mediocris animos hominum admiratio subibat, qui factum esset, ut singula ità sibi exactè exemplaria responderent, ut in tanto litterarum numero, orationis longissimâ serie, ac distinctionis immutatione, ne unicum tota per totum librum aut minimus apex variaret, qui in alio codice non compareret; sed per omnia certissimè sibi & paginæ, certo item ac debito suo loco constarent, nec hujus rei rationem capere potuerunt. Cunctantibus porrò spectatoribus atque emptionem protrahentibus suorum quædam exemplariorum quinquaginta* Fauſtus *coronatis concessit: —— tandem quadraginta coronatis prosiluit —— Et multò etiam minoris permisit. Cùm verò qui primò mercati erant, sequentibus se multo viliori pretio, tandem etiam minimi venditos à* Fausto *libros percepissent; atque imprimis de hôc exarandi literas artificioso compendio quodam certiores fierent, —— à* Fausto *deceptos se clamabant. Itaque libros suos quidam venditori referentes pecuniæ restitutionem urgebant —& Artifici molesti erant: ut cùm* Moguntiam Parisiis *reversus* Fauſtus *esset, adeò & illic urgeretur, ut qua se salvaret,* Argentinam Moguntiâ *transire necessum habuerit* &c.

Hoc verò aliter ab aliis traditur; [1] nempe FAUSTUM multa illorum Bibliorum exemplaria, pleraque in membranâ, Capitalibus literis & limbulis aureis manu ductis ornata, LUTETIAM attulisse, pro manuscriptis vendidisse; emptores Codicum numero attonitos magiæ FAUSTUM accusâsse; cum MOGUNTIAM reversum, cùm se ibi in tuto non fore animadverteret, migrâsse ARGENTINAM; & ab eo ibidem JOANNEM MENTELIUM Artem Typographicam edoctum: interim tamen PARISIENSIS Curiæ edicto, FAUSTUM omni periculo liberatum.

At si crimen intentatum Curia dissolverit, MOGUNTIÂ ARGENTINAM se furripiendi quæ erat causa? MOGUNTIÆ jam Artem tutus ab anno 1457. ad 1462. exercuerat, & innotuerat. Aut cur crederet se ARGENTINÆ securiorem fore? Hæc mihi verisimilia non fiunt; nec satis constat de ejus fugâ, postquam LUTETIÂ MOGUNTIAM redierit, nam annis 1465, & 1466. MOGUNTIÆ Libros excudisse certum est.

An FAUSTUS ultra annum 1466. aut vixerit, aut Artem exercuerit, adhuc incertus sum. PETRUM SCHŒFFERUM usque ad 1479. superstitem fuisse convincunt Libri sub solo ejus nomine editi, exceptis

1 LA CAILLE. pag. 12.

tis HIERONYMI Epiſtolis anno 1470. à PETRO SCHŒFFERO, CONRADO, & JOHANNE FAUSTO [1] FAUSTI primi filio impreſſis.

Inter complures, quos Honoratiſſimus PEMBROKIÆ Comes in ſuâ exquiſitiſſimâ Bibliothecâ inſpiciendi copiam perhumanè (ut ſolet omnia) mihi fecit, Libros haud facilè parabiles, nec alibi ubivis obvios, quatuor vidi venerandæ & rariſſimæ antiquitatis: de quibus Vir ille prænobilis, qualésque ex eodem ordine omnes eſſe optandum foret, humanitatis politioris cultor & patronus, gravi & ſubtili cum judicio diu diſſerere mecum dignatus eſt; ex cujus habito ſuper illis rebus colloquio me multum profeciſſe gratus profiteor. Quatuor illos Libros, à perpaucis viſos, quorum meminerunt pauciſſimi, notitiam admodum leviſſimam, partim imperfectam, partim non omnino veram dederunt, ab oculato teſte ſibi ſpeciatim deſcribi, quàm potero accuratè, diligenter ac dilucidè, Lector curioſus non forſan indignabitur. Ne autem ullam in hôc negotio fraudem ſibi fieri quispiam conqueratur, æquum eſt me primùm, quicquid à nonnullis de hâc quæſtione Scriptoribus, breviter quantumvis & dubiè, memoriæ paſſim traditum colligere licuit, ipſis eorum verbis fideliter proponere; deinde quæ ex attentâ ac ſæpius iteratâ ipſorum Librorum inſpectione aut pro certis affirmare aut conjecturâ conſequi poſſum, ſubjicere; totius denique controverſiæ cenſuram Lectoris arbitratu agendam permittere.

Voyage fait à Munſter, *par M.* Joly *Chanoine de* Paris, *avec quelques Lettres de M.* Ogier *Preſtre & Predicateur. Imprimé à* Paris 1670. 8°. p. 127.] Monſieur de MALINKROT, Doyen de MUNSTER, fit voir à Monſieur OGIER & à moy le 25. Novembre 1646. deux petits Livres in folio, *l'un de l'Ancien & Nouveau Teſtament*, & l'autre de *l'Apocalypſe*, où il y avoit des figures en taille de bois, & dedans & deſſous icelles des vers, qui étoient imprimez en lettres *Gothiques*; avec des portraits de LAURENS COSTER au commencement, où il eſt dit, que ces vers & figures ſont des Années 1428. 1430. & 1440. Mais Monſieur de MALINKROT nous dit en même temps, qu'il tenoit, que lès premieres feuilles de ces Livres-là y avoient été adjoutées.

HADRIANUS JUNIUS *in* BATAV. *capit.* 17.] „ LAURENTIUS JOANNES pinaces totas figuratas additis characteribus expreſſit. Quo in genere vidi ab ipſo excuſa adverſaria, operarum rudimentum, paginis ſolùm adverſis, haud opiſthographis. Is Liber erat vernaculo ſermone ab Authore conſcriptus anonymo, titulum præferens, *Speculum noſtræ ſalutis*; in quibus id obſervatum fuerat

1 MENTEL. pag. 79.

„ inter prima Artis incunabula--utì paginæ adverſæ glutino commiſſæ
„ cohæreſcerent, ne illæ ipſæ vacuæ deformitatem afferrent. Junius-
„ *que ibidem ſcribit ſe* id accepiſſe à ſenibus auctoritate gravibus, &
„ reipublicæ adminiſtratione claris, quíque à majoribus ſuis ita acce-
„ piſſe graviſſimo teſtimonio confirmárunt.

Petrus Bertius *in Comment. rer.* Germanic. *Lib.* 3. p. 613.]
„ Oſtendit nobis nuper P. Scriverius citatum à nobis alibi *Spe-*
„ *culum ſalutis*, non Belgicè ſed Latinè editum, primum magnæ Ar-
„ tis rudimentum, cujus paginæ glutine commiſſæ fuerant, ut videri
„ poſſent opiſthographæ. Sed attentiùs conſideranti facilè apparuit,
„ non collectas fuiſſe litteras ſingulas digeſtásque in vocem, vocem
„ in verſus, verſus plures in paginam; ſed ſingulas paginas ſingulis
„ tabellis ligneis expreſſas fuiſſe, imaginibus litterísque extantibus &
„ prominentibus, ſicut ſigillis & ectypis ſolent imprimi notæ rerum
„ materiâ molliori, & ut ex Libris ad nos evectis è Sinâ apparet,
„ Sinenses Libros ſuos adornare; quæ res, ut affinitatem aliquam
„ cum Arte typographicâ hodiernâ habet, ita multùm adhuc à per-
„ fectione Artis remota eſt. Nec negabunt Moguntini, quin ea
„ ſaltem laus Harlemensibus noſtris debeatur. Quis autem non
„ videt facilius fuiſſe ingenioſis hominibus & ad res præclaras inve-
„ niendas natis ex tali rudimento progredi ulteriùs, & ad conceptam
„ animo perfectionem ſuperatis impedimentis eniti, quàm protinus
„ conſummata omnia reddere, & primo actu abſoluta?

Naudé *dans ſon Addition à l'Hiſtoire de* Louïs *XI. imprimée à* Paris 1630. *in* 8. *& réimprimée à* Bruxelle 1713. *pag.* 117.] „ Bertius
„ maintient, que le *Speculum ſalutis* ne fût pas imprimé avec des cha-
„ racteres ſeparez, mais ſur de grandes pages de bois, qui étoient
„ toutes d'une piece, qui eſt tout juſtement le contraire de ce qu'en
„ avoit aſſeuré Junius. *Et pag.* 119. Mais j'eſtime, que le *Specu-*
„ *lum ſalutis*, ni aucun autre Livre, n'a jamais été imprimé avec ces
„ planches de bois gravées depuis un bout jusqu'à l'autre ſans diſtinc-
„ tion des lettres ni des mots. En quoi je me ſervirai premierement
„ de l'Authorité de Junius, qui dit tout le contraire, & ſecondement
„ de la façon des characteres, qui pour être ſemblable à l'écri-
„ ture de main, ſont preſſez & entremeſlez de quelques ſyllabes, les
„ lettres desquelles étoient liées & moulées enſemble, ont deçû & de-
„ çoivent encore tous les jours ceux, qui ne les contemplent de près,
„ & avec grande attention & diligence. Ainſi M. G. homme de rare
„ & excellente doctrine, & de très-ſubtil & profond jugement, m'aſ-
„ ſuroit, il y a quelque tems, d'avoir vû en la Bibliotheque de Se-
„ dan un certain Volume compoſé de la ſorte, quoi que j'aye ſçû
„ depuis avec toute aſſûrance, que c'eſt le Livre des *Offices de* Cice-
„ ron imprimé l'an 1466.

Ma-

MALINKROT. *de Ort. & Progreſſ. Artis Typogr.* 1639. *p.* 52.] „ In illo utriusque teſtimonia differunt, quòd JUNIUS vernaculâ, „ BERTIUS verò Latinâ Linguâ *Speculum* illud conſcriptum eſſe dicunt. *Et p.* 61. *Speculum* illud *ſalutis* quod unicum ſupereſſe vendi- „ tant, quale ſit, divinare, qui non vidimus, nequaquam poſſumus; „ ideóque ejus rei fidem penès auctores manere patimur. Conceſſo tamen illud apud SCRIVERIUM, non quale JUNIUS deſcripſit, „ qui de hôc pro reliquâ ſuâ, id eſt malâ fide retulit, etiam nunc ſupereſſe, unde tamen ſcire poſſunt LAURENTII ſui & non alterius illud opus eſſe? Quibus argumentis, indiciis, conjecturis, quæ „ aliquid fidei mereantur, nobis probabunt & perſuadebunt, illud „ ipſum *Speculum* hodiernâ Typographiâ prius & antiquius eſſe? Certè „ quæ hactenus de illo prodita ſunt, tale quid, cui tutò & ſinè deceptionis periculo acquieſci poſſit, nil cantant.

BOXHORNIUS *in Diſſertatione de Typogr. invent. ann.* 1641. 4to. *ſic reſpondet* MALINKROTIO.] „ Videtúrne tibi aliquid obſtare, „ quominus utrâque linguâ id Opus potuerit vulgari? Extat *Latinum* „ in Bibliothecâ etiam meâ ſimilis *Speculi* monumentum, ad cujus „ ſpectaculum totius Academiæ noſtræ, & exterorum omnium, ac „ tuos oculos nunc invito. *Et idem p.* 42. *affirmat erraſſe* BERTIUM, „ *quòdque* Belgicum *eſt illud* SCRIVERII *exemplar.*

CORNELIUS à BEUGHEM *in Incunabul. Typogr. Ann.* 1688. *p.* 65.] „ Spiegel onſer behoudeniſſe geprent tot HARLEM 1441. „ Synde alleen een ſyd druc, om ſo t'ſamen te kleven. Quidam id „ *Belgicè*, alii *Latinè* ſcriptum fuiſſe perhibent.

Hiſtoire de l'Imprimerie & de la Librairie par JEAN *de* LA CAILLE. *Ann.* 1689. *p.* 8.] „ BERTIUS dit, que PETRUS SCRI- „ VERIUS lui avoit fait voir ce *Speculum ſalutis*, dont il y a un ſemblable en la Bibliotheque des CELESTINS de PARIS, que m'a „ fait voir le R. P. BECQUET Bibliothequaire.

Origine de l'Imprimerie de Paris *par* ANDRÉ CHEVILLIER. *Ann.* 1694. *p.* 281.] „ Le *Speculum ſalutis* eſt, dit-on, en deux manieres, „ en *Flamand* & en *Latin*. Les *François* peuvent ſe diſpenſer d'aller en „ *Hollande* voir, dans la Bibliotheque de BOXHORNIUS, celui, qui „ eſt en *Latin*. Il y en a un Exemplaire dans la Bibliotheque des „ R. R. P. P. CELESTINS de PARIS. J'en ai auſſi un * qui „ m'appartient. C'eſt un petit in fol. de 63. feuillets marquez & imprimez d'un côté ſeulement, où ſont repreſentez les Myſteres de nôtre

* Il étoit dans la Biblioth. de feu M. de BALLESDENS, amateur connu des Antiquitez. Les Libraires ne ſçûrent point, que ce fut un Livre rare & curieux: ils le mirent dans un paquet coté 99. & priſé 4. l. Paſſant un jour par le quai de la *Tournelle*, je le trouvai ouvert ſur une table, qui ſervoit de montre à une Boutique, & l'achetai auſſi-tôt.

Digitized by Google

„ nôtre ſainte Foi par 58. Eſtampes ; ſous chacune on voit deux co-
„ lonnes de *Latin* rimé en lettre *Gothique* : le tout fort mal taillé & fa-
„ briqué, ſans aucun nom d'Auteur ni d'Imprimeur, ſans aucune
„ marque ni de Ville ni d'Année d'Impreſſion. Il y a une Préface de
„ cinq feuillets, qui commence ainſi :

Proemium cujusdam incipit novæ Compilationis,
Cujus nomen & titulus eſt, Speculum humanæ ſalvationis.

„ Les *Allemands* en gardent auſſi une Copie dans la Bibliotheque de
„ NUREMBERG. JEAN SAUBERT, à la p. 116. de ſon Hiſtoi-
„ re de cette Bibliotheque, cite trois anciens Ouvrages, qu'on y voit,
„ d'Impreſſion faite par l'Art de Gravûre, c'eſt-à dire, à la maniere
„ CHINOISE. *Quæ ligno inciſa ſunt, huc non refero, v. g. Libellum*
„ *fabularum & ſimilitudinum, qualis eſt D.* HARTLIEBI *Libellus*
„ Germanicus. *Itémque* Speculum morientium. Speculum ſalutis. *Et*
„ *id genus aliâ.*

„ Tout eſt incertain de ce Livre. On ne peut point aſſûrer, qu'il
„ ſoit imprimé en *Hollande* plûtôt qu'en *Allemagne*, à *Harlem* plûtôt
„ qu'à *Mayence*, par LAURENS COSTER plûtôt que par JEAN
„ FAUST. —— Il n'eſt pas même certain, qu'il ſoit imprimé par ta-
„ bles gravées. Je l'ai dit pages 20, & 23. après quelques perſonnes,
„ qui le croyent & * un Libraire qui l'a écrit. Mais depuis j'ai fait
„ voir les deux Exemplaires enſemble, celui qui eſt aux *Celeſtins*, &
„ celui que j'ai, à un Imprimeur, à un Fondeur, & à un Graveur,
„ qui eſtiment, que l'impreſſion en a été faite par des lettres de me-
„ tail, fondües & mobiles. Si on dit, que celui, qui eſt en *Flamand*,
„ n'a pû être imprimé qu'en *Hollande*, JEAN SAUBERT rapporte
„ auſſi un Livre ancien imprimé en Langue *Allemande* par tables gra-
„ vées ; —— il faudra donc dire par la même raiſon, qu'il n'a pû
„ être imprimé qu'en *Allemagne*. Ce ſont deux Imprimeries à la ma-
„ niere *Chinoiſe* dans deux differens Païs. Quelle raiſon a-t-on par le
„ *Speculum* pour aſſurer, que celle de *Hollande* eſt plus ancienne que
„ celle d'*Allemagne* ? On voit qu'on ne peut rien établir par ce
„ Livre.

Ex teſtimoniis modò allatis ; JUNIUS & NAUDÆUS, quicquid de *Speculo ſalutis* noverunt, videntur ab aliis duntaxat accepiſſe. BERTIUS affirmat ſe apud SCRIVERIUM vidiſſe SPECULUM *Latinè*, non *Belgicè*, editum ; BOXHORNIUS contrà aſſerit *Scriverianum* Exemplar fuiſſe *Belgicum*, ſéque in ſuâ Bibliothecâ *Latinum* poſſidere. MALINKROTIUS anno 1639. fatetur ſe adhuc neutrum vidiſſe ; ſed anno 1646. duos in folio Libellos oſtendit, unum *antiqui & novi Teſtamenti* (quem fuiſſe credo *Speculum ſalutis*, *Belgicéne* an *Latinè* non con-

* Hiſtoire de l'Imprimerie & de la Librairie. pag. 8.

constat) alterum *Apocalypseos*. CORNELIUS à BEUGHEM Belgici *Speculi* titulum profert, veri tamen incertus. *Latinum* JOANNES DE LA CAILLE & ANDREAS CHEVILLIER in CELESTINORUM Bibliothecâ inspexerunt, hic in suâ etiam habuit; & in NURIBERGENSI, teste SAUBERTO, extare scripsit.

Expositis jam, quæ alii protulerunt; restat, ut quod mihi oculato testi de his Libris fuit observatum, referam. In his duo quæque folia, quoniam altera tantùm singulorum pagina impressa est, agglutinantur, ut videri possint opisthographa. Nullum comparet temporis, loci aut opificis indicium. Donec manifestius aliquid & certius detur, conjecturâ utendum est. Quod tempus spectat, videntur Libris utrâque paginâ impressis antiquiores, non modò quòd characteres sint minùs artificiosè formati; sed etiam quòd sit verisimile (ut Ars nulla vix uno tentamine potest perfici) excogitatores Typographiæ primos à noto sigillorum tabularúmque usu unam duntaxat folii paginam, deinde post paulò à nummorum imitatione utramque imprimere didicisse. Porrò typorum, quibus solitariæ imprimebantur paginæ, informium materia prorsus est lignea, non metallica: plurésque authores credunt typos ligneos æreis aut stanneis priores fuisse.

De loco & opifice, incertiora adhuc sunt omnia. Si pro MOGUNTIâ pronuncietur, non multum hærendum erit de opificibus, tribus scilicet illis antea celebratis: aut tempore; quod anno 1457. (quo primum, juxta receptam hactenus à plerisque opinionem, integræ Typographiæ opus per JOHANNEM FUST & PETRUM SHŒFFER elaboratum prodiit) fuerit fortè vetustius; opus enim minùs perfectum oportet perfectiori præviisse. Sin autem cui ARGENTINA plùs placeat, aut (quam cur duarum malim, postea aperiam) HARLEMUM; GUTTENBURGIUS, quem quidam ARGENTINAM migrâsse, potior vero (de quâ deinceps disseram) authoritas HARLEMI consedisse affirmat, hæc prima suæ Artis molitus est rudimenta; non quidem ante annum 1455. quo accidisse fertur inter ipsum FAUSTÚMque dissidium (quæ ipsi fuit migrandi causa) neque forsan multò post 1457. quo perfectior innotuerat imprimendi ratio.

Nequaquam editionis vetustatem elevat neglecta anni, urbis aut typographi nota: editiones enim plurimæ, quæ procul dubio inter primitivas habentur, his notis extant destitutæ; quas tamen aut ex observatâ characterum similitudine aut ex aliis quibusdam circumstantiis deprehendere solemus.

Quatuor illorum Librorum Primus folio verso incipiens, aversо desinens, quadraginta sex paginas complectitur; quæque pagina figuras malè tornatas, cum argumentis easdem per sententiolas typis fixis expressis explicantibus, tabulis ligneis incisas. Hæ tabulæ Sancti JOANNIS Evangelistæ historiam repræsentant. Quarum primæ insculpun-

tur hæc verba ; *converſi ab idolis per prædicationem* JOHANNIS Druſiana *& cæteri*: ſecundæ; *S.* JOHANNES *baptiſans*, Druſiana, *cultores idolorum expilantes Sacra ejus* : tertiæ ; *Trahamus* JOHANNEM *ad præfectum, qui Deorum culturam adnichilavit*; *S.* JOHANNES Romam *mititur*, *ac* DOMITIANO *Imperatori crudeliſſimo Chriſtianorum perſecutori præſentatur* : quartæ ; *Hic per novam Sectam Deorum noſtrorum evacuavit culturam* ; *Traditor in dolium ferventis oleæ* : Quintâ, JOHANNES in Inſulam PATMON relegatur ; ſequentibus, viſiones ejus Apocalypticæ exhibentur ; quædam poſtea ejusdem miracula, qualia, mulier à mortuis ſuſcitata, templum DIANÆ eo orante confractum, ipſe illæſus venenum bibit ; ultima tabula habet ſepulchrum, cum hâc inſcriptione , *Hic eſt homo , de quo Dominus dixit ad* PETRUM, *ſic volo eum manere , donec veniam. In ſepulchro nichil niſi manna inventum eſt , quod usque hodie ſcaturire cernitur.*

Secundus Liber, dictus vulgò *Speculum ſalutis*, at veriùs (uti ex præfatione liquet) *Speculum humanæ ſalvationis* ; *Latinâ* Lingua conſcriptus ; poſt quinque paginarum præfationem, quinquaginta ſex præterea continet paginas, quibus notabiles Veteris & Novi Teſtamenti Hiſtoriæ mutuò inter ſe & cum Ethnicis comparatæ evolvuntur. Quæque pagina oculis ſiſtit binarum hiſtoriarum figuras binis tabellis quadratis per columnam junctis ligneis inciſas cum brevi argumento ſub ſingulis tabellis per characteres fixos intrà tabellas incluſos declarato : binas etiam ſub tabellis columnas , unamquamque viginti quinque verſuum rhythmicorum characteribus ligneis mobilibus excuſorum, quibus figurarum ſenſus explicatur. Ad paginæ plerumque calcem, columnis ſingulis ſubjicitur locus Authoris ſive Sacri ſeu Profani , unde hiſtoria deprompta eſt , typis itidem mobilibus & ligneis excuſus. Tabellarum priorum hæc ſunt argumenta ; *Caſus* LUCIFERI | *Deus creavit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam* : proximarum , *De omni ligno Paradiſi comedetis* | *Nequaquam moriemini , ſed eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum* : tertiarum ; *Mulier decepit virum , ut ſecum comederet* | *Angelus expulit eos de Paradiſo gladio ignito* : quartarum ; *Hic* ADAM *operatur terram in ſudore vultûs ſui* | *Arca* NOE : quintarum ; *Hic annunciatur ortus* MARIÆ | *Rex* ASTYAGES *mirabile vidit ſomnium* : ſextarum ; *Hortus concluſus , fons ſignatus* | BALAAM *pronunciavit ortum* MARIÆ *in Stellâ* : ſeptimarum ; *Nativitas gloriosæ Virginis* MARIÆ | *Egredietur virga de radice* JESSE &c. &c. Ultimarum ; *Regnum cælorum ſimile eſt decem virginibus* | *Manus Domini ſcripſit in pariete.*

Hæc ſatis ad ſpecimen tabellarum & Argumentorum ; rhythmicorum etiam verſuum ſpecimen aliquod exhibendum. E. G. Tabellis tertiis verſus hi ſubjiciuntur rhythmici, quales illis temporibus conſcribere Monachi Poeſeos rudes conſueverant.

In

In præcedentibus audivimus, quomodo Deus hominem honoravit;
Consequenter audiamus, quomodo homo seipsum visitavit.
Homo, cùm in honore esset, non intellexit:
Ejectus est, quia contrà Deum Creatorem se erexit.
Ejectus est de Paradiso voluptatis
In hanc vallem miseriæ & paupertatis.
&c. &c. &c.
Mundus ergo iste videtur esse tanquam sambucus;
Cujus flos est pulcher, sed amarus fructus.
Sic pulchra videtur mundi delectatio;
Sed fructus ejus est æterna damnatio.
Mundus etiam iste traditori convenienter comparatur,
Per quem Christus osculo dolosè tradebatur.
Tale signum mundus dat Dæmonibus,
Quale Judas dedit Jesu-Christi custodibus.
&c. &c. &c.

Ad paginæ secundæ calcem sub columnâ utrâque excuditur vox GENESIS: sic & quartæ: quintæ, ex unâ parte, LUCÆ *primo cap.* ex alterâ, TROGUS POMPEIUS *Lib. prim.* sextæ, ex unâ parte, CANTICORUM *IIII. capitello*; ex alterâ, NUMERI *XIII. capitello*: septimæ, ex unâ parte, *Historia* LOMBARDICA *in libro sententiarum distic. VIII.* ex alterâ, NUMERI *VIII. cap.* Et sic de cæteris.

Tertius Liber idem, quod secundus, nomen præfert; eandem habet formam, parem paginarum numerum, ipsissimas easdem figuras cum *Latinis* argumentis tabulis ligneis iisdem incisas; idem prorsus per omnia: nisi quòd Prologi & explicationis Textus, in secundo, sermone rhythmico *Latinè* expressus; in tertio *Belgicè* in prosam conversus, excudatur.

De tribus illis Libris satis jam mihi videtur dictum: accedo tandem ad quartum, cujus mentionem qui fecerit, præter * SAUBERTUM, hactenus novi neminem. In hoc itidem, sicut in prioribus, altera tantùm foliorum singulorum pagina imprimitur, & bina in unum agglutinantur folia. Libri titulus est, *Ars moriendi*; paginæ sunt viginti duæ; quarum duæ priores præfationem continent, constat altera triginta, altera viginti novem Lineis. Reliquæ Angeli mali boníque de morituri animâ certamen, illum nempe in vitia impellentem, hunc contrà hortantem & sustentantem exhibent. Ut verò curioso Lectori gratum faciam, paginas Libri rarissimi singulas breviter describere non gravabor.

* Eum enim puto (*Histor. Biblioth.*) NORIBERG. p. 116. loco antea citato) non alium Librum, quàm hunc, velle, cùm *Speculum moriendum* nominat.

1. *Ars Moriendi.*

Quamvis ſecundum philoſophum Tertio ethicorum omnium terribilium mors corporis ſit terribiliſſima, morti tamen animæ nullatenus eſt comparanda teſte Auguſtino qui ait, majus eſt dampnum in amiſſio ne unius animæ quam mille corporum: teſte etiam Bernardo qui dicit, totus iſte mundus ad unius animæ precium eſtimari non poteſt &c.

2. —— —— —— —— *Unde notandum, quod morituri graviores habent temptationes quam unquam prius habuerunt. Et ſunt quinque, ut postea patebit, contra quas angelus ſuggerit eis quinque bonas inſpirationes, ſed ut omnibus iſta materia ſit fructuoſa, & nullus ab ipſius ſpeculatione ſecludatur, ſed inde mori ſalubriter diſcat, tam literis tantum Irato deſervientibus quam imaginibus laico & literato ſimul deſervientibus cunctorum oculis objicitur. Quæ duo ſe mutuo correſpondentes habent ſe tanquam Speculum in quo præterita & futura tanquam præſentia ſpeculantur. Qui ergo bene mori velit, iſta cum ſequentibus diligenter conſideret.*

3. Pagina in tabellâ ligneâ depictum ſiſtit Cacodæmonem ægro decumbenti inſtantem, eúmque ſollicitantem ſententiis hujusmodi, *ſic ſicut pagani, interficias teipſum.*

4. Ex adverſo idem, quod tertia figuris expreſſerat, argumentum verbis declarat. viz.

Temptatio Diaboli de fide.

Ex quo fides eſt totius ſalutis fundamentum &c. *Ideo Diabolus —— hominem in extrema infirmitate —— ad deviandum ab ea inducere laborat dicens. Tu miſer in magno ſtas errore* &c.

5. Bonum Angelum in tabellâ repræſentat ægro adſiſtentem & ſalubria ejus auribus Conſilia inſtillantem, viz. *Sta firmus in fide*; ac Diabolos de ſuis, quæ malè ſibi ceſſerant, technis conquerentes ſic, *fruſtra laboravimus. Victi ſumus.*

6. idem quoque argumentum explanat; viz.

Bona inſpiratio Angeli de fide.

Contra primam temptationem Diaboli dat Angelus bonam inſpirationem dicens. O Homo, ne credas peſtiferis ſuggeſtionibus Diaboli &c.

7. in

7. in tabellâ Diabolum inducit moribundo insusurrantem hæc; *effœminatus es: perjurus es: ecce peccatum: occidisti: avare vixisti.*
8. Quid tabella præcedens significêt, exponit; viz.

Temptatio Diaboli de
Desperatione.
Secundò, Diabolus &c.

9. Angelum depingit auxiliantem, JESUM Crucifixum, MAGDALENÆ PETRÍque pœnitentiam, cum hâc sententiâ, *nequaquam desperes*; Diabolum *victoriam sibi esse nullam* dolentem.
10. *bona inspiratio Angeli contra desperationem* qualis sit, oratione dilucidat.
11. Diabolum delineat homini in extremis laboranti insultantem cum contumeliis hisce, *ecce quantam pœnam patitur. Quam bene decepi eum.*
12. Est *Temptatio Diaboli de impatientia. Tertio* &c.
13. Angelum pingit ægri oculis CHRISTUM & Cœli gaudia ostendentem; ac Diabolum despondentem sêque *labores amisisse* clamantem.
14. *bonam Angeli inspirationem de patientia* complectitur.
15. effigiem dat Diaboli ægroto male consulentis sic, *gloriare*; *Tu es firmus in fide*; *coronam meruisti*; *exalta teipsum*; *in patientia perseverasti.*
16. *Temptatio Diaboli de vana gloria* quibus verbis concipiatur, docet. *Quarto* &c.
17. Figurat Angelum ægri animo inculcantem, ut *humilis sit*, quódque *puniantur Superbi*; ac Diabolum *se victum* dicentem.
18. *bonam inspirationem contra vanam gloriam* Angelus quibus rationibus fulciat, fusiùs explicat.
19, 20, 21, 22. in Libro, quem vidi, desunt; liquet enim cùm ex præfatione ipsâ, tum ex temptationum bonarúmque inspirationum, quas descripsi, ordine quintam hìc ultimámque inter Diabolum & Angelum Luctam desiderari, quatuor paginis, (uti præcedentes) quarum duæ figuras, duæ argumenta demonstrent, expressam.

Non mihi (spero) succensebit Lector, quòd his quatuor Libris paulo forsan diutius immoratus sim. Hæc enim cùm fuerint prima Artis Typographicæ nascentis tentamina, paucis quidem nota & paucioribus vila; mihi fuit persuasissimum, instituti mei rationem id necessariò postulare, ut ea neutiquam dissimularem.

Quatuor horum primus mihi videtur reliquis antiquior; eò quòd in illo tam vocum quàm figurarum characteres tabulis insculpantur; in his autem, licèt figuræ cum suis argumentis sint etiam tabulis insculptæ, reliqua tamen planè apparent typis mobilibus ligneis excusa.

Latino SPECULO *Belgicum* puto ſucceſſiſſe ; non tam quòd in illo Textus ipſe, in hôc Interpretatio mera contineatur ; quàm quòd eadem figurarum, quas eſſe in utroque easdem obſervavi, argumenta in *Belgico Latina* retineantur.

Vocum character, tam inſculptus quàm excuſus, *Gothicus* eſt ; litterarum compendiis crebriſque juxta Manuſcriptorum conſuetudinem nexibus impeditus, ideóque lectu difficilis ; facie atrâ, craſſâ, confuſâ, quæque ligneam, ex quâ conficitur, refert materiem : in cujus locum venit poſtea metallum fuſile, ex quo confecti typi ſubtiliores erant & luculentiores.

Operæ pretium eſt commemorare, per quos gradus ab infantiæ incunabulis paulatim crevit Ars Typographica. Primùm nihil aliud erat quàm rudis & informis in ligneis tabulis ſculptura. Poſtea typi ſejuncti & mobiles ex ligno fabricati. Hactenus verſa tantùm pagina imprimebatur, duæque in unum ſolium ſolebant glutine committi. Denique SCHŒFFERO excogitante typi introducti ſunt fuſiles ; & utrâque paginâ imprimi cœptum.

In Regiâ PARISIORUM Bibliothecâ vidi * Librum in 4to. anni, Typographi, locíque indiciis deſtitutum, hôc titulo, *Liber regulæ paſtoralis* GREGORII *Papæ ad* JOHANNEM *Archiepiſcopum* RAVENNENSEM : cujus initio hæc ipſâ GABRIELIS NAUDÆI manu ſcripta hîc inſerere erit operæ pretium.

Hîc duo, ſi neſcis, vitulinæ gloria frontis
Sculpta *Maguntinum* demonſtrant cornua *Fauſtum*.
GABR. NAUDÆUS.

LECTORI
GABRIEL NAUDÆUS.

Spectandæ vetuſtatis monumentum hoc affirmo tibi, benevole Lector, ex eorum eſſe numero, quæ à JOAN. FAUSTO *rudibus adhuc Chalcographiæ ab eo primùm & Moguntiæ exercitæ incrementis aut veriùs tentamentis prodierunt, ut ex inculto charactere, eóque nondum ſuis diphthongis inſtructo ac paginis ſibi invicem malè ſubjectis ac coherentibus liquet. Quoniam verò Artem hanc penès ſe tantùm eſſe volebat, nomen propterea ſuum (minimè appoſuit) ac nequidem loci aut temporis ſignum nota cuiquam eſſe voluit : donec inſtructâ tandem officinâ ſeu librariâ ſeu chalcographicâ & ejusmodi tentamentis factus audacior,* Durandi *Epiſcopi* Mimatenſis *Rationale Divinorum Officiorum anno* 1459. *Catholicon* 1460. *& Biblia* 1462. *publicæ commoditati venalia exhibuit.*

Idem

* Hujus meminit CHEVILLER. pag. 10.

Idem NAUDÆUS in secundo suorum Epigrammatum * Libro hoc habet:

Ratio cognoscendi Libros editos à JOANNE FAUSTO MOGUNTINO, *inter Artis ab ipso primùm inventæ & excultæ rudimenta.*

His duo si nescis teneris impressa papyris,
Artificum signo, vitulinæ cornua frontis;
Grandia Chalcographi referunt miracula *Fausti*,
Qui primus calamis Libros transcripsit abenis,
Atque suâ terris mirum decus intulit Arte.

De cornibus vitulinis, quæ vir doctissimus Librorum à FAUSTO impressorum monet esse Κεφάλαιον, licèat mihi adhuc dubitare, cui plurimos ejus impressionis Libros attentè evolventi nota illa papyro impressa neutiquam se dedit videndam; & sicubi comparere videretur, cornuum figura adeò erat confusa & indistincta, ut facilè posset pro aliâ quâvis accipi. Præterea illius, de quo suprà agit NAUDÆUS, Libri character, quantumvis incultus, non tamen idem est, qui in Typographiæ tentamentis & initiis ferè usurpabatur, sicut ex Libris quatuor suprà memoratis, & aliis à FAUSTO excusis constat. Diphthongi etiam quòd ibi negligantur, aut loci temporisve signum omittatur, non eæ sunt Typographicorum tentaminum priorum notæ; diu enim post Typographiam exerceri cæptam diphthongos neglectos & Typographorum sæpe Urbiúmque nomina omissa, nemo est vel minimè in rebus illis versatus, qui nesciat. In re dubiâ nec per se satis perspicuâ disertè quicquam si affirmarem, imprudentis juxtà esset & imperiti. Si autem conjiciendi, & à tanto viro dissentiendi detur venia, illum Librum circa ann. 1470. quo Typographia PARISIIS cæpit innotescere, excusum putaverim.

Antiquissimam editionem memorat † CHEVILLERIUS, cujus locum integrum hìc inserere, licèt prolixum, non tamen supersedebo, ne quicquam, quod ad antiquitatem Typographicam pertinet, omisisse videar.

„ De toutes les Impressions, qui se trouvent dans quelque Biblio-
„ theque, la plus ancienne est celle des Sermons *De Sanctis* de LEO-
„ NARD DE UDINE: elle fut faite l'année 1446. JEAN GODE-
„ FROY OLEARIUS, Ministre *Lutherien* dans l'Eglise de Sainte
„ MARIE de HAL en SAXE, rend témoignage qu'on garde cette
„ ancienne Impression dans la Bibliotheque de cette Eglise-là. Voici
„ les paroles qui se lisent à la page 291. de son Livre *De Scriptoribus*
„ *Ecclesiasticis*, qu'il fit imprimer sous ce titre, *Abacus Patrologicus*,
„ l'année 1673. à JENA *in* 8. LEONARDUS DE UTINO *Ord. Præd.*

* Pag. 52. edit. SEB. & GABR. CRAMOISY 1650. in 8.
† Origine de l'Imprimerie, pag. 11, 12.

„ *Præd*..... *Ejus Sermonum* de Sanctis *Liber ſub ipſa Typographicæ* „ *Artis incunabula anno* 1446. *impreſſus, absque tamen loci mentione, ha-* „ *betur in Bibliothecâ Templi* MARIANI *noſtri* HALL. *Confer. dn. pa-* „ *rentis* Halygraph. *Appendice Ttt.* 1. *B. Sermones ejusdem* Quadrageſi- „ males & Dominicales *anno* 1479. *prodierunt.* Cet Autheur a écrit „ ſon Livre dans la même Ville, où on garde cette Edition. *Scribe-* „ *bam & vovebam* HALÆ SAXONUM *die* 14. *Auguſti* 1673. Ce ſont „ ſes termes dans l'Epitre Dédicatoire au Prince GEORGE Duc de „ SAXE. On voit qu'il produit encore pour témoin ſon pere GO- „ DEFROY OLEARIUS, qui fit l'Hiſtoire de la Ville de HAL, „ intitulée *Halygraphia Topochronologica*, imprimée, dit LIPENIUS, „ dans ſa *Bibliotheque Philoſophique* pag. 630, à LIPSIC l'année 1667. „ *in* 4to. OLEARIUS ne marque point en quelle forme eſt le Livre, „ ſi c'eſt *in folio*, ou *in* 4to. ni quel eſt l'Imprimeur. Quelques Au- „ theurs, ſous ſon témoignage, ont cité cette Edition, comme HAL- „ LEVORDIUS dans ſon Livre *Bibliotheca Curioſa*, imprimé *in* 4to. „ à FRANCFORT 1676. page 239. GEORGE KONIG dans *Bi-* „ *bliotheca vetus nova*. ALTDORFII, *in fol.* 1678. page 467. Mr. „ BEUGHEM dans ſa liſte qu'il appelle, *Incunabula Typographiæ*, „ page 146.

„ Une Edition ſi remarquable par ſon antiquité, merite bien, que „ quelque curieux d'ALLEMAGNE la voye, & nous en donne une „ nouvelle aſſurance, en la décrivant plus en particulier, que n'a fait „ OLEARIUS; d'autant plus que ſi la datte en eſt indubitable, elle „ détruit certainement l'opinion des Autheurs, qui ont écrit que l'Im- „ primerie ne fut inventée qu'en l'année 1450. ou du moins qu'elle n'a „ point été pratiquée avant cette année-là; comme JEAN AVEN- „ TIN, la *Chronique de* COLOGNE citée ci-deſſus, NICOLAS „ SERARIUS, & quelques autres, qui ont fixé ſon origine à des „ Années poſterieures. Et pour ne rien diſſimuler, il me reſte un dou- „ te touchant cette Impreſſion. LEONARD DE UDINE vivoit „ en ITALIE en l'année 1445. au rapport d'ANTOINE POSSE- „ VIN dans ſon *Apparat*; auroit-il eu aſſez de credit en ALLEMA- „ GNE, pour y faire imprimer ſes Sermons par un nouvel Art, qui „ étoit encore caché, & connu tout au plus de cinq ou ſix perſon- „ nes? Il faudroit ſçavoir, ſi ce n'eſt point un Manuſcrit copié en „ l'année 1446. Il eſt aiſé de s'y tromper; les écritures à la main & „ les premieres impreſſions, étoient beaucoup ſemblables; ou ſi OLEA- „ RIUS n'a point deviné l'année de cette Impreſſion par des conjec- „ tures ſeulement. Peut-être que l'année, qui eſt marquée ſur le Li- „ vre, eſt celle, en laquelle l'Auteur acheva la compoſition de ſes „ Sermons, & non point celle de l'Impreſſion.

Dabo

Dabo jam tibi, Lector, quod in votis habuit CHEVILLERIUS; unde editio tantæ vetuſtatis ſpecie venerabilis teſtimonio novo certior fiat & notior. Vir quidam litterarum peritus & in Librorum, quibus ſuam Bibliothecam quotidie auget, delectu faciendo diligentiſſimus, (ut ſæpe mecum ſolet amicè, quicquid rarum ipſi obvium fuerit, communicare) dum AQUISGRANI peregrinabatur, ibi in *Regularium* Cœnobio vidit Librum ſupra memoratum, in fol. ex quo deſcripſit hæc, quæ in Libri ipſius fine adjiciuntur;

„ Expliciunt Sermões aurei de Sanctis per totũ
„ annum, quos compilavit mgr Leonardus de
„ Utino ſacre theologie doctor ordinis fratrum
„ predicator. Ad inſtanciam & complacentiam
„ magnifice civitatis Utinenſis ac nobilium vi-
„ rorum ejusdem. M CCCC XLVI. in vigilia btiſſimi
„ pris noſtri Dominici ofeſſoris. Ad laudeꝫ & gl'aꝫ
„ Dei omnipotentis & totius curie triumphantis.

Libri ipſius character impolitus & rudis; abbreviaturiſque frequentibus adeò refertus, ut ejus lectio nequaquam ſit, quàm illorum MOGUNTIÆ annis 1459. & 1460. excuſorum, facilior.

Ingenuè equidem fateor, omnibus, quæ de Typographiæ originibus à plerisque bonæ fidei Scriptoribus memoriæ tradita ſunt, maturè perpenſis & exploratis, me difficillimè adduci poſſe, ut credam anno 1446. Artem fuiſſe adhuc ſuis numeris & partibus ſatis perfectam, ullúmve Librum utroque paginæ latere mobilibus typis impreſſum prodiiſſe. Me enim minimè movet character rudis & abbreviaturis impeditus, qui diu poſt Typographiam excultam, imò poſt 15. centuriam apud Typographos non ignobiles permanſit. Præterea ex ipſo verborum, quæ in ſubſcriptione continentur, ſtylo colligo & conjicio Sermones illos à LEONARDO DE UTINO ann. 1446. fuiſſe *compilatos* quidem & in ordinem voluminum relatos, non autem excuſos.

Habeo Librum impreſſum, in quo hæc legitur ſubſcriptio excuſa:

„ De arte dictandi tres libri expliciunt: editi
„ a magiſtro engbarto de leydis ut ei in mẽtem
„ verba venere Anno dñi milleſimo quadringẽ
„ teſimo quinquageſimo quarto. Sexta decima di
„ e menſis Aprilis.

Eidem Libro adjicitur *Tractatus quidam per egregium magiſtrum engbelbertum de elegantia, compoſitione, dignitate dictatus*; in cujus fine legun-

tur hæc, *Gerardus Leeu impreſſit*: ex quibus mihi perſuaſum eſt illum Librum ann. 1454. fuiſſe *editum*, non impreſſum, cum GERARDUS LEEU (de quo poſtea) nondum Artem exerceret.

ANGLIA maturè admodum excepit Typographiam; quæ poſtquam MOGUNTIÆ & HARLEMI forſanque ARGENTINÆ innotuiſſet, in hanc Inſulam, Rege & Archiepiſcopo CANTUARIENSI adnitentibus, fœliciter advecta eſt, & OXONII ante annum 1460. inſtituta. In gloriam certè OXONIENSI ceſſit Academiæ, quòd omnium prima excoluerit hanc Artem; quæ, tanquam Palladium cœlitus demiſſum, litteras ab interitu non tantùm revocaret, ſed etiam in poſterum vindicaret. Ne verò id credar temerè affirmâſſe, & opinione falſâ aut dubiâ nixus tantum honorem ad Academiam, cujus beneficio, quantulum id cunque eſt, quod in Litteris profecerim, me debere ſemper gratus agnoſcam, immeritò detuliſſe; expediam, quibus adducar rationibus: præmiſſiſque quæ ANTONIUS à WOOD [*in Hiſtor. & Antiquit. Univerſit.* OXON. *Anno* 1674. *pag.* 226.] ſcripſit falſa quædam, multa incerta nimis & nullo teſtimonio confirmata, graviori Authoritate rem communiam.

„ Artem Typographicam vel MOGUNTIACI vel HARLEMI „ invenit TOSSANUS quidam, JOHANNES CUTHENBERGUS „ aliter appellatus, anno Dom. 1459. cujus immenſam expendens uti„ litatem THOMAS BOURCHIER Archiepiſcopus CANTUA„ RIENSIS nihil antiquius habuit, quàm ut ANGLIS communi„ eandam procuraret, atque ejus proinde ſuaſionibus impulſus HEN„ RICUS VI. ROBERTUM TOURNOUR (is Regi tunc tempo„ ris à veſtimentis ſive Robis erat) Marcis mille, quarum trecentas „ contulerat Archiepiſcopus, inſtructum HARLEMIAM, ubi ſcili„ cet prædictus CUTHENBERGUS Artem hanc novam exercebat, „ amandavit; ille autem GULIELMUM CAXTONUM, civem „ LONDINENSEM & cum BATAVIS commercium habentem, „ ſibi in ſocium periculi ac laboris aſcivit. TOURNOURUS, ita„ que diſſimulato quis eſſet, cum CAXTONO nomen ſuum ac mer„ caturam palàm profitente, primò AMSTELODAMUM, dein „ LUGDUNUM contendit, neque enim HARLEMIAM proficiſci „ auſus eſt, quòd Oppidum illud quæſtui ſuo metuens advenas perplures „ in Arte illâ explorandâ deprehenſos carceri mancipâſſet. Abſumptâ „ tandem maximâ dictæ pecuniæ parte, Regi per litteras ſignificavit „ TOURNOURUS ſe demandatum negotium penè confeciſſe; & ac„ ceptis poſt paulo Marcis quingentis, artificem quendam inferiorem „ FREDERICUM CORSELLIS nuncupatum, nummis verò ſol„ licitatum, induxit, ut perſonam nocte intempeſtâ indutus clàm au„ fugeret, &, conſcenſâ nave eam in rem paratâ, LONDINUM „ trajiceret. Cæterùm minùs commodum videbatur Artem excuſo„ riam

„ riam LONDINI exerceri, ſed potiùs OXONIAM deduci pla-
„ cuit; id hortante Archiepiscopo, qui Cancellarius utique noſter
„ tunc temporis fuerat; unde Artifex iſte transfuga OXONIAM
„ transmiſſus eſt, cuſtodiente illum vigilum manu ſatis validâ, ne,
„ antequam promiſſa præſtaret, furtim ſeſe ex ANGLIÂ ſubtraheret.
„ Atque hunc in modum decem priùs annis Artem Typographicam
„ OXONIENSES exercuimus, quàm in quocunque alio EUROPÆ
„ loco innoteſceret, HARLEMUM ſi excipias, &, quæ cum Op-
„ pido illo de ipſâ Artis inventione contendit, MOGUNTIAM; ta-
„ metſi haud ita multò poſt, ut nobiliſſima hæc Ars magis propaga-
„ retur, WESTMONASTERII etiam prælum inſtructum, necnon
„ ad S. ALBANI, quin & WIGORNIÆ aliiſque Monaſteriis; ex-
„ cudendis argumenti Theologici & Medicinalis codicibus. Libros
„ autem Juris vetitum erat typis mandare.

Hæc quidem Antiquarius noſter OXONIENSIS: in quibus cum à vero plus ſemel aberrâſſe jam adnotavit CHEVILLERIUS. Ars enim Typographica ante annum 1459. inventa eſt, neque decem annis OXONII priùs quàm in alio (præter HARLEMUM & MOGUNTIAM) loco tractata; quod conſtat ex LACTANTIO anno 1457. SUBLACI, & CICERONIS Epiſtolis anno 1467. ROMÆ excuſis.

In reliquis, quæ ad TOURNOURI CAXTONÍque profectionem attinent, quoniam Antiquarius nullâ aliâ præterquam ſuâ Authoritate ea fulcit, fidem his faciam ex authentico Codice manuſcripto, cujus meminit RICHARDUS ATKYNS Armiger decennio, antequam ANTONIUS ſuas ederet Antiquitates. Illum RICHARDI ATKYNS Libellum mihi impertivit PEMBROKIANUS Comes, de cujus ſingulari humanitate in litterariâ re promovendâ nunquam poſſum ſatis pro illius meritis dicere. Ex eo autem Libello non pauca quædam excerpta ac mutila, ſed integrum eodem, quo ſe habet, ſermone locum apponam; unde Lectori liberum ſit ANTONII interpretationem (quam hujus loci eſſe puto) conferre, & totam quæſtionem decidere.

„ *The original and growth of Printing; collected out of Hiſtory and the*
„ *Records of this Kingdom; wherein is alſo demonſtrated, that Printing ap-*
„ *pertaineth to the Prerogative Royal; and is a flower of the Crown of*
„ ENGLAND. *By* RICHARD ATKYNS *Eſq. By order and ap-*
„ *pointment of Mr. Secretary* MORICE. LONDON. 1664. 4to. [p. 2.]
„ Concerning the time of bringing this excellent Art into ENG-
„ LAND, and by whoſe expence and procurement it was brought;
„ modern Writers of good reputation do moſt erroneouſly agree to-
„ gether. Mr. STOWE in his *Survey of* LONDON (pag. 404.)
„ ſpeaking of the 37. year of King HENRY the 6th. his reign, which
„ was Ann. Domini 1459. ſaith, that the noble ſcience of Printing

„ was about this time found in GERMANY at MAGUNCE by „ one CUTHENBERGUS a Knight; and that WILLIAM CAX- „ TON of LONDON, Mercer, brought it into ENGLAND about „ the year 1471. and firſt practiſed the ſame in the Abby of St. PE- „ TER at WESMINSTER. With whom Sr. RICHARD BA- „ KER in his *Chronicle* (pag. 284.) agrees throughout. And Mr. „ HOWELL, in his *Hiſtoricall Diſcourſe of* LONDON *and* WEST- „ MINSTER (pag. 353.) agrees with both the former in the time, „ perſon, and place in general; but more particularly declares the „ place in WESTMINSTER to be the Almory there; and that „ ISLIP, Abbot of WESTMINSTER, ſet up the firſt Preſs of „ Book-printing, that ever was in ENGLAND. [pag. 3.] I ſhall „ now make it appear they have miſtaken. —— A Book came into „ my hands printed at OXON. *Anno Dom.* 1468. [*cujus Libri men- „ tio ſuo loco fiet poſtea in Catalogo*] which was three years before any of „ the recited Authors would allow it to be in ENGLAND —— And „ the ſame moſt worthy Perſon, who truſted me with the aforeſaid „ Book, did alſo preſent me with the Copy of a Record and Manu- „ ſcript in LAMBETH-Houſe, heretofore in his cuſtody, belon- „ ging to the See, and not to any particular Archbiſhop of CAN- „ TERBURY; the ſubſtance whereof was this, (though I hope for „ publique ſatisfaction, the Record it ſelf, in it's due time, will ap- „ pear.)

„ THOMAS BOURCHIER, Archbiſhop of CANTERBURY, „ moved the then King (HEN. the 6th.) to uſe all poſſible means for „ procuring a Printing-mold (for ſo 'twas there call'd) to be brought „ into this Kingdom. The King (a good man, and much given to „ works of this nature) readily hearkned to the motion; and taking „ private advice, how to effect his deſign, concluded it could not „ be brought about without great ſecrecy, and a conſiderable ſum „ of money given to ſuch perſon or perſons, as would draw off ſome „ of the work-men from HARLEM in HOLLAND, where JOHN „ CUTHENBERG had newly invented it, and was himſelf perſo- „ nally at work. 'Twas reſolved, that leſs than one thouſand Marks „ would not produce the deſir'd effect; towards which ſum the ſaid „ Archbiſhop preſented the King three hundred Marks. The money „ being now prepared, the management of the deſign was commit- „ ted to Mr. ROBERT TURNOUR, who then was of the roabs „ to the King, and a perſon moſt in favour with him of any of his „ Condition. Mr. TURNOUR took to his aſſiſtance Mr. CAXTON, „ a Citizen of good abilities, who trading much into HOLLAND „ might be a creditable pretence, as well for his going, as ſtay in „ the *Low-Countries*. Mr. TURNOUR was in diſguiſe (his beard and „ hair

„ hair ſhaven quite off) but Mr. CAXTON appear'd known and pu-
„ blique. They having received the ſaid ſum of one thouſand Marks
„ went firſt to AMSTERDAM, then to LEYDEN, not daring
„ to enter HARLEIN itſelf; for the Town was very jealous, ha-
„ ving impriſoned and apprehended divers perſons, who came from
„ other parts for the ſame purpoſe. They ſtaid, till they had ſpent
„ the whole one thouſand Marks in gifts and expences: ſo as the
„ King was fain to ſend five hundred Marks more, Mr. TURNOUR
„ having written to the King, that he had almoſt done his work; a
„ bargain (as he ſaid) being ſtruck betwixt him and two HOLLAN-
„ DERS, for bringing off one of the workmen, who ſhould ſuffi-
„ ciently discover and teach this new Art. At laſt, with much ado,
„ they got off one of the under-workmen, whoſe name was FRE-
„ DERICK CORSELLS (or rather CORSELLIS) who late one
„ night ſtole from his fellows in disguiſe into a Veſſel prepared befo-
„ re for that purpoſe; and ſo the wind, favouring the deſign, brought
„ him ſafe to LONDON. 'Twas not thought ſo prudent to ſet him
„ on work at LONDON: but by the Archbiſhop's meanes (who
„ had been Vice-Chancellor and afterwards Chancellor of the Univer-
„ ſity of OXON) CORSELLIS was carried with a guard to OXON;
„ which guard conſtantly watch'd to prevent CORSELLIS from
„ any poſſible escape, till he had made good his promiſe in teaching
„ how to print. „

„ So that at OXFORD Printing was firſt ſet up in ENGLAND,
„ which was before there was any printing-Preſs or Printer in FRAN-
„ CE, SPAIN, ITALY, or GERMANY (except the City of
„ MENTZ) which claimes ſeniority, as to printing, even of HAR-
„ LEIN itſelf, calling her City, *Urbem* MOGUNTINAM *Artis Ty-*
„ *pographicæ inventricem primam*, though 'tis known to be otherwiſe,
„ that City gaining that Art by the brother of one of the workmen
„ of HARLEIN, who had learnt it at home of his brother, and af-
„ ter ſet up for himſelf at MENTZ.

„ This Preſs at OXON was at leaſt ten years, before there was any
„ printing in EUROPE, except at HARLEIN and MENTZ,
„ where alſo it was but new born. This Preſs at OXFORD was af-
„ terwards found inconvenient, to be the ſole printing-place of
„ ENGLAND, as being too far from LONDON and the Sea.
„ Wherefore the King ſet up a Preſs at St. ALBAN's, and another
„ in the Abby of WESTMINSTER; where they printed ſeverall
„ Books of Divinity and Phyſick; for the King (for reaſons beſt
„ known to himſelf and Council) permitted then no Law-Books to
„ be printed; nor did any Printer exerciſe that Art, but onely ſuch as
„ were the King's ſworn ſervants; the King himſelf having the price

„ and emolument for printing Books. —— By this meanes the Art „ grew ſo famous, that *Anno prim.* RICH. 3. *c.* 9. when an Act of „ Parliament was made for reſtraint of Aliens from uſing any handi- „ crafts here (except as ſervants to Natives) a ſpecial *Proviſo* was „ inſerted, that ſtrangers might bring in printed or written Books to „ ſell at their pleaſure, and exerciſe the Art of Printing here, not- „ withſtanding that Act: ſo that in the ſpace of 40. or 50. years by „ the indulgence of EDW. the 4th. EDW. the 5th. RICH. the 3d. „ HENR. the 7th. and HENR. the 8th. the ENGLISH proved ſo „ good proficients in printing, and grew ſo numerous, as to furniſh „ the Kingdom with Books; and ſo ſkilfull, as to print them as well „ as any beyond the Seas; as appeares by the Act of the 25. HEN. 8. „ *cap.* 15. which abrogates the ſaid *Proviſo* for that reaſon. And it „ was further enacted in the ſaid Statute, that if any perſon bought „ forreign Books bound, he ſhould pay 6. *s.* 8. *d.* per Book. And it „ was further provided and enacted, that in caſe the ſaid Printers or „ ſellers of Books were unreaſonable in their prices, they ſhould be „ moderated by the Lord Chancellor, Lord Treaſurer, the two „ Lords Chief Juſtices, or any two of them; who alſo had power to „ fine them 3. *s.* 4. *d.* for every Book, whoſe price ſhall be enhan- „ ced. —— But when they were by Charter corporated with Book- „ binders, Book-ſellers, and Founders of letters, 3. and 4. PHIL. „ and MARY, and called the *Company of Stationers* —— they kickt „ againſt the power, that gave them life *&c.* [p. 9.] Queen ELI- „ ZABETH, the firſt year of her Reign, grants by Patent the Pri- „ viledge of ſole printing all Books, that touch or concern the Com- „ mon Laws of ENGLAND, to TOTTEL a ſervant to her Ma- „ jeſty, who kept it intire to his death; after him, to one YEST „ WEIRT, another ſervant to her Majeſty; after him, to WEIGHT „ and NORTON; and after them, King JAMES grants the ſame „ Priviledge to MORE, one of the Signet; which Grant continues „ to this day *&c.*

In hôc Scriptore duo ſunt, quorum alterum gratis dictum, alterum omnino falſum eſt. MOGUNTIÆ à quodam HARLEMENSIUM Typographorum fratre Artem primùm acceptam quòd ſolus contra omnium (quos adhuc novi) fidem affirmet, ſatis eſt, cur id in dubium veniat. Quòd Prælum typographicum decem annis antè OXONII, quàm in ullo alio loco, præter MOGUNTIAM & HARLEMUM, inſtructum ſit, falſum jam probavi; & ab hôc videtur ANTONIUS eundem, in quo verſatur, errorem derivâſſe.

Quæ ex LAMBETHANO Manuſcripto deſcripſit, de eorum veritate cur dubitemus, non video. Ex iis itaque pauca mecum colliget Lector, alibi forſan non ediſcenda.

1. Jo-

1. JOHANNES CUTHEMBERGUS, quem exortâ inter ipsum & FAUSTUM contentione ARGENTINAM migrâsse scribit HENRICUS SALMUTH, HARLEMUM indè aliquando profectus est; ibique primus Artem Typographicam à se inventam monstravit, & ipse anno 1459. exercuit. Quod si admittatur, contra LAURENTIUM COSTERUM, cui inventionis palma à BELGIS tribuitur, manifestè faciet.

2. Artis Typographicæ notitiam ante obitum HENRICI VI. i. e. annum 1460. OXONIENSIBUS primus dedit FREDERICUS CORSELLIS; quamvis nulla adhuc vulgò comparuerint ibi excusa ante annum 1468. Exemplaria.

ANTONIUS à WOOD (loco suprà citato) FREDERICI CORSELLIS nominat successorem THEODORICUM ROOD de COLONIÂ anno 1481. deinde JOHANNEM SCOLAR anno 1518.

Id præterea neutiquam est prætereundum (quod RICHARDUS ATKYNS plenius jam explicuit) quàm insigni patrocinio Reges ANGLIÆ hanc Artem recèns natam foverint, ut ejus magistros in Regium cooptârint famulitium; quibus privilegiis eosdem munierint; quantâque caverint curâ, ne ullum ex perverso tam utilis artificii usu oreretur per nimiam effrænémque Præli libertatem incommodum

Sufficiat mihi de Typographiæ apud ANGLOS originibus nonnulla summatim attigisse; quas ut rite ulteriùs prosequar, & porrò deducam, quoniam me non satis instructum sentio, alii cuidam indigenæ BRITANNICARUM Antiquitatum Librorúmque peritiori hoc negotium relinquo. Et utinam mihi vires æquæ suppeterent! Nulli profectò, ne quidem indigenæ, cederem in meritis Gentis illius erga rem litterariam prædicandis; quæ suis beneficiis exulem adeò cumulavit, ut me alienigenam fuisse penè obliviscar.

Quæ hactenus dicta sunt de Typographiæ originibus, ut redigantur in compendium:

1. Extra dubium est Artem illam diu fuisse excogitatam, tentatam, & exploratam; antequam ulla ejus opera perfecta in lucem prodierint.

2. Ex plurimorum consensu, credibile est anno circiter 1440. de illâ primùm cogitatum fuisse.

3. GUTEMBERGIUS, FAUSTUS & SCHŒFFERUS aut primi aut inter primos Inventores fuere; Et hi tres unà MOGUNTIÆ novum inventum promovere studuerunt; secretúmque aliquandiu inter se occuluerunt, donec ex operariis famulísque, sinè quibus res transigi non poterat, quidam, aut forsan ipse GUTEMBERGIUS à FAUSTO dissidens, id foras eliminarent.

4. Anno

4. Anno 1455. res pecuniaria creandæ litis instrumentum rei Litterariæ societatem diremit; Et GUTEMBERGIUS MOGUNTIÂ discedens aliò, ARGENTINAM juxta quosdam) se recepit.

5. Probabile est Artem initio per typos in tabulis incisos & immobiles tentatam; deinde typos mobiles usurpatos, ligneos primùm denique fusiles; & unâ tantùm paginâ imprimi cœptum, donec utramque excudendi ratio intellecta fuerit.

6. Non constat Librum ullum typis mobilibus impressum annique notatione signatum ante annum 1457. prodiisse; at liquet FAUSTUM & SCHŒFFERUM annis [1] 1457. & 1459. MOGUNTIÆ Libros edidisse.

7. Anno 1459. GUTEMBERGIUS Artem exercebat HARLEMI; unde ex operariis quidam, FREDERICUS CORSELLIS nomine, pecuniâ subornatus, clàm deductus est OXONIUM, ut Artem ibi doceret.

Id demum observandum est, primum Typographiæ in ullo loco inventæ tempus non esse computandum ab Anno, quo quis primùm ibidem prodierit Liber, præsertim si ejus moles fuerit aliquanto grandior. Opera enim quædam longiora sunt, quàm quæ possint eodem anno incipi & perfici. Præterea necesse habent Opifices supellectilem totam, quæ bene multa est, typographicam præparare, nonnulla tentamina edere; omnia, quæ non breve temporis spatium postulant, in promptu ut sint, providere; antequam aliquid momenti excudere aggrediantur.

Antequam ulteriùs pergam, meo proposito haud erit alienum, nonnulla exponere Typographiæ illi primigeniæ peculiaria.

Libri plerique omnes ab antiquis Artis Magistris editi initialem Titulorum pompam, neglecto sæpe Authoris nomine, aversabantur; & Typographi, Loci, Temporisque designationem in finem rejiciebant. Sunt, in quibus nulla aut [2] Typographi, aut loci, aut temporis, aut

1 Nihil adhuc novi, quo animum inducam credere, ullos eo tempore, præterquam MOGUNTIÆ à FAUSTO SCHŒFFERque, Libros excusos prodiisse. Audivi (fateor) qui affereret à se visum DONATUM *Gothico* charactere apud QUENTEL COLONIÆ in parv. 4to. M.CCCCLVII. Ei tamen non potui, nisi fiam certior, fidem meam adstringere. *Ais* FLORAVANTES MARTINELLUS *in* Româ Sacrâ (uti in *Diar. Italic.* pag. 255. observat eruditiss. BERNARD. DE MONTFAUCON) *in Maximorum demo sub* NICOLAO *V. Anno* 1455. *typorum Artem admiratam* ROMAM *fuisse*, à CONRADO SWEYNHEYM & ARNOLDO PANNARTZ *advectam*. JOANNES *tamen, Episcopus* ALERIENSIS, *in Epistolâ suâ ad* PAULUM *II. Pontificem, ipsi gratulatur, quia præstantissimi charactlerum imprimendorum auctores sub* PAULI *secundi* VENETI *pontificatu* ROMÆ *Artem exercere cœperint.* Denique quo primùm tempore SWEYNHEYM & PANNARTZ ROMAM, ut Artem exercerent, venerint, definire non possum: sed nihil hactenus comperi ROMA ab ullo Typographo ante illos, aut ab illis ante Annum 1467. editum.

2 In Libro, qui *Catholicon* vocatur, Typographorum nulla fit mentio; certum est tamen à JOHAN. FUST & PETRO SCHŒFFER excusum. CHEVILL. p. 15.

Digitized by Google

aut [1] horum trium, fit mentio. Anni notatio [2] explicitis aliquando vocibus, numeralibus ſæpius litteris, indigitatur.

Character, quàm proximè poterat fieri, accedit ad Manuſcriptorum normam: [3] compendia litterarum in altero quoque propè vocabulo ubique obvia Lectoribus, niſi quibus id uſu fuerit familiare, ingratam injiciunt moram, incautos nonnunquam & præproperos in errorem inducunt: orationis ſenſum punctum ſimplex aut duplex diſtinguit; reliquorum enim ſtigmatum uſum, cùm ne verba ſint ambigua aut perplexa, tum ut in longiore periodo reſpiret Lector, ætas posterior adinvenit.

Bibliopegis laborem collationísque tædium nunc minuunt multa, quæ in vetuſtiſſimis editionibus aberant: viz. appoſiti ad ſupernam paginarum oram numeri; ſuppoſitæ infrà aut integræ aut mutilæ voces paginæ ſequentis indices; deinde *ſignaturæ* (quas vocant) ſive litteræ paginis ſubditæ foliorum in duernionis, quaternionis, octernionis *&c.* formam complicandorum & compingendorum notæ. Interjecto pòſt tempore uſu venerunt *regeſta*, & hujusmodi adjumenta, quæ ad ordinem conſervandum perneceſſaria viſa ſunt, poſtquam Libri in brevioribus voluminum paginis cæperint excudi; ab initio enim folii totius amplitudine Codices ſæpius evolvi ſolebant.

In *Latinis* litteris, utpote notioribus & facilioribus, prima tyrocinii rudimenta poſuit Ars Typographica, & in iisdem excolendis diu ſubſtitit, priusquam *Græcas* aggrederetur. Si qua fortè *Latino* Authore inſperſa occurreret *Græca* vox vel ſententia; [4] aut *Græci* characteres adeò imperfecti, distorti & deformes erant, ut ex conjecturâ potiùs quàm peritiâ efficti viderentur, ſenſuſque vel à conjectore ſagaciſſimo vix poſſet elici: aut ſpatia vacabant interlinearia, quæ manus *Græcarum* litterarum peritior ſuppleret. Hujusmodi lacunas [5] longo pòſt tempore Editiones paſſim nonnullæ retinuerunt: non (ut opinor) quòd *Græcorum* typorum inopiâ Typographi laborarent; ſed quòd omiſſus in Codice manuſcripto *Græci* Scriptoris locus, qui ad fidem authoritatémve *Latino* textui faciendam opus erat, unde deſumptus eſſet, adhuc ignoraretur.

Majus-

1 Libri, qui deſtituuntur notâ temporis, aut etiam Typographi & Loci nomine, ſeorſim in Catalogo locum ſuum habebunt.

2 Lege poſtea ſubſcriptiones Librorum.

3 CHEVILL. pag. 110. *Dans la Logique d'*OKAM *imprimée à* PARIS 1488. *fol. au* Clos Bruneau, *d'une belle lettre, il n'y a point preſque de mot, qui n'ait quelque abbreviation.* —— *On met tant de ces abbreviations dans les Volumes du Droit, dans les Manuſcrits & dans les Imprimez, qu'on fut obligé de faire un Livre intitulé*, Modus legendi Abbreviaturas in utroque Jure, *imprimé in* 8. *à* PARIS *par* JEAN PETIT, 1498. *&c.*

4 Vide *Offic.* & *Paradox.* CICER. impreſſ. MOGUNT. 1465.

5 Vide MACROB. PARIS. 1515. apud BAD. ASCENS. & JOAN. PARO.

Majusculas plerumque Capitum aut Sectionum litteras initiales Typographus omittebat, ut alii Arti locum daret. Has enim *Miniculatores* sive *Illuminatores* (quorum Artificum genus ingenioſum cum Arte unà interiit) calamo producere ſolebant, minióque & variis colorum per totius infrà ſupráque ac utroque ab latere paginæ oras ſparſorum luminibus, figuríſque affabre pictis, [1] ad materiam aliquando Libri argumentúmque pertinentibus, univerſum marginem illustrare. [2] Antiquitus etiam, Librorum Capita & Titulos rubricâ notandi increbuit conſuetudo.

Typographis prioribus eadem, quæ recentioribus, non ubique fuit Orthographiæ ratio, à ſuperſtitioſâ Manuſcriptorum imitatione (recténe an ſecus, ſtatuere haud meum eſt) derivata; qualis erat aſſiduus vocalis *e* pro diphthongo *æ* uſus: ſed his minutiis, de quibus aliquando in brevibus ad duos VIRGILII antiquas editiones ann. 1472. & 1474. [3] obſervationibus diſſerui, nunc ſuperſedebo.

1 In curioſiſſimâ Clariſſ. viri RICHARDI MEAD M. D. (cujus inſignia in me merita meo nunquam animo excident) Bibliothecâ vidi PLINIUM ann. 1472. in quo initialium litterarum illuminationes ſingulorum Librorum Argumentum exhibent. Viz. Initio Libri primi deſcribitur PLINIUS ſedens & ſcribens: 2. informis Mundi globoſi figura: 3, 4, 5, 6. diverſæ Tabulæ Geographicæ: 7. tres Sceleti: 8. duo Elephantes turrigeri: 9, 10. varia Piſcium, & Avium genera: 11. Bombycum variæ ab ovo usque metamorphoſes: 12. Numina ruralia: 13. Hortulanus arbusculas transmovens: 14. Homo ebrius in vineâ: 15. Puer humi cum pomis ludens: 16. Venator in ſylvâ Cervum perſequens: 17. Arbores in ſeminario diſpoſitæ: 18. Agricolæ duo arantes: 19. multæ ſationum ſpecies: 20. Puer melones legens, & mulier corbem geſtans: 21. Ruſtica corollas nectens: 22. Tinctor veſtium: 23. Vindemiator in vineâ: 24. Quidam Arborum radicibus aſſidens: 25. Quidam herbas legens: 26. Chirurgi duo, alter infirmi caput curans, alter venam incidens: 27. Pantheræ duæ, altera aconito gustato exſpirans: 28. Medicus cum Libro, prope ægrum in lecto decumbentem: 29. ÆSCULAPIUS ſub Serpentis figurâ: 30. Magus in magicarum figurarum circulo legens & Dæmon deſuper advolans: 31. Urinatores: 32. Navis: 33. Puer ſuffians ignem ſub fornace fuſoriâ: 34. Pictor pingens in tabellâ: 35. Metallorum foſſor: 36. Duo lapicidæ: 37. Gemmarius inter varia gemmarum diverſicolorum genera.

2 Rubricâ ornantur ſubſcriptiones DURANDI 1457. CICERON. OFFIC. 1465. &c. Lege CHEVILL. pag. 111.

3 VIRGIL. 12. LOND. 1715.

PSAL-

Digitized by Google

PSALMORUM Codex : *per Joannem FUST, & Petrum SCHOEFFER.* (a) 4to. . . . . MOGUNTIÆ. 1457.

RATIONALIS Divinorum OFFICIORUM codex, Gulielmo Durando authore : *per Joannem Fuſt & Petrum Schœffer* (b) fol. . . . Moguntiæ. 1459.

CATHOLICON. (c) fol. . . . . Moguntiæ. 1460.

(a) PETR. LAMBEC. *Comment. de Bibliothec.* Vindebon. *Tom.* 2. *pag.* 989. & CHEVILL pag. 15. *Preſens Pſalmorum Codex venuſtate capitalium decoratus, rubricationibúsque ſufficienter diſtinctus, adinventione artificioſâ imprimendi ac characteriſandi, abſque calami exaratione ſic effigiatus, ad euſebiam dei induſtriè eſt conſummatus per Joannem Fuſt Civem Moguntinum & Petrum Schoeffer de Gernzheim Anno Domini Milleſimo* CCCCLVII. *in Vigiliâ Aſſumptionis.*

(b) *Preſens Rationalis Divinorum Codex officiorum venuſtate capitalium decoratus, rubricationibúsque diſtinctus, artificioſâ adinventione imprimendi ac characteriſandi, abſque calami exarationibus ſic effigiatus, & ad euſebiam Dei induſtriè conſummatus per Johannem Fuſt civem Moguntinum & Petrum Gernzheim Clericum Diœceſis ejusdem, Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono. Sext. die Octob.*

(c) *Altiſſoni præſidio, cujus nutu infantium lingua ſiunt diſerta, quique nimio ſæpe parvulis revelat, quod Sapientibus celat; hic Liber egregius Catholicon, Dominicæ Incarnationis Annis* M. CCCCLX. *almâ in urbe Moguntinâ nationi inclytæ Germanicæ (quam Dei clementia tam alto ingenii lumine, donóque gratuito, cæteris terrarum nationibus præferre illuſtrárque dignatus eſt) non calami, ſtyli aut pennæ ſuffragio, ſed miræ patronarumformarúmque concordiâ, proportione ac modulo impreſſus atque confectus eſt.*

Hinc tibi, ſancte Pater, Nato cum Flamine Sacro,
Laus & honor Domino trino tribuantur & uno,
Eccleſiæ laude libro hoc Catholice plaude,
Qui laudare piam ſemper non linque Mariam.
Deo gratias.

De hujus libri Authore conſule CHEVILL. pag. 15.

Digitized by Google

Ars Typographica, ne tam insigne beneficium sibi in unâ EUROPÆ parte claudi Nationes queferentur, GERMANIÆ, in cujus sinu velut in incunabulis delituerat, primósque infantiæ annos exegerat, fines exire statuit; & in Orbem passim suorum Artificum colonias emittere. Jam dictum est, quomodo è Continenti in Insulam ANGLIAM transierit; maturè quidem ante annum 1460. OXONIUM adducta: ubi ante annum 1468. licèt nil adhuc compererim, nil tamen excusum esse, nequaquam affirmaverim. Quisquámne ferme putaverit totum octennium in Arte tantùm ediscendâ transactum, nil tam diuturni intervalli in câdem exercendâ omnino positum? Non profectò adeò obtusa pectora gerunt BRITANNI, Gens Artium & Disciplinarum capax. Credere itaque malo multa interiisse: quæ primùm excusa, cùm forsan pro debili temporum illorum eruditione viderentur esse minoris momenti, postea neglecta, aut per incuriam deperdita sunt; aut (quod mihi fit verisimilius) cùm deessent, qui hoc Antiquitatis genus consultò rimarentur, alicubi in Angulis adhuc delitescunt, donec fortè quis indè hæc eruat industrius istiusmodi rerum indagator. Aliquando enim insperato casu multa subitò è tenebris emergunt, de quibus vix fando aut legendo audivimus. Subitis his casibus plurima deberi Antiquitatis monumenta nos cùm prisca tum quotidiana docet experientia. Cujus notabile mox proferam testimonium.

Post primos Typographiæ Inventores FAUSTUM SCHOEFFERÙMque, primus se in conspectum dedit NICOLAUS JENSON, Natione *Gallicus*; cujus præsigne Opus typographicum, rarissimum sanè, ostendit mihi sæpe memorandus PEMBROKIÆ Comes; dignus, cui nil sit ignotum, aut in suâ desit Bibliothecâ, quippe cui nil æquè placeat, quàm suas opes litterarias in usus publicos communicare. Attende, Lector, & expecta, quod latuit hactenus plerisque ignotum. Is est Libri titulus.

QUESTA SIE UNA OPERA LA
QUALE SI CHIAMA DECOR
PUELLARUM: ZOE HONORE
DE LE DONZELLE: LA QUALE
DA RAGOLA FORMA E MODO
AL STATO DE LE HONESTE
DONZELLE.

Libri forma ad illam (utì vulgò aiunt) in 8vo. magìs quàm 4to. accedit; paginas 233. complectitur; quæque pagina 22. lineis, quæque linea 33. circiter litteris constat. Majusculæ Capitulorum primæ literæ calamo ductæ sunt, & rubricâ illuminatæ. Character est Romanus, ad amussim formatus, characteribus ROBERTI STEPHANI, Vas-

VASCOSANI aliorúmque iis συγχρόνων Typographorum PARISIENSIUM nequaquam inferior. Opus cùm Compositoris (quem vocant) ſeu Typothetæ tum Impreſſoris adeò exactum, ut ne quid minimum, quod offendat legentis oculos, occurrat. Charta, atramentum, typorum figura, linearum æquabilitas, vocum par diſtantia, idoneus marginum ſitus, omnia denique tanto nitore, tam juſtâ proportione, uniformi & univerſâ venustate conſpirant, qualem qui non acceperint oculis, animo vix concipient. In Libri calce hæc leguntur.

ANNO A CHRISTI INCARNA'
TIONE. MCCCCLXI. PER MAGI'
STRUM NICOLAUM IENSON.
HOC OPUS QUOD PUELLA'
RUM DECOR DICITUR FELICI'
TER IMPRESSUM EST.
LAUS DEO.

Loci, ubi imprimebatur, omiſſio, quæ NICOLAO erat minimè infrequens, nihil obſtabit, quin conjiciam id Opus elaboratum fuiſſe VENETIIS; in quâ Urbe Prælii ſui ſedem fixit Princeps ille Typographus. O GALLIAM alumni olim tam celebris futuri natalibus illuſtrem! O VENETIAS tanti inquilini hospitio nobilitatas! O ſtupendum Artificem, Statuâ (ubi ubi vigent litteræ) dignum marmoreâ, niſi litteraria monumenta ſibi exegiſſet quovis apparatu magnificentiora, omni ære perenniora! Quæ ſi forent minùs rara, ſæpiúsque obvia litteratis ſe darent, quot ſtatim ex fœdis illis, quæ quotidie nobis obtruduntur, Editionibus eviſcerent! Illum FAUSTUS & SCHŒFFERUS paucis annis præceſſerunt; his ille longè præcelluit: indignatúsque id ſibi præreptum eſſe, ut è carceribus exiret prior, illud, quod unum erat reliquum & majus, arripuit; Et ut ex hoc ipſo, quòd fuiſſet in exeundo posterior, aliquam adipiſceretur laudem, impetu ſublimis animi præpete primus evolavit ad metam; minor futurus, ſi exiſſet prior. Puduit in limine cunctari; extemplo in ipſa Artis penetravit adyta. Quod GERMANI pedetentim & gradatim inceperant, GALLUS noster ingenio velociori confestim ad apicem perduxit: Et aut prima hujus tentamina fuere illorum initiis coæva; aut uno tentamine Artem incepit & perfecit, ſimul ac ſemel diſcipulus ac magister. Dum alii in re tendandâ & paulatim effingendâ occupabantur, hic morarum impatiens primam unà & ultimam admovit manum: Atque mirâ tanti Artificis operâ ex incunabulis matura ac perfecta emicuit in lucem, ſéque in ipſo naſcendi articulo ſenſit & ſtupuit adultam; adeò ut prorſus dubium ſit, utrum magis miremur, Artémne an Artificem; cui plus debeamus, illíne, quæ tot erudita

Scripta nobis nostrísque posteris conservavit, an huic, sinè quo ea pro suorum Authorum dignitate prodire non potuissent, sinè quo Ars ipsâ minùs utilis, minùs lepida & ornata, & penè iners jacuisset. Ignoscat, oro, Lector; si admiratione raptus in grandiori materiâ stylum tenuiorem exercuerim, meíque illius popularis laudes tentaverim, quæ eloquentiam vel TULLIANAM fatigâssent.

Ab anno 1461. ad 1470. nil novi, quod ex NICOLAI JENSON officinâ prodierit. Neque tamen ad id adducar, ut credam virum animi tam vividi in Arte, quam adeò fœliciter ornare incœperat, & mirum in modum consummaverat, per octennium integrum cessâsse desidem & otiosum. Nullus dubito, quin eodem, quo orsus erat, pede opus prosecutus fuerit; quamvis aut temporum injuria aut Bibliothecæ alicujus tenebræ illius toto hôc longo intervallo laboris fructum aut misérè amissum aut adhuc latentem nobis inviderint. Non possum hìc (quod bonâ fiat veniâ, cùm præsertim se dederit occasío) non vehementer conqueri de jacturâ, quam Litteræ patiuntur, dum tot Bibliothecarum thesauri æternâ nocte damnantur. Libros, si celentur, rarissimos ibi concludi quid aliud est quàm perire? Nunquidnam damni ulla faciet Bibliotheca, si thesaurorum, quos continet, notitiam Respublica Litteraria habuerit? Nunquid de eorum, ubi innotuerint, pretio imminuetur? De quodam ponderis ingentis adamante audivi, cujus pretio accedebat momentum hoc non leve, quòd nesciretur. At suas ejusmodi merces suis institoribus permitto ipsorum ingenio & more æstimandas: non eâdem certè lance expenduntur litteræ. Docemur à Philosophis eandem esse de non existentibus & non apparentibus rationem. Si Litteræ per sui notitiam aliquid gloriæ deperdant, quanto majore in pretio erit earum ignorantia quàm cognitio? En quò brevì recidemus! Nempe in illud antiquum insitiæ Chaos, ubi absorptæ salute propè desperatâ mergebantur Litteræ, cùm eas indè faustis auspiciis exemit Typographia. Apage damnosam hanc Librorum avaritiam. Agedum quisquis es Bibliothecæ exquisitæ aut possessor aut custos; an minùs tua hæc erit, aut magìs eris ejus Librorum peritus, si eos ibi reponi tecum juxtà intellexerit orbis litteratus? Audivi PARISIIS Prælo Regio mandari cæptum Regiæ Bibliothecæ Catalogum. Proh! quàm ineffabili frueremur beneficio; quàm latus nobis fieret in quamlibet eruditionis partem aditus, si celebrium omnium in EUROPÂ Bibliothecarum Catalogi ubique extarent! Quàm Lyncei essemus, ubi nunc aut nihil aut minus videmus! Quàm certiùs & fusiùs rara & laudata eorum, de quibus nunc ago, Typographorum opera recenserem, si Sti. MARCI, si AMBROSIANÆ, si VATICANÆ Bibliothecarum opes reserarentur! Quàm largâ messe te, Lector, cumularem: ad quàm si quòd affero, comparetur, quantulum heu spicilegium! Qualecunque tamen potui, cui

cui nec ulla unquam fortunato facta est ea litterarum horrea invisendi copia, neque obtigit cum doctis eorum locorum viris familiaritas. Pudet tam pauca de NICOLAO JENSON aliisque huic coævis dicenda mihi suppetere, de quibus dici satis, ut dignum est, non potest.

Scio interim non deesse, quibus aliquid vitii in numeris subolet; quíque putant, M. CCCCLXI. pro M. CCCCLXXI. ponendo erràsse Typographum. Et si illi audiantur, ubi sistemus dubitandi finem? Quoties enim cui libitum fuerit dubitare, numerorum errorem statim causabitur. Expendamus tamen ἐκδόσεως eorum rationes. NICOLAUM JENSON (aiunt) typis Romanis tam nitidis tam propè à Typographiæ incunabulis usum vix fit verisimile. Tum quæ causa esset, non vident, cur, qui tam bene incipiendo tantam sui spem dederat, postea tamdiu cessaret. Primum illud, quod objiciunt, nunquam desinet; & poterit æquè objici anno 1470. ac 1461. nam typorum illorum, quos ferè constanter adhibuit, primus fuit Inventor; ab illis enim longè diversos minúsque pulchros usurpaverunt non modò FAUSTUS & SCHŒFFERUS, sed CONRADUS SWEYNHEIM & ARNOLDUS PANNARTZ; quorum illi anno 1457. hi 1467. excudere cœperunt. Objectum aliud jam partim dilui; pauciora habeo adjicienda. An temere est negandum, eum cœpisse, quod postea aliquandiu intermiserit; aut affirmandum, eum intermisisse, quòd nil toto illo intervallo excusum mihi aut cuiquam alii adhuc occurrerit? Quoties vidimus Editiones rarissimas sese in conspectum dare, quarum priùs fuerat dubia aut minima notitia, imò spes aliquando nulla? At pone nil excusum ab eo prodiisse. Indè tamen nulla NICOLAO inuretur otiosæ cessationis nota. Qui enim annis duobus 1470. & 1471. undecim Librorum editiones protulit, annis sanè præcedentibus otiari non poterat. Denique cur minùs annorum vacationi in NICOLAO quàm in aliis ignoscetur? Ut enim multos & recentiores & antiquos Typographos omittam, FAUSTUS & SCHŒFFERUS, qui anno 1457. initium fecerant, annos 1458, 1461, 1463, 1464. intermiserunt: Et biennii vacatio uno Libro ab illis; octennii, undecim Libris à NICOLAO compensata est.

NICOLAUS ab anno 1470. ad 1481. *Latinè* optimos plurimósque elegantibus typis purâque chartâ vulgavit Authores. Hujus Prælo suam operam commodavit OMNIBONUS LEONICENUS, in cu-
• jus ad Episcopum BELLUNENSEM [1] Epistolâ mentionem NICOLAI habemus honorificam. *Accedebant justæ preces* NICOLAI JENSON Gallici *alterius* (*ut verè dicam*) DÆDALI, *qui librariæ Artis mirabilis inventor, non ut scribantur calamo Libri, sed veluti gemmâ im-*

1 Quintilian. 1471.

imprimantur ac propè ſigillo, primus omnium ingenioſè monſtravit: ut huic viro, qui de re litterariâ tam bene meruit, nemo ſit, qui non favere ſummopere debeat. Idcirco non difficulter impetravit, ut non ſolùm hoc opus [QUINTILIANUM] *verùm etiam utramque* CICERONIS *Artem corrigerem.* [1] PETRUS JUSTINIANUS *Venetarum* rerum Scriptor fatetur *in inſtituendis Muſarum alumnis nobiliſſimo commento multum ei* VENETAM *civitatem debere.* Si ejus Editiones cum laudatiſſimis Typographiorum priorum aut poſteriorum operibus conferantur, Artem Typographicam agnoſcemus adeò ab ipſo perfectam, ut illi eam tantùm tentâſſe, hi ei nihil ulterius addidiſſe videantur.

Subit interim mirari, cur NICOLAUS JENSON characteres, cùm *Romanos* haberet tam peculiari venustate præcellentes, *Gothicos* aliquando maluerit, in Bibliorum potiſſimùm, Theologorum ac Juridicorum editionibus. Quod ſic ab eo factum non arbitror, quaſi litteras humaniores pluris quàm Theologiam aut Jurisprudentiam æſtimaret, & typis illas formoſiſſimis, has non niſi deformioribus dignas judicaret: ſed id potiùs conſuetudini tribuendum eſt, quæ hujusmodi typos, lectu utcunque difficiles & viſu deformes, Theologiæ, Jurisprudentiæ ac Philoſophiæ, jure tanquam proprio, ac diſtinguendi magis quàm infamandi cauſâ, aſſignavit. [2] *Gothicus* character ante NICOLAI adventum VENETIIS ignoratur; quo cum ſocio [3] JOHANNE COLONIENSI uſus eſt. In plurimis tamen Libris, cùm ille, tum alii celebres apud VENETOS Typographi eos adhibebant typos, qui à rudi & exiliore MOGUNTINORUM antiquorum formâ procul aberant, necdum abierant in atram *Gothicorum* craſſitudinem; ſed æquâ nitidâque aureæ mediocritatis proportione oculos legentium tenebant attentos juxtà & attonitos; ac [4] *Veneti characteres κατ' ἐξοχὴν* appellabantur. [5] GERMANOS certe, qui PARISIIS conſederunt, quorúmque [6] poſtea fiet mentio, noſtras hic GALLUS VENETIIS in Arte conſummandâ longè multúmque ſuperavit: non quòd meritam illorum famam elevare cupiam, aut induſtriam & laborem invidiâ obſcurare; qui, licèt extranei, ſuam GERMANIAM GALLIÆ ita poſthabuerunt, ut hanc tanto munere primi donaverint. Nequeo autem mihi temperare, quominus voto quantumvis inani indulgeam, ut NICOLAUS ille [7] patriæ æquior ſuiſſet, cùmque popula-

1 In 8. Libr. Histor. Lege CHEVILLERIUM. pag. 64.

2 CHEVILLIER, pag. 64.

3 CHEVILLIER, pag. 62, 63. ex SABELLICO. — *ſed omnium maximè opibus & elegantiâ litterarum formâ multùm cæteros antecelluerunt* NICOLAUS JENSON & JOHANNES COLONIENSIS.

4 CHEVILLIER, pag. 62.

5 GERING, CRANTZ & FRIBURGER.

6 Vide ann. 1470.

7 CHEVILLERIUS p. 43. notat nonnullos Scriptores putâſſe *Typographiam* à NICOLAO JENSONE *in* GALLIAM *exportatam* (uti ANGEL. ROCCH. *de Bibliath.* Vatic. pag. 412.) eúmque *ibidem in ipſâ* GALLIÆ *Metropoli Artem illam exercuiſſe*

Digitized by Google

pularibus ſuis Artis laudes, quas ſibi conciliaverat, participâſſet. Doleo equidem meæ patriæ (cujus amore vinci me nunquam pudebit) id ſolidæ & veræ gloriæ fuiſſe præreptum, ut indigenis magis quàm advenis Artis tam utilis beneficium deberet acceptum : in quâ [1] adeò inſigniter NICOLAUS excelluit, ut inter [2] Scriptores quosdam lis de ejus natalibus oreretur ; quorum gloriam GALLIÆ negatam alter GERMANIS, alter DANIS, injuſtiſſimè uterque & abſurdiſſimè, arrogabat.

Poſtquam GERMANIA ITALIÁque novum hunc litterarum uſum didiciſſent, non longo pòſt tempore GALLIAM inviſit Ars Typographica; cujus uſum tres GERMANI in illud regnum induxerunt. Oculatus Teſtis, vir, non ut magìs alter, in his rebus verſatus, cui me in hôc Opere multum debere agnosco, cujúsque nomen & merita ne magis innotescant (quod plerumque evenire pudor eſt) ſumma vetuit modestia; ille, inquam, ſæpius à me de Libro tam raro & minimè noto interrogatus, mihi affirmavit ſe [3] vidiſſe Biblia Latina; in quorum calce hos verſus legerat :

Jam ſemi undecimus luſtrum *Francos Ludovicus*
Rexerat, *Ulricus*, *Martinus* itémque *Michael*
Orti *Teutonicâ* hanc mihi compoſuere figuram.

Cùm itaque LUDOVICUS undecimus CAROLO ſeptimo anno 1461. 22. *Jul.* defuncto ſucceſſerit eodem anno 15. *Aug.* coronatus, ſi ſemi-luſtrum, id eſt, biennium cum ſemiſſe addatur, oportet Biblia hæc anno 1464. prodiiſſe. Si hæc autem PARISIIS (Loci enim nomen non additum ex viri Clariſſ. ore accepi) fuiſſe excuſa conjectetur ex Typographorum nominibus, quos ſimul alibi excudiſſe non conſtat; non video, quî id conveniat cum iis, quæ doctiſſimus & accuratiſſimus Hiſtoriæ Typographicæ indagator CHEVILLERIUS in ſuo *de* Pariſienſis *Typographiæ origine* [4] Tractatu prodidit; hos nempe Typographos anno 1470. Artem PARISIIS primùm inſtituiſſe; & Biblia in GALLIÆ regno [5] ante annum 1475. impreſſa non fuiſſe. Nodum hunc ſagacioribus ſolvendum relinquo. De tribus illis Typographis agam, cùm ad annum 1470. pervenero. Præterea, ſi ambi-

1 POLYDOR. VERGIL. *de Invent.* Lib. 2. Cap. 7. *Artem* NICOLAUS JENSON *primus mirum in modum illuſtravit, cuiſſe* (uti JACOB. HOFFMAN. in *Dictionar.* & HENR. PANTALEON. in ſecund. Tom. *Illuſtr.* German. & MELCH. ADAM. in *Vit.* Guttemb. & Fauſt. & MALLINEROT. in ſuâ *Diſſertat.* p. 90.)

2 SABELLICUS cum *Teutonicum*, ISACIUS PONTANUS *Danum* app ellat. Lege MALLINEROT. *Diſſertat.* p. 82. & 83.

3 In Bibliothecâ Epiſcopi MORI nuper Academiæ *Cantabrigienſi* donatâ.

4 Part. 1. Chap. 2, & 3.

5 Part. 1. Chap. 5. pag. 74.

ambigatur, an Biblia hæc PARISIIS excusa sint; Liber, quem vidi, proximus probabit Artem ante annum 1470. in GALLIÂ, alibi quàm PARISIIS excoli cœptam.

[1] *Francisci Florii Florentini de amore Camilli & Æmiliæ Aretinorum liber, expletus est Turonis, editus in domo Guillermi Archiepiscopi Turonensis, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, pridie Calendas Januarii*: in 4to. aut 8vo. & adeò nitido (*Gothico* licèt) charactere, ut mirer tantam in ipsis initiis operis perfectionem, doleámque Typographi nomen omissum, ipsique, quisquis fuerit, tantum laudis, quam certè meruit, ereptum.

Scrupulum, siquem vox *expletus* injecerit, eximet vox *editus*. Illa forsan sola, nisi hæc fuisset adjecta, tempus, quo Librum scribendi Author, non excudendi Typographus, finem fecerat, potuit indicare. Verbum autem *edere*, ex quo Typographiæ usus pervulgatus est, de eâ Librorum, quæ fit per Typos, emissione ferè semper dicitur. Præterea eidem Libro subjungitur *alius de duobus amantibus Libellus in Latinum ex Boccacio transfiguratus per Leonardum Aretini*; qui [2] anno 1443. obierat.

Id de Typographicæ Artis progressu observari dignum est; quòd, postquam in GERMANIÂ nata vires ad foras prodeundum idoneas collegisset, pede statim concitato ITALIAM petierit; & illud Orbis theatrum, illam omnigenæ doctrinæ olim sedem ac tot eruditorum virorum patriam, quò Disciplinæ undique omnes & politiora Artium liberalium studia quondam confluxerant, elegerit sibi, ut ibi suas opes spectandas exponeret, secúmque in suam patriam renascentes convocaret litteras.

Post MOGUNTIAM, nullus mihi occurrit, qui Typographiâ dissertè designetur inclaruisse, locus ante [3] *Sublacense* Monasterium, in quo LACTANTII FIRMIANI *Institutiones* anno 1465. antepenult. *Octob.* in fol. cusæ fuerunt, optimo certè & *Romano* charactere. Opus profectò eâ Artis pompâ ad amussim exactum, ut nemo, qui viderit, nomen Typographi abesse non indignetur. Illud etiam non reticendum censeo, quòd loca quædam à LACTANTIO ex aliis Scriptoribus allata *Græcis* typis exarentur nitidissimis, quíque eos, quos postea SWEYNHEIM & PANNARTZ ROMÆ usurpabant, proximè referunt.

Anno 1466. Biblia *Latina* AUGUSTÆ VINDELICORUM JOANNES BEMLER excudit, cujus rei testem [4] MELCHIOREM ADAMUM

1 Hunc Librum, utì & plurimos alios, in cultissimâ JOHANNIS BRIDGES armigeri, cujus humanitati multum me debere agnosco, Bibliothecâ inspexi.

2 CALVIS. *Chronolog.*

3 De hôc Monasterio consule *Diar. Ital.* MONTFAUC. pag. 338.

4 In *Vitâ* JOAN. GUTTENBERG.

Digitized by Google

MUM appellat Reverend. P. JACOBUS LE LONG in ſuâ *Bibliothecâ Sacrâ*, vir de Theologis in operoſo illo, & in methodum clariſſimam redacto Libro egregiè meritus. Et utinam ejus exemplum aliis quoque ad parem in reliquis Scientiis & Artibus industriam excitaret!

ROMAM & VENETIAS potiſſimùm, urbes ITALIÆ totius celeberrimas, illam Terrarum aliquando caput; hanc Maris dominam Typographia inviſit, quas ſuis ſacris initiaret. Ubi adveniſſet ROMAM, ſe contulit in PETRI ac FRANCISCI DE [1] MAXIMIS fratrum domum, in quâ CONRADUS SWEYNHEIM & ARNOLDUS PANNARTZ, uterque *Germanus*, ſua collocaverunt præla, junctâque ſocietate & industriâ ſeſe operi typographico naviter accinxerunt.

Inter primos, quos in lucem ediderunt, Libros habentur CICERONIS *Epiſtolæ familiares* ann. 1467. & Sancti AUGUSTINI Opus *de Civitate Dei* ann. 1468. ut à duobus graviſſimis Scriptoribus, Hôc inter Sanctos *Latinæ* Eccleſiæ Patres, illo inter *Latinos* Authores principe, utroque Rhetoricæ magiſtro, auſpicarentur. Deinde per totum ſexennium vulgandis Tractatibus optimis tam ſacris quàm profanis, ad labores impigri, ſumptuum prodigi, invigilaverunt. Nil ſanè eſt in rem typographicam magis injurioſum, quàm ſordidior lucri turpis cupido, & nimia in neceſſariis ſumptibus faciendis parſimonia. De hôc vitio olim ſic conquerebatur JOHANNES [2] FROBENIUS: —— *Quod noſtra quidam imitati præfantur ſe duplo minoris Exemplaria vendituros, id non tam ridiculum eſt, quàm omnibus ſtudiis & ſtudioſis perniciofum. Nos castigamus noſtra pro virili, chartis bonis utimur, doctos ære magno conducimus. Quid illi faciant, aliorum esto judicium. Hoc unum non tacebimus, ſi res impreſſoria negotiatio pergat eſſe, ut quorundam arte cœpit quæstui modò ſtudentium, non tam hujus unquam inventionem fuiſſe rectis ſtudiis utilem quàm erit abuſus exitiabilis.* Hujus verò vitii neutiquàm affines fuiſſe antiquos illos Typographos convincunt plurima, quæ adhuc ſuperſunt & ſupererunt, Exemplaria; quorum charta, atramentum, character, opus ubique æquale, omnia quaſi recèns è prælo exirent, nitida oculos legentium invitant, delectant, rapiunt. Ad id præterea negotii plurimum momenti afferebat, quòd illis temporibus viri & doctrinâ & loco illuſtres prælis præeſſe ἐπανορθῶται & ἐγνωδιόρθται non dedignarentur: inter quos JOHANNES ANDREAS ALERIÆ in CYRNO inſulâ Epiſcopus, & Papæ [3] Bibliothecarius, nomen primum meruit: quo manuſcriptos Codices ſubminiſtrante,

1 Hujus familiæ mentionem facit Clariſſ. BERNARDUS DE MONTFAUCON in *Diar. Italic.* pag. 166. & 255.

2 In Præfat. ÆSOP. ann. 1517.

3 CHEVILLIER, pag. 199.

Digitized by Google

te, & præparante, typographicum opus emaculante, Epistolas nonnullis editionibus Præfationésque adscribente, CONRADUS SWEYNHEIM & ARNOLDUS PANNARTZ tot ingeniorum fœtus angustioribus hactenus Bibliothecarum limitibus conclusos liberiùs tandem & longiùs exspatiari, quique privati antea tantùm juris fuerant, nunc publici esse jusserunt. ROMA sibi visa est iterum Orbis caput, diu depositam litterarum dictaturam resumpsisse, senectámque exuisse veterem, cùm illorum Typographorum arte CICERONEM, VIRGILIUM, OVIDIUM aliósque complures eruditionis Heroes & Antesignanos ab inferis ad superas auras evocatos mirata, suum ferè putaverit AUGUSTUM suósque cæteros revixisse MÆCENATES.

Nihil & Urbe Româ & Orbe Christiano dignius præstare poterant CONRADUS & ARNOLDUS, quàm Patres Ecclesiæ *Romanæ* doctissimos Fideíque Catholicæ Propugnatores acerrimos in arenam producere, eádémque lampade lucem litteris & Religioni præferre. Anno igitur eodem 1468. Opus AUGUSTINI *de Civitate Dei* eruditissimum; *Epistolas* HIERONYMI disertissimas, cùm luminibus orationis tum viribus argumentorum instructas, vulgaverunt: ut Episcopo quasi succenturiatus accederet Presbyter; & in Urbe illâ primariâ, ubi puer olim liberalibus studiis fuerat educatus, adultúsque prætextâ positâ * *Christi vestem susceperat*, novæ quoddam vitæ initium ordiretur. Anno superiore TULLIANAS dederant *Epistolas*, hôc dant HIERONYMIANAS; ex quarum collatione liqueat, quanto Ethnicum facundiâ anteeat Orator Christianus, quâ sublimis ingenii dexteritate totas Authorum Profanorum opes in meliores rerum sacrarum usus prodigat, & Ecclesiæ consecret. Has HIERONYMI *Epistolas* recognovit ANDREAS *Alerienſis*, ex cujus ad PAULUM II. Dedicatione eis præmissâ quædam hic inserere nec mihi neque (ut puto) Lectori erit molestum.

Tuis certè temporibus ad reliquas Dei gratias hoc etiam felicitatis Orbi Christiano accessit ac munus, ut pauperrimi quique parvâ pecuniâ Bibliothecas possint redimere. An parva tuæ Sanctitatis gloria, ut quæ Volumina vix centum aureis emi poterant aliis temporibus, viginti hodie ac minoris bene exarata & non mendosissimè scripta redimantur? Quæ vix viginti aureis Lectori mercabantur, quatuor & viliùs nunc etiam emantur. —— *Ejusmodi enim est impressorum nostrorum & characteres effingentium Artificum, ut vix inter hominum inventa, non modò nova sed ne vetera quidem, quidquam excellentioris inventi possit referri. Dignè honoranda profectò* GERMANIA *est, utilitatum inventrix maximarum. Hoc est, quod gloriosa illa ac Cœlo digna anima* NICOLAI CUSENSIS, *Cardinalis Sancti* PETRI *ad vincula, peroptabat: ut hæc sancta Ars, quæ oriri tunc videbatur in*

* Lege HIERON. *Epistol. ad* DAMAS. in 2do. Epistolar. tomo.

in GERMANIÂ ROMAM *deduceretur, jam vota illius —— tuo tempore impleta sunt. —— Ego posteris in his Scriptis constanter semper admirationi futurum trado præstantissimos characterum imprimendorum Artifices sub* PAULI *II.* Veneti ROMÆ *Artem exercuisse tanto artificio & industriâ hominum. Gratia nobis hæc Cœlitus per Divinum Pastorem importata, ut minoris Libri ferè emi possint, quàm aliàs soleret redimi ligatura. Nunc igitur, summe Pontificum, mansuetissime & verè gloriosissime, Sancti* HIERONYMI *primum Volumen habe, habiturus deinceps statutis temporibus semper nova tuæ Felicitatis indicia, quasi frugum te dignissimarum primitias, & fove sub tuâ Protectione* CONRADUM & ARNOLDUM, Germanos *homines, Arte imprimendi præstantes Artifices.*

Libri, qui hactenus emissi sunt, *Latini Græcè* nihil ferè aut paucissima admodum habebant admista. Quicquid ex illâ Linguâ CICERO suis Operibus inseruit, aut [1] typis valde rudibus exprimebatur, [2] aut, lineæ spatio vacante, omnino omittebatur. Ut igitur illi vitio & huic defectui, quo Typographia laborabat, foret remedium, characteres *Græcos* ad veram exactámque Manuscriptorum figuram & similitudinem oportebat effingi & ex metallo fundi, eámque illorum copiam, quæ multò pluribus, quàm uni voculæ aut lineolæ, excudendis sufficeret. Rei illi *Græcarum* Litterarum desuetudo & inscientia, tum earundem à *Latinis*, quibus solis Artifices insueverant, discrepantia, difficultatem non minimam attulerant. Hanc tamen perruperunt CONRADUS & ARNOLDUS; *Græcarúmque* formarum necessariâ supellectile comparatâ, AULO GELLIO manus admoverunt; [3] Authorem *maximis Scriptoribus annumerandum, in quo vix queat scitu dignum quippiam inveniri, de quo pars ab eo aliqua non tractetur. Erat tamen dura imprimis provincia; —— nam & multa* Latina *erant Librariorum negligentiâ depravata; & multo plura* Græca —— *corrupta, trunca, manca. Ea quoque ipsa, quæ integra extabant, à* Latinorum *perpaucis propter* Græcitatis *inscientiam intelligebantur. Temptavere quidam utriusque Linguæ non expertes hanc* Latinis *gemmam —— detergere atque perpolire, —— qui aut rei difficultate aut aliis occupationibus distracti, —— ab Opere suscepto destiterunt.* Hanc provinciam à reliquis desperatam sibi depoposcit *Alerienſis* Episcopus; & *opitulante* THEODORO GAZÂ, *viro non in unâ aliquâ seorsim facultate sed in omnibus generatim animi ingenui disciplinis doctissimo, multa* Latina *fecit veriora, & ut* Græca Latinè *legerentur, consequutus est.* Opus illud GELLIANUM anno 1469. CONRADI & ARNOLDI prælo exivit, characteribus luculentis, Librorum

1 De hôc priùs dictum est ad edition. CICER. *Offic.* 1465.

2 Sic in CICER. *Epistol. ad Famil.* ROM. 1467. per SWEYNHEIM & PANNARTZ; ac *Epistol. ad* ATTIC. VENET. 1470. per JENSON.

3 Lege *Epistol. Episcop.* Alerienſ. *ad* PAUL. II.

brorum Argumentis rubricâ per calamum deſcriptis. Loci ex variis *Græcis* Authoribus (& vix ullo in alio *Latino* Scriptore plures occurrunt frequentiores aut prolixiores) allegati exhibentur *Græcè* impreſſi litteris ſanè (ſi hos in illo imprimendi genere conatus primos fuiſſe animadvertamus) ſatis pulchris & elegantibus, textu bene emaculato, & ita diligenter (quod in inſolitâ & adhuc ignotâ apud Typographos Linguâ notari dignum eſt) correcto, [1] ut in duabus paginis lineas ſeptuaginta ſex non quidem breves complectentibus haud ſæpius quàm in vocibus quatuordecim erratum fuerit. Litteræ ſunt grandiori aliquantulum ſpecie, æquabili & rotundiore formaturâ, planóque & nativo ductu effictæ; nudæ prorſus, & omni accentuum ſpirituúmque apparatu deſtitutæ ſeorſim ſingulæ, ac nullis ligaminibus inter ſe cohærentes, nullâque abbreviandi artificioſâ methodo [2] conſtrictæ: nihil omnino lectionem reddit perplexam, niſi quòd plures aliquando voces nullo interjecto ſpatio continuatæ, & periodi nullo ſæpe aut perperam interpoſito puncto diſtinctæ, Lectorem, ubi finito ſenſu ſubſiſtat, dubium (niſi qui Manuſcriptis aſſueverit) aliquantisper retardent.

Atticis AULI GELLII *Noctibus* Epiſcopus *Alerienſis* præmiſit doctam ad PAUL. II. Pontif. *Rom.* Epiſtolam, in quâ collata in ſe rerum omnium penuriâ aliquando laborantem Papæ & GULIELMI Cardinalis *Oſtienſis Rothomagenſis* nuncupati univerſique Cardinalium collegii beneficia gratus recolit. A GULIELMO Cardinale, cùm *molestis admodum inopiæ angeretur angustiis, centum ipſi mutuò numerati ſunt aurei; eique diu licuit eſſe ſub placidiſſimo creditore, donec æs alienum diſſolveret, pecuniámque illi tandem redderet.* Idem postea Cardinalis ei, *quamprimùm* eum Papa *ad Eccleſiam* Alerienſem *ab* Accienſi *transtuliſſet, ſuæ benignitatis gremium denuò aperuit.* Papa præterea ei SABACIEN. *Eccleſiam conferri conſenſit.* His maximis beneficiis donatus *vigilabat impendio magìs atque contendebat, ut quotidie meliùs placitura in medium proferret, hòc modo excelſa & delimata ingenia jugi hortatu provocans, ſi quo pacto conſequi poſſet, ut in hòc latiſſimo recognitionum campo pertrahantur* &c.

Ad

1 Locus, qui hìc citatur, occurrit in A. GELL. lib. 10. c. 22. ex PLATONIS *Gorgiâ* deſumptus, quem libuit integrum perlegere. Errores, quot deprehendi, hìc ſubnotati ſunt; Et ſingulis numerus lineæ adnotatus; ut ex eorum paucitate Typographi diligentiam Lector agnoſcat.

In Pagin. anterior. lin. 8. χρωμενοι pro χρωμενοι. 11. ανδρωπιων pro ανδρωπινων. 30. παιδιον pro παιδιων. 31. στα pro στα.

In Pagin. poſterior. lin. 5. συφυης pro ευφυης. 8. καταδιδικοτι pro καταδεδικοτι. 11. εχω pro εχω. Ibid. φιλικος pro φιλικως. 15. φιεν pro φυειν. 20. αχθεσθες pro αχθεσθης. 29. εσις pro εισις. 31. μεγιστου pro μεγιστων.

In Pagin. proxim. anterior. lin. 1. Κεινων pro Κεινοις. 2. ελαγχανεται pro ελιγχονται.

2 Duæ tantùm voces ſunt abbreviatæ. In Pagin. anterior. lin. 3. & 9. κων. & κοις pro ανθρωπων & ανθρωποις.

Digitized by Google

Ad GELLIANORUM Commentariorum calcem adjicitur elegiacum triginta octo versuum Carmen ab *Alerienſi* Episcopo fortè compositum, & minimè pro eorum temporum captu aspernandum: quod igitur Lectori hic non invidebo.

Aulia mî quondam prædigna volumina clausa.
Te pandente forem, jam, *Theodore*, lego.
Tu, quemcunque juvat mecum has evolvere Noctes,
Illas cum *Gazâ* me vigilâsse tene.
Si minus est aliquid, succurre ex parte virili.
Tu quoque si nescis, rodere parce mea.
Ut nova presſarent clari monumenta Magistri,
Edidimus gratis: sit procul invidia.
Quære tuos, quisquis habuisti hos fortè, Libellos;
Atque fatere aliquid te didicisse meis.
Sparsimus in pluris facunda volumina chartas,
Ne noctis doctas nox fera detereret.
Cincta salo à *Cyrno* dat *Aleria* Scripta, *Latini*,
Hæc vobis: illi reddite vos melius.
Exposita est doctis ingenti gloria Campo:
Ingenui nescit Musa latere viri:
Murmuret, ac dente laceret studia ista canino,
Ignoto quisquis malit hiare lare.
Sumitis? an taxos pavidi timuistis amaras?
Sumite: non omni est Corsica amara loco.
Ferre solet vobis hæc Insula mollia vina.
Munere jam magni dat meliora Dei.
Radite, siqua minus *Gelium* redolere videntur.
Sed priùs albenti quærite digna loco.
Vos, Juvenes nostri clarissima lumina sæcli,
Sumite vos *Aulum*, pectore, fronte, manu.
Pontificum summus & mundi gloria *Paulus*
Sacra magis (justum est) hæc quoque Scripta probat.
Antè illi dedimus divina Volumina nostris
Teutonibus ficta: ille huic pius arce favet.
Fluxerat in mendas penè omnis charta *Latina*.
Cœpimus hæc: lapsæ det manus omnis opem.
Quid melius fieret, non nos noramus, amici:
Siquis majus habet, proferat in medium.
Nostra piis tuta est, fidisque *Thalia* modestis
Judicibus: siqua es, invida turba, tace.
Sede *Petri Veneto Paulo* florente secundo
Egimus hæc *Romæ*. Gratia summa Deo.

JOANNES ANDREAS quo præceptore usus fuerit, scire forsan non nihil intererit. Ipsum audiamus in Epistolâ ad PAULUM II. & MARCUM Sti. MARCI Cardinalem tribus LIVII Decadibus præfixâ.

fixâ. —— VICTORINUM Feltrenſem —— *quo viro altore uſus ſum atque præceptore* —— *ego illo uſus ſum parente & magistro.* —— Mantuæ LIVII *Decadum partem prælegentem audivi* —— *ſi quid in recognitione proſeci, auctori acceptum* VICTORINO *referatur.*

THEODORI GAZÆ, quem in GELLIO habuerat adjutorem, in PLINII editione opem ſenſit, & agnovit in ſuâ ad PAULUM II. Epistolâ. —— *Juvit mirificè vir ſummæ eruditionis ac ſapientiæ* Theodorus *meus* Gaza; *atque ita quidem, ut absque illo neque ego nec, penè dixerim, mundus hoc munus fuerit impleturus.* Deinde paulò pòſt addit —— *equidem, Pater Beatiſſime,* Plinianam *recognitionem ampliſſimo Domino meo temporali* Galeaz Sforziæ *Vicecomiti Duci* Mediolani *inclytiſſimo ſtatueram tuâ voluntate delegare; ſed existimavi aliquid me adhuc poſſe addere huic præstantiſſimo Operi: quod ſit deinceps illi Principi plus præbiturum voluptatis. Quare in proximam additionem recognitionémque hoc illi munus reſervavi.* —— PLINIANÆ hujus editionis calci JOHANNES ANDREAS hæc ſubjunxit; quæ, quoniam accuratiſſimam ipſius diligentiam testentur, neutiquam hìc prætereunda cenſui. IRENEUS Lugdunenſis *Epiſcopus; item* JUSTINUS *ex Philoſopho Martyr; item cum divo* HIERONYMO EUSEBIUS Cæſarienſis *ſeram posteritatem adjurárunt, ut eorum deſcripturi Opera conferrent diligenter exemplaria, & ſolerti ſtudio emendarent: idem ego tum in cæteris Libris omnibus, tum maximè in* PLINIO *ut fiat, vehementer obſecro, obtestor, atque adjuro, ne ad priora menda & tenebras inextricabiles tanti ſudoris Opus relabatur.*

Sic *Alerienſis* Episcopi adlaborantis hortatu, ope & inſpectione aſſiduâ, CONRADI & ARNOLDI Typographêum per ſeptem annorum ſpatium creſcentibus in dies laboribus litterarios edidit partus, donec tandem neſcio quâ fati pudendi inclementiâ poſt multos labores exantlatos opésque exhaustas in eas ærumnarum angustias adducti ſunt, ut omnia ipſis jam forent desperata. Cùm itaque non ſuppeteret, quo importunæ paupertatis onus miſerum & grave amoliretur, ſupplicem ad Papam SIXTUM IV. ſuis & *Alerienſis* Epiſcopi verbis, dederunt * Epistolam anno 1472. 20. *Mart.* in quâ ſua opera ſuámque inopiam, nunquam ſatìs laudanda illa, hanc deplorandam, commemorant.

IO. AND. *ad* XYST. *IIII.*

—— *Ut digneris miſericorditer occurrere, ſervuli tuæ Sanctitatis* Conradus Sweynheim *&* Arnoldus Pannartz, *Impreſſores nostri ac utiliſſimæ hujus fictoriæ Artis primi in* Italiâ *opifices implorant.* —— *Vox impreſſorum ſub*

* Hæc legitur in initio quinti tomi Gloſſæ NICOLAI DE LYRÂ ann. 1472.

ſub tanto chartarum faſce laborantium & , *niſi tua liberalitas opituletur* , *deficientium iſta eſt.* —— *Nos de* Germanis *primi tanti commodi Artem in* Romanam *Curiam tuam multo ſtudore & impenſâ deceſſoris tui tempestate deveximus. Nos Opifices Librarios cæteros, ut idem auderent, noſtro exemplo incitavimus.* —— *Indicem ſi perlegeris impreſſorum à nobis Operum, miraberis* —— *vel chartas huic Librorum copiæ potuiſſe vel linamenta ſufficere* —— *Impreſſi ſunt noſtro ſtudio Libri* , *qui in ſubjectis ſuo ordine tibi recenſebuntur.*

* * *Donati pro puerulis* , *ut indè principium dicendi ſumamus unde imprimendi initium ſumpſimus* , *numero trecenti.* CCC.

[b] *Lactantii Inſtitutionum volumina Octingenta viginti quinque.* DCCC. XXV.

[c] *Epiſtolarum familiarium Ciceronis volumina quingenta quinquaginta.* D. L.

[d] *Epiſtolarum ad Atticum volumina ducenta Septuaginta quinque.* CC. LXXV.

[e] *Speculi humanæ vitæ volumina trecenta.* CCC.

[f] *Divi Auguſtini de civitate Dei volumina Octingenta viginti quinque.* DCCC. XXV.

[g] *Divi Hieronymi Epiſtolarum & Libellorum volumina mille & centum.* M. C.

[h] *M. Tull. Ciceronis de Oratore cum cæteris* , *volumina quingenta quinquaginta.* D. L.

[i] *M. Tull. Ciceronis operum omnium in philoſophiâ volumina quingenta quinquaginta.* D. L.

[k] *L. Apuleii Platonici cum Alcinoo* , *volumina ducenta ſeptuaginta quinque.* CC. LXXV.

[l] *A. Gelii noctium Atticarum* , *volumina ducenta ſeptuaginta quinque.* CC. LXXV.

[m] *C. Cæſaris Commentariorum Gallici & civilium bellorum* , *volumina ducenta ſeptuaginta quinque.* CC. LXXV.

[n] *Defenſionis Divi Platonis* , *volumina trecenta.* CCC.

o *P. Vir-*

* Litterulæ Libris ſingulis præfixæ indicant impreſſionis annum huic Epiſtolæ poſtea ſubjectum.

[a] De DONATI anno nil certi habeo ; ſed ex ipſius Epiſtolæ verbis videtur ejus editio reliquis omnibus præiviſſe. Artis ſcilicet ſuæ ſpecimen & rudimentum voluerunt eſſe Grammaticam : cujus *fundamenta* , teſte QUINTILIANO (*Inſtitut.* Lib. 1. cap. 5.) rerum illarum indice experientiſſimo idcóque optimo, *niſi fideliter jeceris* , *quicquid ſuperſtruxeris* , *corruet.* Neque tamen omnino certus ſum hîc deſignari DONATI Grammaticam , niſi quod DONATOS illos *pro puerulis* impreſſos affirment. Vix equidem puto hîc intelligi DONATI Commentarios in TERENTIUM, qui anno 1472. prodierunt. Ne id ſentiam, obſtant verba hæc, *unde imprimendi initium ſumpſimus.* [b] Ann. 1468. [c] 1467. [d] 1470. [e] 1468. [f] 1468. [g] 1468. [h] abſque anni notâ. [i] 1471. [k] 1469. [l] 1469. [m] 1469. [n] abſque

[o] *P. Virgil. Maronis operum omnium, volumina quingenta quinquaginta.*	D. L.
[p] *T. Livii Patavini cum epitomate omnium decadum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[q] *Strabonis Geographici, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[r] *M. Ann. Lucani, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[s] *C. Plynii Veronenſis de naturali hiſtoriâ, volumina trecenta.*	CCC.
[t] *C. Suetonii Tranquilli de duodecim Cæſaribus, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[v] *Div. Leonis Papæ Sermonum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[x] *M. Fabii Quintiliani Inſtitutionum Oratoriarum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[y] *Continui I. Cathenæ aureæ D. Thomæ Aquinatis, volumina quingenta quinquaginta.*	D. L.
[z] *Div. Cypriani Epiſtolarum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[aa] *Bibliæ cum opuſculo Ariſteæ, volumina quingenta quinquaginta.*	D. L.
[bb] *Silii Italici cum C. Calphurnio & Heſiodo, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[cc] *Orationum M. Tull. Ciceronis cum invectivis in Antonium, Verrem, Catilinam & cæteros, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.*	CC. LXXV.
[dd] *P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeos & Elegiarum omnium, volumina quingenta quinquaginta.*	D. L.
[ee] *Nicolai de Lyrâ, volumina mille & centum.*	M. C.

Horum omnium voluminum ſumma —— efficit codices duodecies mille quadringentos ſeptuaginta quinque; acervum quidem ingentem, & nobis Impreſſoribus tuis, quâ parte reſtat, intolerabilem —— ingens ſumptus ad victum neceſſarius ceſſantibus emptoribus ferri ampliùs à nobis nequit, & ementes non eſſe nullum eſt gravius teſtimonium, quàm quòd domus noſtræ ſatis magna plena eſt quinternionum, inanis rerum neceſſariarum —— parati ſumus pro Clementiæ tuæ arbitrio de noſtrâ merce i. e. de impreſſis quinternionibus noſtris tibi tot tradere, quot volueris, & quibus volueris. —— Tua incredibilis manſuetudo ſubveniat nobis de aliquo officio, unde poſſimus nos & noſtros

que anni notâ. [o] nondum vidi. [p] absque anni notâ. [q] nondum vidi. [r] 1469 [s] 1470. [t] 1470. [v] 1470. [x] 1470. [y] nondum vidi. [z] 1471. [aa] 1471. [bb] 1471. [cc] 1471. [dd] 1471. [ee] 1471. 1472.

Digitized by Google

tros alere. Impensa est facta in solius Nicolai de Lyrâ *à nobis voluminibus tanta, ut amplius nihil nobis superſit ad vivendum. Si venderemus opera nostra, non solum à pietate tuâ nihil peteremus, ſed ultro in præſentium temporum articulo, in quo te plurium egere non neſcimus, ipſi nostra offerremus; faciemúsque, quotiens tuo adjumento fortuna nobiscum uſa eſſe videbitur fronte ſereniore. Interea, Pater Sancte, adjuvent nos miſerationes tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.* —— XX. *Marcii.* M. CCCC. LXXII. *Pontificatûs tui Clementiſſimi anno primo.*

In Catalogo præcedente impreſſionis annus ſingulis Libris cùm non additus ſit, hunc ſupplere, quantum ad meam adhuc pervenit notitiam, viſum eſt.

Si itaque Exemplaria 1247ſ. & Libri 28. eorúmque non exiguæ molis complures, cum annorum, intrà quos editi fuerunt, numero conferantur; typographicas impenſas operásque minimè ceſſaſſe conjiciemus.

Quàm iniquè fuit id comparatum, officinam adeò operoſam ſuo ipſius oneri ſuccubuiſſe! Exemplarium numerum Libris ſingulis non inconſultò addidi, ut Lector eos, quorum pauciora preſſa ſunt Exemplaria, rariores eſſe Libros intelligat. Hic etiam obiter (leviuſculi quantumvis momenti eſſe videatur) lubet non præterire formam Codicum, quos illi excudebant Typographi, voce *Quinternionum* expreſſam; quinque ſcilicet folia, ſingula quatuor paginas complexa, ita erant ſub Prælo inſtituta, ut poſſent à Bibliopegis in ſe invicem compingi, & in unum Quinternionem aggregari.

Neſcio, an Conradus Sweynheim anno 1473. aut 1474. obierit; Arnoldus enim Pannartz anno 1475. ſolus impreſſit.

Oxonii apud Anglos anno 1468. 17. die *Decemb.* prodiit expoſitio Sti. Hieronymi in *Symbolum Apoſtolorum*; nullum verò Liber facit indicium, quis fuerit ipſius Typographus. Jam antea de primâ Typographiæ in *Britanniam* migratione ante annum 1460. & ejusdem apud *Oxonienſes* inſtitutione dictum eſt. Nondum autem ex quoquam ſcire mihi contigit, numquid ante annum 1468. in *Angliâ* impreſſum ſit. Quos deinceps postea progreſſus Ars illa reliquarum omnium adjutrix in Inſulâ hâc ingeniorum fertiliſſimâ habuerit, qualis Typographorum ſoboles ſeriésque à primâ origine ad nostra usque tempora in variis hujus Regni locis ſucceſſerit, enarrare ſpeciatim non aggrediar. Res ista adeò digna eſt, ubi nervos intendat ſuos peritior *Britannicarum* rerum Antiquarius, qualem me non eſſe planè confiteor. Nonnullos ſubinde, prout ad meam notitiam fortè pervenerint, Libros inſpergam, nec quicquam aliud volo à me Lector in præſentiâ expectet. Provinciam hanc, in quâ ſum tyro prorſus rudis & inexercitatus, accipere & administrare meliùs poterit Thomas Hearn,

Oxonienſis Academiæ non leve nunc ornamentum, Vir labore, eruditione, vitæ integritate ſpectatiſſimus. Ignoscat interim mihi vir doctiſſimus, quòd non modò ejus nomen honoris cauſâ hiſce meis Annalibus inſeruerim, ſed & ipſius humeris cuivis ſtudiorum oneri non imparibus id laboris impoſuerim, ex quo ad *Anglæ* Gentis gloriam, ad Historiam ejusdem illustrandam, ad commune denique litterarum emolumentum magnum pondus acceſſurum nemo facilè non videat. Neque quidem id ſolùm in rebus, quæ ad *Britannicas* Inſulas ſpectant, ſed in Linguis quoque *Gallicâ*, *Italicâ*, *Hiſpanicâ*, modernisque reliquis, fieri velim. Opus hoc ingentis ſudoris ac diligentiæ multorúmque forſan annorum nonniſi à viro capacis ingenii, induſtriæ indefeſſæ, penitiſſimæque in reconditis publicarum privatarúmque Bibliothecarum monumentis cognitionis ſperandum eſt: aut, ſi majus id videatur, quàm quod ab uno poſſit expeti, inter plures, quorum ſinguli Historiam ſingulæ Gentis typographicam tractarent, diviſum levius fieret. Antequam ſuſceptum hoc fuerit & peractum, Typographicos Annales alios, quàm mutilos & valde imperfectos, frustra expectemus. Sed à meſſe illâ opulentâ, quam non niſi mente & ſpe licet percipere, ad meum manipulum redeundum eſt.

Altero poſt inſtructum à CONRADO SWEYNHEIM & ARNOLDO PANNARTZ Typographeum anno, ſcilicet 1468. ROMÆ alius inclaruit è *Germaniâ* Typographus, UDALRICUS HAN, cognomine Latino GALLUS: cui JOHANNES ANTONIUS CAMPANUS *Teramenſis* Episcopus eandem, quam illis *Alerienſis*, operam præſtitit. Nihil certè huic UDALRICO magis in gloriam cedere potuit, quàm quòd eum CAMPANUS eligeret potiſſimum, cujus curæ ſuas committeret lucubrationes, & in ejus laudibus celebrandis materiam (utì postea dicetur) carminibus ſuis quæſiverit vir adeò inſignis, & inter illius ævi optimos Poëtas æquè ac Oratores meritò numeratus.

JOANNES ANTONIUS CAMPANUS qualis quantúsque fuerit, ex MICHAELO FERNO *Mediolanenſi*, qui ejus & Vitam ſcripſit, & varios Tractatus, Orationes, Cenſuras, Epistolas ac Epigrammata in unum Volumen redacta anno 1495. edidit, comperiet curioſus Lector. Eruditione ſuâ in Curiæ *Romanæ* gratiam ſe inſinuavit. Purpuratos Præſules, *Papienſem* præſertim, *Senenſem*, *Saxoferratenſem*, & BESSARIONEM; Pontificésque ipſos, PIUM, PAULUM, XYSTUM; plurimósque Principes ſuo obſequio demeritus; Episcopus *Crotoniatum* primò conſtitutus, deinde ad uberiores *Teramenſis* Eccleſiæ reditus ſedémque honoratiorem evectus, postea in Eccleſiæ divi EUSTACHII Archipresbyteratum ſuffectus eſt. Neque quisquam erat, qui aliquando Cardinalem creatum iri non auguraretur; obtigiſſétque, niſi fata nimiùm properè PIUM abſtuliſſent. Quàm acri judicio

cio Veterum ſcripta perpenderit, declarant ejusdem in varios Authores cenſuræ; in centum triginta ſex QUINTILIANI *Declamationes*; in CICERONIS *Orationes*; in VICTORINUM *de Generatione Divinâ*, (quem nonnullas *Germaniæ* Bibliothecas evolvens invenit) in SUETONIUM (quem editum Cardinali *Senenſi* dicavit) in PLUTARCHI *Vitas* (quas diſperſas & à diverſis indè Interpretibus *Latinas* factas collegit) in LIVIUM, cujus *tres Decades Libratiorum inſcitiâ magnâ ex parte depravatas juſſu Cardinalis* Papienſis *receperat emendandas, operoſam quidem rem & laboris plenam; dum multis Exemplaribus fretus corrigere aggreſſus eſt errores Librariorum, qui aut quod ipſi non capiant, nimium eſſe, aut quod non cernunt, obſcurum, aut quod inverſum eſt ſtudio Auctoris depravatum putant; quique de Librariis emendatores facti ibi plus adhibent judicii, ubi minùs intelligunt. Horum ille depravationes, quas tantâ diuturnitate temporis tantâque barbariè neceſſe fuit eſſe quàm plurimas, emendavit, quàm potuit diligenter, ut huic novæ miræque induſtriæ impreſſorum ipſe quoque pro virili auxiliaretur: idem facturus in cæteris, quò non modò non carerent Libris Veterum eruditi, ſed & magna futura foret copia, & æquè pauperi atque diviti comparari exiguo poſſent. Adjecta ſunt ab illo omnium Librorum epitomata, eorum etiam, qui non extant, ut priſcarum rerum notitiam habeamus ex his aliquam, ſimul ut quantam in* LIVIO *fecerimus jacturam, intelligamus.* ANTONII MORETI hortatu, in animo habuit aliquando idem, quod in LIVIO, etiam facere in QUINTILIANO: quem quanti æstimaverit, conſtat ex ipſius ad MORETUM Epistola; quâ fateor me adeò captum, ut aliquam ejus partem non poſſim Lectori invidere. —— *De* Quintiliano *ſi judicium poscas meum, illud verò videor mihi afferre, deeſſe eloquentiæ quicquid à* Quintiliano *non diſcas; & ibi artem definere dicendi, ubi ultimum ejus fuit præceptum:* —— *& hunc aut parem* Ciceroni, *aut, ſi hoc magnitudo illa divini cœleſtisque ingenii non patiatur, haud multò inferiorem fuiſſe.* —— *Magnus quidem meâ ſententiâ* Cicero: *magnus* Quintilianus. *Sed eſt & in magnis quoque ſemper aliquid eminens; eſt & in quo ſuperentur: nec cuiquam ita tota natura ſe præbuit, ut non aliquid ſibi velit retentum, quod largiri & alteri poſſit. Ut rarò invenias celeritatem in eo eſſe eximiam, cui inſit & robur. Et arborum aliæ crescunt ſublimius, aliæ latiùs effunduntur; parvis utrumque conceſſum eſt. Cumulata mihi quidem videtur in utroque eloquentiæ magnitudo, ſed aliter; hic in præcipiendo ſummus eſt habitus, ille in dicendo longè eminentiſſimus judicatus.* Quintilianus, *quibus armis pugnandum ſit, docuit:* Tullius *& oſtendit, quomodo vincamus, & ipſe ſemper cum victoriâ contendit. Illius ſtudia multum laudis in umbrâ conſecuta ſunt: hujus in foro multa plurimum gloriæ peperere. Et regnâſſe in Conciones atque Subſelliis fertur* Quintilianus, *in Scholis & Claſſibus floruiſſe* Cicero. *Pugnacior ipſe multo,* Quintilianus *inſtruendis aliis aliquanto fortaſſe diligentior. Tum in ipſo quoque dicendi genere multum eſt intervalli.*

Magnificus & plenus Cicero, *hic ſumptuoſus & locuples. Ille amplus, ſublimis, redundans; hic gravis, acer, elaboratus: alter naturâ ornatior, alter ſtudio æquè expolitus.* Quintilianus *ſententiis premit, & pondere* Cicero; *& his ipſis & viribus & ſublimitate & amplitudine & majeſtate convellit, ut videri poſſint illi æquè multa ſpicula in manibus eſſe, huic plus telorum; & ille tentare pungeréque ſæpius, hic altiùs vulnerare atque conficere. Tum citra vim illam ſumptus in manibus* Quintilianus *acumine capit lectorem; ſumptus* Cicero *gratiâ & candore delectat. Denique tanta vicinitas eſt, quanta videri inter eum poteſt, qui primus ſit omnium in curſu, & eum, qui, niſi hic antecederet, ipſe jam præveniſſet. Eſt & in tranſlationibus ac ſimilitudinibus diverſitas: in quibus viſus eſt* Cicero *& adhibuiſſe modum, temperâſſeque ingenio, & aliquanto fuiſſe diſtinctior, hic neſcio an usque ad vitium nimius; non tamen ita conculcandus, ut & ſplendorem non afferat. — Nihil aut hic præcepit faciendum, quod ille antea non præſtitiſſet; aut ille præſtitit, quod hic poſtea non præceperit. Tanto* Quintilianus *inferior, quanto eſt ex arte dicere quàm ſcribere de arte præſtantius; ſed eo fortaſſe diligentior, quo inſtituendis rebus plus vigiliarum ars poſtulat quàm natura faciendis. Tum ampliſſimus ingeniorum laudator* Cicero, *judex æquiſſimus* Quintilianus. *Itaque mirâ ſe hic moderatione arbitrum inter* Græcos *noſtróſque conſtituit, mirâ illorum laude noſtrorum æmulatione judicium peragit: Et velut in medio ad gratiam poſitus multa concedit omnibus, nemini detrahit quicquam; ut non minùs ſciſſe eum rectè judicare exiſtimes quàm voluiſſe.*

Campano itaque, cùm in politioribus litteris eſſet exercitatiſſimus, nemo fuit ad adornandas veterum, qui tum ſitu & pulvere conſumpti à plerisque negligebantur, Authorum editiones inſtructior: neque minima Ulrico Han Typographo habenda eſt gratia, qui tam idoneo emendatore uſus fuerit. Quâ de re Fernus audiendus eſt. *Cùm* Vuldricus *quidam* Gallicus *tunc, qui formas in Urbem librarias nuper intuliſſet, interquiescere illum aſſiduis emendationibus non permitteret, rémque litterariam ex magnis difficultatibus inopiâque ad ingentem ubertatem glorioſiſſimo illo & divino opificio evocaret; in illum jocatus Carmen hoc edidit.*

Anſer *Tarpeii* custos *Jovis*, unde, quòd alis
Conſtreperes, *Gallus* decidit; ultor adeſt
Vuldricus Gallus: nequem poscantur in uſum,
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.

Quando illius impreſſiones ſcribendi neceſſitatem pennarúmque uſum ſuſtuliſſe viderentur. Hoc Tetrasticho ſolebat Typographus plerosque, quos imprimebat, Libros ſuámque Artem commendare: quod unde didicerit, Fernus ſic refert. *Nuper cùm* Umbriam *peragrarem, idem fortè, quod ego, iter facientem* Turcam *offendi. Is cùm me* Latinis *verbis ſalu-*

salutâſſet, credidi primo congreſſu vernaculum ſermonem noſtrum eum non tenere; atque ita Latinis *parum quidem ut ſubitis pariter respondi. Ubi admodum me Litteras non callere deprehenſum habuit, ſed nec tamen prorſus ignorare, audentior factus cœpit ſeſe ad conferendum componere. Mox percunctanti illi, quinam docti hâc tempestate in Urbe memorarentur, complures ego numeravi. At, inquit ille, noſtra ſæcula vobis in lucem unum* Campanum *non revexere. Ad nomen ego* Campani *obſtupefcens, quomodo ejus ipſe notitiam haberet, cœpi ſtudioſius perquirere. Ille inter* Turcas *divi* Pii *gloriam cum* —— *memoráſſet, hunc quoque virum, inquit, in hâc præceſſâ Imperii Chriſtiani Urbe* Româ *apud illum in litteris maximum fama prædicabat Oratorem facundiſſimum in eloquentiâ ſupremum. Cujus videndi cupidus cùm per juventutem* Italiam *peragrarem*, Romam *quoque appuli: ubi mox in veſtram fidem receptus ſcripta illius complura coegi; quæ postea vitâ charioxa ſemper mihi ſervavi. Pleraque etiam memoriæ mandavi. Atque ita memoriter cùm multa retuliſſet, illud ego Tetraſtichum* [Anſer Tarpeii *&c.*] *quod antè non audieram, memoriâ inter equitandem excepi.* Scribit FERNUS, CAMPANUM, cùm annos jam quinquaginta ſuperâſſet, anno ad milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimo ſeptimo, Idib. *Quintilib.* obiiſſe. Idem tamen FERNUS in nono CAMPANI Epistolarum Libro unam affert LAURENTIO DE MEDICIS datam *Terami* XVI. *Januarii.* M. CCCC. LXXX. Quapropter hìc vel illic vitium eſſe in numeris oportet: quod corrigere ad meum nunc propoſitum non pertinet. Diu jam ſatis in præbendâ CAMPANI notitiâ ſubſtiti; neque forſan diutius, quàm par fuit: quò ſciat Lector, quàm dignos adjutores in ſuis initiis Ars habuerit Typographica.

De UDALRICI Typographi patriâ variant Scriptorum ſententiæ; neque ſatis convenit de tempore, hícne an CONRADUS & ARNOLDUS primi formas librarias *Romam* attulerint.

Hunc alii *Germanum*, alii *Gallum* volunt: inter hos FAERNUS, qui eum *Gallicum* ſcribit; inter illos JACOBUS WIMPHELINGIUS, & NAUDÆUS (*Addit. à l'Hiſt. de* Louïs *XI. chap.* 7.) qui CAMPANUM allucinatum eſſe exiſtimant, quòd cum Natione *Gallum* putaverit. CHEVILLERIUS quæstionem non decidit, ſed interim miratur CAMPANUM, cui, cujas fuerit, vix licebat ignorare, ſolâ Epigrammatis acuendi gratiâ, in re certè tunc temporis manifeſtâ voluiſſe de induſtriâ, quod ſciebat, neſcire. Nolo quidem infirmis rationibus UDALRICUM *Galliæ* aſſerere: neque unquam *Gallia* Typographorum præstantium adeò inops fuit, ut ei opus foret in re controverſâ dubiam quærere gloriam. Tantum enim abeſt, ut ea fertilis ingenioſorum Artificum patria ex *Germanorum* albo in ſuum falſis aut incertis indiciis quenquam Typographum temere pertrahere neceſſe habeat, ut potiùs ex illâ, quâ ſemper in eo litteratorum Artificum genere abundavit, copiâ extiterint multi, qui in exteris

Natio-

Nationibus, uti in *Italiâ*, utilem hanc Artem ſummâ cum laude excoluerunt. Multis profectò impellor, ut credam UDALRICUM *Germanum*, non *Gallicum* fuiſſe. Extant enim Editiones, quæ id planè confirmant. Viz. *Ann.* 1468. CICER. de Orator. *impreſſ. per* ULRICUM HAN DE WIENÂ: Ann. 1474. S. AUGUSTIN. de Civit. Dei *per* UDALRICUM GALLUM *Almanum & SIMONEM* NICOLAI *de Lucâ*: *Ann.* 1476. *Pſalterium* JOHANNIS DE TURRECREMATÂ *per* LUPUM GALLUM *fratrem* UDALRICI GALLI *de Biennâ*. Hæc mihi ſatis ſunt, ut putem hunc ULRICUM ſive UDALRICUM eſſe gente *Germanum*, oppido forſan *Viennenſem*. Dictio *Han* Germanica *Gallum* ſignificat; notátque WIMPHELINGIUS *errorem ideo emanâſſe, quòd cognomen familiæ tradu&tum fuit in Latinum, quod*, HERMOLAO BARBARO *au&tore, nunquam fieri debet.* Nihilominus apud *Germanos* aliósque invaluit conſuetudo, ut Barbaras ſuorum cognominum voces *Latinis* ejusdem ſignificationis appellationibus mitigarent. Sic SCHOEFFER dictus eſt *Opilio*, LEICHTENSTEIN *Levilapis*, DES ROUGES de *Rubeis*, ESTIENNE *Stephanus*, &c. Neque erroris inſimulandus eſt CAMPANUS, qui pro uſitatâ inter Epigrammatum Scriptores libertate in voce factâ per ejusmodi mutationem æquivocâ ludens, feſtivè potiùs quàm ſeriò ſcribens, joco magis quàm veritati ſtuduerit.

Ad id aliud tranſeo, quod controverſum eſt, utrúmne UDALRICUS an CONRADUS & ARNOLDUS *Romæ* Typographicen primi exercuerint. [1] His apertè palmam dat ANDREAS *Alerienſis*: cujus judicio ſtare licèt non verear, [2] Librorum editionibus præſertim fretus; haud magnâ tamen contentione decertabo, ſiquis hos & illum cùm conterraneos tum contemporarios affirmaverit.

UDALRICUS GALLUS anno 1474. ſocium in Arte habuit SIMONEM NICOLAI *de Lucâ*; neque ultra 1475. quicquam adhùc inveni ab illo impreſſum.

Dum celebres illi Typographi *Romæ* Artem illustrabant, *Venetiis* JOHANNES & VINDELINUS *de Spirâ*, par fratrum memorabile, in eâdem inclaruerunt anno 1469. ſed illi [3] ante annum 1470. exactum defuncto hic aliquandiu fuit ſuperſtes. Pauci tamen Libri ab illo vel hôc excuſi, nulli ultra 1477. mihi in notitiam venerunt; eâ autem

1 Vide priùs in Epistol. præfix. 5. tom. Gloſſ. NICOL. DE LYR. *Not de* Germanis *primi, tanti commodi Artem* &c. At verò WIMPHELING. *Epit. Rer. Germ.* cap. 65. Udalricus, *cognomento* Han, *ſub idem ferè tempus formas librarias, rem inauditam & nunquam* Romanis *viſam*, Romam *attulit*. Sic NAUDÆUS in *Addit. ad Hiſt.* LUDOV. XI. *ann.* 1713. p. 134. & MENTEL. pag. 11. Lege CHEVILLIER, pag. 202.

2 Prima, quam novi, Editio CONRAD. SWEYNH. & ARNOLD. PANNARTZ fuit anno 1467. UDALRICI HAN, 1468.

3 Lege postea inſcriptionem ad calcem S. AUGUSTIN. *de Civit. Dei*, anno 1470.

Digitized by Google

tem typorum elegantiâ, ut, quò pauciores, eò avidiùs à curiosis requirantur. Fertur [1] JOHANNES *Spirensis* primus vocularum sub ultimâ paginæ præcedentis lineâ ad interiorem oram positarum, quæ paginæ subsequentis initium indicent, usum excogitâsse.

VINDELINUS *Spirensis* [2] postquam Artem exercendo in *Italiâ* nomen assecutus fuisset, concessit in *Germaniam*, ubi largis illis Jurisconsultorum (BARTHOLI 1471. Abbatis *Panormitani* 1474.) Operibus imprimendis incubuit. Anno 1472. JOHANNEM *de Coloniâ* in excudendis PLAUTI Comediis socium habuit.

Anno 1469. *Reutlingæ* JOHANNES DE AVERBACH: proximo, CONRADUS WINTERS DE HOMBURCH *Coloniæ* civis; EMILIANUS DE ORFINIS *Fulginas* & JOANNES NUMEISTER innotuerunt; *Mediolani* quoque celebre nomen assecutus est ANTONIUS ZAROTUS *Parmensis*, JOHANNIS LEGNANI impendio; & usque ad ann. 1481. operam Libris non indiligentem navavit.

Non sanè possum satis contemplari demiranque sub ipsis Litterarum renascentium primordiis impigros mutuòsque illorum Typographorum conatus: quantâ studiorum contentione & quasi æmulatione erecti in procurandis principum Authorum editionibus, quâ fieri poterat diligentiâ, desudando secum invicem concertabant. E. G. Impresserunt CICERONIS Epistolas Familiares *Romæ* 1467. SWEYNHEYM & PANNARTZ; *Venetiis* 1469. JOHANNES *Spirensis*: PLINII Historiam hic 1469. illi 1470. CICERONIS Epistolas ad BRUT. QUINT. & ATTIC. eodem anno 1470. *Romæ* SWEYNHEYM & PANNARTZ, *Venetiis* NICOLAUS JENSON: SUETONIUM eodem anno & Loco, *Romæ* 1470. SWEYNHEYM & PANNARTZ, ac UDALRICUS GALLUS. Hujusmodi plura ex Catalogo observare Lector poterit.

Infrequens non est apud illos veteres Typographos (quod sæpe nequeo non stomachari, eóque magis, quod nullam unquam afferri istius consuetudinis causam audiverim) impressionis annum aut locum celare, interdum & nomen Typographi. Aliquando tamen Typographum, latitare quantumvis studentem, prodit proprius ejusdem character. Locum conjicere, modò non absit Typographi nomen, haud adeò difficile est. Annum etiam ex circumstantiis aut versuum (quibus tunc temporis valde indulgebant) in Librorum fine appendiculis, quantum licet, non rarò assequimur. At verò de his omnibus singulisve, nisi conjectura ad veritatem proximè accesserit, temere pronunciare vix tutum est. Typorum enim, quibus Typographi utuntur contemporanei, similitudo sagacissimi conjectoris oculis poterit imponere.

1 Vide CORNEL. TACITUM ab ipso impressum; cujus fiet mentio in Catalog. Libror.

2 NAUD. *Addit. à l'Hist. de* LOUIS XI. pag. 138. CAILLE. pag. 21.

Digitized by Google

ponere. Characteres CONRADI SWEYNHEIM & ARNOLDI PANNARTZ ab aliis, quàm NICOLAI JENSON & *Spirenſium* inter ſe, distinguere multò facilius videtur. Illi in fine vocum litteram ſ longam uſurpant, litteræ i ſupernum punctum non imprimunt, diphthongis abſtinent: hi rotundiore & nitidiore litterarum gaudent formâ; NICOLAUS JENSON diphthongos æ & œ, JOHANNES *Spirenſis* ę pro æ adhibet.

Utinam equidem ſcirem multiformes litterarum, quibus illi utebantur Typographi, figuras adeò graphicè verbis depingere, ut certis indiciis earum inter ſe discrepantia ſtatim apparere poſſet; & ſuo Typographo ſua quælibet editio aſſignari! Res ea foret immane quantum operoſa, ſingulas Typographorum claſſes perlustrare; ſingularum in iisdem litterarum ductus minutulos, apices & faſtigia, extremitatum curvaturas, lineolarum inclinationes & diſtantias, tenues ſubtilésque articulorum junctúras, univerſam denique elementorum compoſituram, faciem & proportionem attentiùs conſiderare; & in varietate typorum incredibili ſtylum dicendi prodigialiter variare. Metuo ſanè, ut in materiâ tam variâ & multiplici verba deficerent. Non tamen parum ad hunc laborem levandum & rem tam utilem expediendam conduceret, ſi varia ex variis Typographorum veterum Editionibus ſelecta cùm Alphabetorum tùm integrarum ſententiarum ſpecimina tabulis æreis inciderentur; quibus, quoties opus eſſet, inſpectis, oculi acies, quam omnium illarum figuram ea, quæ in disquiſitionem venit, propiùs aſſimilat, diſcerneret. Interea, donec aut hæc aut alia quædam inſtituatur ratio, diligens Lector, ſi quis harum rerum ſatagat, uſu, qui optimus eſt magister, tandem parabit, ut queat diverſos Librorum Impreſſores, ubi abſunt nomina, dignoſcere: & curioſis frequenter oculis antiquas Editiones intuendo manibúsque evolvendo, ideas litterarum viſu creberrimo receptas fixásque menti tam altè imprimere & fideliter retinere, ut illas animo (ſi verbo venia detur) exaratas cum iis, quæ ſubſunt oculis, conferendo probabile forſan de Editionis Typographo faciat judicium.

Quidam Typographi ad intelligendam temporis, quam gripho implicant, notam requirunt OEDIPUM, & ænigmaticâ circuitione uti, quàm apertè rem indicare, malunt. Alii per [1] Lustra quinquennalia, alii per Olympiadas annos computandos exhibent. Sunt inter hos, [2] qui, ut legentibus erucem figant, aut (quò loquar mitiùs) alieni ingenii periculum faciant, Olympiadas ſuas non (ut mos eſt plerisque antiquis) quadriennio, ſed quinquennio conſtare, inſolenti quâdam libertate, volunt, & à CHRISTI natalibus initium ſumere:

1 Sic GERING, CRANTZ & FRIBURGER in Bibliis *Latinis* ann. 1464. & 1476. impreſſis.

2 Sic Impreſſor Anonymus AUSONII ann. 1472.

Digitized by Google

re : [1] ſunt, qui nolunt rationem Olympiadum antiquitus fixam refigere ; eásque juxta receptum olim quatuor annorum calculum metientes ad ſuam primitivam & veriorem Epocham reducunt.

Veteres Artis Typographicæ Magistri nullam in Librorum initiis paginam titulo aut Typographicis, quæ nondum erant in uſu, Inſignibus destinabant : ſed Impreſſoris, Urbis Anníque nomen ad finem rejici ſolebat ; cum menſis ſæpe & diei notâ, quam adjiciendi conſuetudo diu inveterata tandem apud recentiores exolevit. Imò ne non ſatis inſignis & circumſtantiis definita prodiret Editio, Æram aut *Romani Pontificis*, aut Imperatoris, ſummíve Magistratûs, qui in eo Loco tum rerum potiebatur, aſſignabant. Libri plerumque ornabantur ſplendidâ hujusmodi coronide ; in quam ſæpe *ampullas* inferciebant & *verba ſesquipedalia*, quæ projecerunt posteri, nec poſſemus absque riſu & cachinnis excipere. Iis tamen videtur eſſe faciliùs ignoſcendum, ſi Artis haud diu inventæ gaudio, nec immeritò, elati, in ejusdem ſuíque laudibus celebrandis fuerint aliquanto liberaliores ; & turgidis inſcriptionibus cum tanto verborum (ſæpe vix [2] *Latinorum*) fuco ſtrepituque Libros oneraverint : quas ætate illâ, ubi omne ignotum pro magnifico habebatur, inventionis novitas tolerabiles fecerat ; nostrâ autem, ubi admirationem familiaritas aut ſuſtulit aut imminuit, æquus Lector vix pateretur. At verò dum illi præ ardentiori gloriæ ſtudio ſe & ſua opera paulò intemperantiùs jactabant ; contrà [3] alii, præ neſcio quâ modeſtiâ, obſtinato ſilentio ſe notitiæ ſubtrahebant, Libros Appendicibus non modò ſupervacaneis ſed etiam conſuetis neceſſariísque deſtitutos emittentes. Adeò nihil apud eos erat medium ; & in aliquâ parte, aut ab his aut ab illis peccabatur. Horum nihilominus obſcuræ negligentiæ minùs ægre, quàm ambitioſæ illorum diligentiæ, veniam dedero : illi enim id pavent, ne aliquid ; hi, ut omnia ignoremus ; & nemo eſt, qui ſibi plusculum, quàm nihil omnino, dici non maluerit.

DE-

1 Sic ANGELUS UGOLETUS *Parmenſis* in ſuâ QUINTIL. 136. *Declamat.* Editione, ann. 1494.

2 Ex Librorum veterum Inſcriptionibus, quas paſſim allego, Lector deprehendet illata vocum barbararum monſtra, & violatas aliquando ſyntaxeos, & (ubi verſus adduntur) Poëſeos leges. Cujusmodi exempla abunde accumularem, niſi metuerem, ne plus faſtidii, quàm voluptatis Lectori crearent tot barbarismi & ſolœcismi, nunquam niſi in illis litterarum tyrociniis condonandi. Balbutiem aliquando infantium patimur, adultorum odimus ; fandi enim in illis ſolos requirimus conatus, in his perfectionem.

3 De his ſuprà dictum eſt, qui ſua nomina, aut impreſſionis annum, locúmve non apponunt.

Digitized by Google

DECOR PUELLARUM: *per Nicolaum* JENSON (a) 8. . . . . 1461.

BIBLIA LATINA: *per Joan. Fuſt & Pet. Schoeffer* (b) fol. . . . . Mogunt. 1462.

Biblia Latina: *per Ulricum* GERING, *Martinum* CRANTS, *& Michaelem* FRIBURGER (c) fol. . . . . 1464.

CICERONIS OFFICIA & PARADOXA: *per Joan. Fuſt & Pet. Schoeffer* (d) fol. . . . . Mogunt. 1465.

LACTANTII INSTITUTIONES. (e) fol. . . . . SUBLACI. 1465.

Cicer. Offic. & Paradoxa: *per Joan. Fuſt & Pet. Schoeffer.* (f) fol. . . . . Mogunt. 1466.

Biblia

(a) De hôc Libro dictum eſt priùs.

(b) *Præſens hoc opus finitum ac completum, & ad euſebiam Dei induſtriâ in civitate Moguntinâ per Johannem Fuſt civem, & Petrum Schoeffer de Gernsheim Clericum Dioceſis eiusdem eſt conſummatum anno Incarnationis Dominicæ M. CCCCLXII. in vigiliâ Aſſumptionis glorioſæ Virginis Mariæ.* In *ſacrâ* JACOBI LE LONG *Bibliothecâ* fit mentio alius Bibliorum Exemplaris (pag. 575.) cujus inſcriptio ad calcem aliter ſe habet. *Præſens hoc opuſculum ariſticiſâ adinventione imprimendi ſeu characterizandi abſque calami exaratione in civitate Moguntinâ ſic effigiatum, & ad euſebiam Dei induſtrie per Joannem Fuſt civem & Petrum Schoiffer de Gernsheim clericum Dioceſis eiusdem eſt conſummatum anno incarnationis Dominice* M. CCCC. LXII. *in vigiliâ Aſſumptionis glorioſæ Virginis.*

(c) De his dictum eſt priùs.

(d) *Præſens Marci Tulii clariſſimum opus Johannes Fuſt Moguntinus civis non aramento, plumali cannâ, neque eréâ, ſed arte quâdam perpulchrâ Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum. Anno* M. CCCC. LXV.

(e) *Sub anno Dñi* M. CCCC. LXV. *Pontificatûs Pauli papæ II. anno ejus ſecundo. Indictione XIII. die verò antepenultimâ menſis Octobris. In venerabili monaſterio Sublacenſi.* LACTANTII ibidem anno 1461. excuſi mentio habetur in *Diar.* ITALIC. p. 255, 256, 349. ſed virum clariſſ. (uti ex ipſo accepi) ultima in numeris, quæ non ſatis apertè comparebat, figura deceperat.

(f) *Præſens Marci Tulii* [&c. utì priùs] *ſed arte quâdam perpulchrâ manu Petri de Gernsheim pueri mei feliciter effeci finitum. Anno* M. CCCC. LXVI. *quartâ die Februarii.* Utrumque TULLII *Officiorum* & *Paradoxorum* Exemplar, quàm potui accuratè, contuli: permittente viro nobiliſſ. Domino HARLEY, qui multorum ex curioſâ ſuâ copioſaque Bibliothecâ Librorum notitiam mihi humaniſſimè præbuit: nec inveni quicquam, quo hoc ab illo differat, præter ſubſcriptionem, quam hic fideliter exſcriptam appoſui. In utroque ſubſcriptio rubricâ imprimitur: uti & titulus, qui ſic ſe habet: *Marci Tulii Ciceronis Arpinatis Conſulisque Romani ac oratorum maximi, ad Marcum Tulium Ciceronem filium*

Digitized by Google

Biblia Latina: *per Johannem BEMLER.*
(a) fol. . . . . AUG. VIND. 1466.

S. AUGUSTIN. de CIVITATE DEI.
(b) fol. . . . . 1467.

Cicer.

filium ſuum, officiorum liber incipit.
Ad finem *Officiorum* impreſſi ſunt hi verſus, quos, uti in Exemplaribus exprimuntur, exhibui:

Tullius Heſperiæ cupiens componere mores,
Edidit hos libros appellans officiorum;
Quo ſolo ſerus extinctus eſt furor Catilinæ.
Conſcilio ſuperûm cuſtos directus ad Urbem,
Lux orbi, patriæque ſalus, mens tota ſenatûs.
Hic plus ſole micat cruciatus propter honorem.

Hos verſus ſequuntur duo alii in duobus, quos vidi, membranaceis codicibus, ſed manu ſcripti:

Excellunt cunctos hi libros philoſophorum
Libri, quos fecit tres Tullius, officiorum.
Augustinus.

Sed in duorum altero ſic:

Excellunt libros cunctorum philoſophorum
Iſti, quos fecit tres Tullius officiorum.

Ubicumque, ſive in *Officiis* ſive in *Paradoxis*, dictiones aut ſententiæ *Græcæ* occurrunt, miſerè à Typographis, ob Linguæ illius imperitiam, vexantur, & depravantur. En tibi ſpecimen.

In *Offic.* Pro Κατὰ δόξαν habetur καδοχσμα.

Paradox. ὅτι μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθόν. στιμεμεμ το καδαπαταδοξ. Eadem ſententia corruptè ſic excuſa reponitur in *Paradoxo* ſecundo pro, ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ κατορθώματα.

Οὐκ ἀναπαρκτικὰ καὶ ταυτὰ.

Hæc ſatis ad demonſtrandam illorum temporum barbariem *Græcos* characteres excudendi rationem.

Ad calcem adduntur *verſus* 12. *Sapientum poſiti in epitaphio Marci Tulii Ciceronis.* Hæc omnia demum claudit HORATII Carmin. Lib. IV. Od. 7. cum hôc titulo:

Manlio Torquato Flaccus, de vita humanæ brevitate, per comparationem temporis, hæc;
Diffugere nives &c.

Hujus Odæ verſus 25. ibi ſic legitur;
Infernis neque à tenebris &c. negligêtâ eliſione; cujusmodi hiatus occurrit in optimis Scriptoribus; v. g. VIRGIL. *Æneid.* VI. ℣. 507. *Nomen & arma locum ſervant: te, amice, nequivi* ——

Nequis autem è Criticorum turbâ obſtrepat, & queratur authoritatem *Virgilianam* in hunc *Horatianum* locum aptè non quadrare; neque easdem eſſe cauſas eliſionis negligendæ in extremâ vocis *neque* ſyllabâ, quæ in *te* voce integrâ, monoſyllabâ, producta ante comma diſtinctivum: proferam ipſius HORATII textum *Carm. Lib.* III. *Od.* 14. ℣. 11. —— *malè eminatis Parcite verbis.* Quam lectionem in editionibus antiquis ſervatam optimorum Interpretum ſuffragia fixerunt. Sic PERS. *Satyr.* III. ℣. 66. *Diſcite, ô miſeri.* —— Quod autem ad verbi *liberas* ſyntaxin attinet, uſum præpoſitionis *ab* authoritas tam Scriptorum veterum quàm Grammaticorum comprobat.

Denique ne hujus lectionis tenacior videar meæ opinioni nimium indulgere, id afferam, quod alterius lectionis patronis magis placebit: cos ſcilicet, qui excuderunt [*Infernis neque à tenebris* ——] abbreviatione [*n.* pro *enim.* quæ & in MSS. & in antiquis excuſis frequens; *Infernis neque n. tenebris* ——] deceptos, *a* pro *n* repoſuiſſe.

Nequeo hic facere, quid de his primitivis editionibus ſentiam: ſcilicet earum authoritatem aliis omnibus eſſe præferendam, quippe quæ ſolâ Manuſcriptorum Codicum fide nitatur.

(a) De his Bibliis lege priùs.
(b) M. CCCC. LXVII. *Pauli II. tertio; tertio regnante Friderico: Indict.* XV. 12. *Junii.* DEO GRATIAS. Sinè ullo Typographi aut Loci indicio.

Digitized by Google

Cicer. EPISTOL. ad FAMILIARES: *per Conradum SWEYNHEYM & Arnoldum PANNARTZ.* (a) fol. . . . . ROMÆ. 1467.

Francisc. FLORII. de amore Camilli & Æmiliæ liber; item alius libellus de duobus amantibus ex Boccachio, LEONARDO ARETINO interprete: (b) 4to. *in domo Archiepiscopi.* . . . . . TURON. 1467.

THOM. AQUIN. Secunda secundæ: *per Petrum Schoiffer.* (c) fol. . . . Mogunt. 1467.

S. Augustin. de Civit. Dei: *per Conr. Sweynheym & Arn. Pannartz.* (d) fol. . . Romæ. 1468.

D. HIERONYM. EPISTOL. *per Conr. Sweynheym & Arn. Pannartz.* (e) fol. . . Romæ. 1468.

Ejusd.

(a) Ad hujus calcem hæc leguntur carmina:

Hoc Conradus opus Sueynheim ordine miro
Arnoldúsque simul Pannartz unâ ade colendi
Gente Theotonicâ Roma expediere sodales.
In domo Petri de Maximo.

(b) *Prid. Cal. Januar.* De hôc Libro satis dictum est prius.

(c) *Hoc opus præclarum* secundæ secundæ *alma in Urbe Moguntinâ inclita natimis Germanica, quam Dei clementia alti ingenii lumine donôque gratuito cæteris terrarum nationibus præferre illustrarique dignatus est, artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu characterizandi absque ullâ calami exaratione sic effigiatum, & ad eusebiam Dei industriè est consummatum per Petrum Schoiffer de Gernsheim. Anno Domini* M. CCCC. LXVII. *Die sextâ mensis Martii.*

(d) Ad hujus Libri calcem eadem, quæ ad CIC. *Epistol.* 1467. carmina leguntur. JOAN. DE LA CAILLE (pag. 16.) hunc Librum refert ad ann. 1467. notatque ab eo, & CICER. *Epistol. famil.* characteres *Sancti Augustini* & *Ciceronis* vulgò vocatos nomina sua sumpsisse. At S. AUGUST. *de Civit. Dei* anno 1467. nullum Typographi nomen exhibet; qui verò anno 1468. prodiit, à CONRAD. SWEYNHEYM & ARNOLD. PANNARTZ excusus est.

(e) In hujus Libri fronte sic alloquitur PAULUM II. JOAN. ANDREAS: —— *Tuis certè temporibus hoc etiam felicitatis Orbi Christiano accessit ac munus, ut pauperrimi quique parvâ pecuniâ Bibliothecas possint redimere. —— qua volumina vix centum aureis emi poterant aliis temporibus, viginti hodie ac minoris bene exarata & non mendosissimè scripta redimantur. Quæ vix viginti aureis lectori mercabantur, quatuor & viliùs nunc etiam emantur. Adde, quòd quicquid ingeniorum olim fuit, latebatque penè in pulvere ac tineis, propter immensos labores ac pretia describentium nimia, sub tuo principatu cœptum est scaturire, & per omnem orbem uberrimo fonte diffluere. Ejusmodi enim est impressorum nostrorum & characteres effingentium artificium, ut vix inter hominum inventa non modò nova, sed ne vetera quidem, quidquam excellentioris inventi possit referri. Digne honoranda profectò Germania est, utilitatum inventrix maximarum. Hoc est, quod* ——*anima Nicolai Cusensis, Cardinalis Sti. Petri ad vincula, peroptabat, ut hac sanctâ Arte, quæ oriri tunc videbatur in Germaniâ, Romam deduceretur. Jam vota illius —— tuo tempore impleta sunt. —— Ego posteri in his scriptis constanter semper admirationi futurum trado præstantissimos characterum*

Digitized by Google

Ejusd. EXPOSITIO in SYMBOL. APOSTOLOR. (a) 4to. . . . . OXON. 1468.

Lactantii Inſtitutiones : *per Conr. Sweynheym & Arn. Pannartz.* (b) fol. . . . Romæ. 1468.

IUSTI-

terum imprimendorum artifices ſub Pauli II. Veneti pontificatu Roma artem exercuiſſe tanto artificio & induſtriâ hominum. Gratia nobis hæc cælitus —— importata, ut minoris libri ſerè emi poſſint, quam aliàs ſoleret redimi ligatura. Nunc igitur, ſumme Pontifex —— ſancti Hieronymi primum Volumen habe, habiturus deinceps ſtatutis temporibus ſemper nova tua felicitatis indicia —— & ſove Artis hujus utiliſſima ſub tuâ protectione Conradum & Arnoldum, Germanos homines, Arte imprimendi præſtantes artifices: &c.

In fine hi verſus leguntur:

Aſpicis illustres, lector, quicunque libelles,
Si cupis Artificum nomina nôſſe, lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona forſan:
Mittget Ars Muſis inſcia verba viris.
Conradus Sweynheym, Arnoldus Pannartz-
que magistri
Roma impreſſerunt talia multa ſimul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus, ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

(a) Hic Liber reperitur in Bibliothecâ *Bodleianâ* apud *Oxonienſes*, cujus Titulus ſic ſe habet : *Incipit expoſitio ſancti Jeronimi in ſimbolum Apoſtolorum ad Papam Laurentium.* Finis autem ſic : *Explicit expoſiti ſancti Jeronimi in ſimbolo Apoſtolorum ad Papam Laurentium, Impreſſa Oxonie & finita Anno Domini* M. CCCC. LXVIII. XVII. *die Decembris.* Hunc Librum Bibliothecæ donavit Præſul ille Reverendus Dr. BARLOW, qui in eodem Libro manu propriâ adſcripſit hæc, RUFFINI *eſt hac expoſitio, non* HIERONYMI; uti & quæ ſequuntur, in ultimâ paginâ : STEPHEN BATEMAN *Dr. of Divinity & Chaplain to* HEN. CARY *Ld.* HUNSDEN *upon* BARTHOLOMÆUS *de Proprietatibus Rerum* (*the Book was writ in Latin Ann.* 1366. *translated into Engliſh Ann.* 1397.) *in the laſt page* 426. *tells us, that* BARTHOLOMÆUS *was firſt printed in Engliſh Ann.* 1471. *And then he adds* —— at which time Printing began firſt in *England* the 37th. year of HENRY 6. *But he is manifeſtly mistaken, for this foregoing Book was printed Ann.* 1468. Oxon. *at leaſt two yeas before.*

Hæc induſtrius Adoleſcens ſtudens *Ædis Chriſti* à ſe ex ipſo codice exſcripta ad me transmiſit. Certè, uti priùs dictum eſt, Typographia OXONIUM invecta eſt ſub finem HENRICI ſexti; at verò non regnavit ultra ann. 1461. ejusque annus 37. in annum CHRISTI non 1471. ſed 1458. (quo circiter tempore ANGLIS innotescere Typographia potuit) incidit.

(b) In Libri initio poſt Capitum ſingulorum argumenta, ſequuntur LACTANTII *Errata, quibus ipſe deceptus eſt, per fratrem Antonium Raudenſem Theologum collecta.* Deinde

His Carminibus frater Adam Genuenſis incropat fratrem Anthonium:

Hic male corripuit ſtolidis Antonius auſus
Auctorem: in variis cauſa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis autrum
Dicere: vel nitidum luce carere ſubar.
Denique cum ſanctæ Eccleſiæ pia lumina conſtet.
Obſequio ex tanto conticuiſſe viro.
Tu vero eloquio lingua interdicta Latino;
I cubitum: nam te penſitat elleborum.

En, Lector, Latinæ illis temporibus Poëſeos & elegantiæ ſpecimen. In fine Libri, *Hoc Conradus opus* &c.

In domo Petri de Maximo.
M. CCCC. LXVIII.

Adverſus ANTONIUM istum *Raudenſem* ſcripſit LAURENTIUS VALLA.

Digitized by Google

IUSTINIANI INSTITUTIONES cum Gloſſ. *per Pet. Schoyffer.* (a) fol. . . Mogunt. 1468.

RODERICI Zamorenſis SPECULUM vitæ humanæ: *per Conr. Sweynheym & Arn. Pannartz.* (b) fol. . . . . Romæ. 1468.

Cicer. de ORATORE libri tres: *per Ulricum HAN de Wienâ.* (c) fol. . . Romæ. 1468.

Biblia Latina: *per JOHANNEM de AVERBACH.* (d) fol. . . . REUTLINGÆ. 1469.

Cicer. Offic. Paradox. de AMICIT. & SENECT. *per Conr. Sweynheym & Arn. Pannartz.* (c) fol. . . . . Romæ. 1469.

Ejusd. Epistol. ad Familiares: *per JOHANNEM de SPIRA.* (f) fol. . . . VENETIIS. 1469.

Ejusd.

(a) *Præſens Inſtitutionum præclarum opus almâ in Urbe Moguntinâ inclita nationis Germanica; quam Dei clementia tam aſti ingenii lumine donóque gratuito ceteris orbis nationibus præferre illustraréque dignatus eſt: non atramento omni, non plumali canná neque aréâ, ſed artificioſa quádam adinventione imprimendi ſeu characterizandi ſic effigiatum & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum per Petrum Schoeffer de Gernsheym anno Dominica incarnationis milleſimo* CCCC. LXVIII. *viceſimâ quartâ die menſis Maii.* Miraris, puto, Lector, hic & priùs, *Moguntinarum* inſcriptionum affectatam non modò *grandiloquentiam*, ſed inſolentem prorſus & ἀσύντακτον ἀνακόλουθον ſyntaxin. *Dei clementia —— dignatus eſt.*

(b) In cujus fine ſic: *Hoc Conradus opus &c. In domo Petri de Maximo.* M. CCCC. LXVIII.

(c) *Finiti & continuati ſunt ſupradicti libri M. T. C. Romæ per Ulricum Han de Wienâ anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo, die quinto menſis Decembris.*

(d) Vide CHEVILLIER, pag. 77. CAILLE, p. 26. JACOB. LE-LONG, *Biblioth.* pag. 576.

(e) Ad Calcem Libri iidem verſus, qui ſuprà, *Hoc Conradus opus &c. die* XXIIII. *Januarii: Romæ in domo Magnifici viri Petri de Maximo.* Adduntur etiam duodecim Sapientum verſus poſiti in Epitaphio CICERONIS.

(f) Ad calcem Libri leguntur hæc:

Primus in Adriacâ formis impreſſit ænis
Urbe libros Spirâ genitus de ſtirpe Johannes.
In reliquis ſit quanta, vides, ſpes, Lector, habenda,
Quom labor hic primus calami ſuperaverit Artem.
M. CCCC. LXVIIII.

Ex hâc inſcriptione colligi poteſt hunc Librum à JOHANNE *Spirenſi* primum impreſſum fuiſſe. Quin etiam videtur JOHANNES *Spirenſis* affirmare ſe *primum* VENETIIS Typographiam exercuiſſe. Quod ſi verum ſit, NICOLAUS JENSON (de quo antea dixi) Librum (ut ibi conjeceram) VENETIIS anno 1461. imprimere non potuit. Ergo, niſi vitium ſit in numeris, (quod vix eſt, cur in Typographo tam diligente admittamus) aut Liber ille ab eo alibi quàm VENETIIS impreſſus eſt, aut JOHAN-

Digitized by Google

Ejusd. TUSCULAN. QUÆSTION. *per. Ulric. Han.* (a) fol. . . . . Romæ. 1469.

PLINII NATURALIS HISTORIA: *per Johan. de Spirá.* (b) fol. . . Venetiis. 1469.

APULEIUS; & ALCINOI introductio in doctrinam Platonis, Episcopo Tropiensi interprete: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (c) fol. . . . . Romæ. 1469.

CÆSARIS COMMENTARII: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (d) fol. . . Romæ. 1469.

AULUS GELIUS: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pan.* (e) fol. . . . . Romæ. 1469.

LUCANUS: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (f) fol. . . . . Romæ. 1469.

DION.

JOHANNES *Spirensis* sibi plus justo arrogavit. Nec enim hujusmodi jactantia ignota erat antiquis illis Typographis, qui in eadem Arte excolendâ rivales de primatu inter se contendebant; & ambitiosis Librorum inscriptionibus sibi totam quisque & quasi unicam laudem asserebant. Quâ tamen in re NICOLAUS JENSON mihi videtur fuisse cæteris modestior. Huic autem potius an illi debeatur incæpta VENETIIS Typographia, nihil velim intelligi à me tam temere dictum, quin ampliùs deliberandum censeam.

(a) *Romæ per Ulricum Han de Wiennâ.* M. CCCC. LXVIIII. *die primo Aprilis.*

(b) Ad calcem libri hæc:

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet;
Quique etiam fractus penè legendus eram:
Restituit Venetis me nuper Spira Johannes;
Excerpsitque libros are notante meos.
Fessa manus quondam, monco, calamisque quiescat:
Namque labor studio cessit & ingenio.
M. CCCC. LXVIIII.

De hâc primâ PLINII Editione lege *Memoires de Litterature, Tom. I. Part. II. Artic.* 4.

(c) Hanc Editionem curavit Cardinalis BESSARION: eámque ISAACUS CASAUBONUS (in suis ad APUL. *Apolog.* Castigationibus) omnium non modò primam laudat, sed & minimè Correctorum manus expertam & proinde minùs corruptam; idémque putat illum, qui tot monstra post illam Editionem primus protulerit, fuisse BERNARDUM *Philomathem Pisanum*, qui eam Editionem curavit, quæ Anno M. D. XXII. FLORENTIÆ prodiit.

(d) Cum Epistol. JOH. ANDR. Episcop. *Alerienf.* M. CCCC. LXIX. XII. *Maii. Romæ, in domo Petri de Maximis.*

(e) *Anno Christi* M. CCCC. LXIX. *Paulo regnante II. Anno ejus V. die vero XI. mensis Aprilis. in domo Petri de Maximis.* Id forsan non notatu indignum est, quòd in hâc primâ Editione nomen GELIUS per simplicem liquidam efferatur.

(f) Cum Epistol. JOH. ANDR. Episcop. *Alerienf.* ad PAUL. II. *Venet.* & in fine iidem versus, qui suprà, *Hoc Conradus opus* &c.

In LUCANI vitâ per POMPONIUM *Infortunatum* leguntur hæc: —— *Pharsaliam non finivit; cujus primos tres libros cum uxore correxit; quos inscitiâ depravatos cum reli-*

DION. CHRYSOSTOM. oratio de REGNO, Latin. Francisco de Picolhomineiis interprete. (a) 4to. 1

TITUS LIVIUS. *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (b) fol. . . . . Romæ. . .

Cornel. TACITI ANNALES: *per Spiram* (c) fol. . . . . .

Lactantius: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (d) fol. . . . . Romæ. 1470.

EUSEBII PRÆPARATIO EVANGELICA Latinè, Georg. Trapezuntio interprete: *per Nicol. Jenſon.* (e) fol. . . . . Venet. 1470.

D. Hie-

quis ſeptem Io. Andreas Antiſtes Alerienſis diligentiſſimè noſtro tempore emendavit roganſibus Conrado & Arnoldo, qui, ne Lingua Romana pereat, Libros laudabili inventione imprimunt.

(a) Hic Liber in calce nullam habet Loci, Typographi, Annive notationem; ſed in initio Epiſtola FRANCISCI DE PICOLHOMINEIIS *Senenſ.* S. EUSTACHII Cardinalis ad MAXIMILIANUM FEDERICI III. filium data eſt ex Urbe, Kal. *Jan.* M. CCCC. ſexageſimo nono.

(b) Hanc LIVII editionem à ſe recognitam Epiſcopus *Alerienſis* PAULO II. & MARCO S. MARCI Cardinali dedicat; in cujus fine iidem verſus leguntur, qui priùs in S. HIERON. Epiſt.

Nullum gerit editio anni indicium; ſed conjicio prodiiſſe anno 1469. quòd *Liviana* VINDELINI editio, quæ 1470. prodiit, eandem, quam illa, habeat Epiſcopi *Alerienſis* Epiſtolam. Oportet itaque huic illam antecеſſiſſe; cumque illa ROMÆ, hæc VENETIIS excuderetur; haud facilè credam utramque eodem Anno exiiſſe.

(c) In hôc Libro nulla eſt anni nota: ſed in fine exhibentur verſus ſequentes:

Cæſareos mores ſcribit Cornelius; esto
Iste ſibi codex; historia pater eſt.
Inſigni quem laude ſuret gens postera, proſſis
Spira premens, Artis gloria prima ſuæ.

Hunc anno 1468. prodiiſſe autumat CHEVILLERIUS pag. 39. & ex illo FABRICIUS in *Bibliothec. Latinâ*. Malo referre ad ann. 1469. quo JOHANNES *de Spirâ* PLINIUM à ſe editum *Laborem primum* vocat. Idem, cùm ſe *ſuæ Artis gloriam primam* appellat, videtur ſibi plusculum, quàm par erat, arrogare. Ista tamen propriis laudibus indulgendi culpa non tota in Typographos transferenda eſt; ſed in ejus partem vocandi ſunt eorum temporum Poëtæ, qui Epigrammata in hujus vel illius Typographi, prout cujusque animo collibitum erat, laudes componendo ſuum ingenium exercebant. Lege NAUD. *Addit. à l'Hiſt. de* LOUIS XI. *Ann.* 1713. *p.* 138.

Antequam ad annum proximum transeam, moneo Lectorem reperiri duos Libros anno 1469. MEDIOLANI excuſos; at penès Catalogos, unde eos excerpſi, fides esto.

In Bibliothec. BARBERIN. *Aratoris Subdiaconi Cardinalis ſacra Poëſis* 8vo. & in WITTIAN. *Illuſtrium virorum epiſtolæ fol. Romæ in domo Petri & Franciſci de Maximis, præſidentibus Conrado Sweynheym & Arnoldo Pannartz.* M. CCCC. LXX.

(d) Cum præfatione Jo. ANDR. ad Pontif. & verſib. in fine, *Aſpicis illuſtres* &c. In Epiſtolâ Jo. ANDREÆ hæc leguntur verba —— *ſumant ſtudioſi per noſtros ingenuos opifices Lactantium Firmianum ſemel ab iis, iterumque impreſſum: nonnullis in locis verioribus.* ——

(c) Cum hôc octaſticho in editionis laudem:

Antonii

Digitized by Google

D. Hieron. Epistol. 2 Vol. *per Conr. Sweynh. & Arn Pann.* (a) fol. . . . . Romæ. 1470.

Eædem; 2 Volum. *per Petrum Schœffer.* (b) fol. . . . . Mogunt. 1470.

S. Au-

Antonii Cornazani in laudem Artificis Carmen.

Artis hic & fidei splendet mirabile numen,
Quod famâ Autores, auget honore Deos.
Hoc Jenson Venetâ Nicolaus in Urbe Volumen
Promsit, cui felix Gallica terra parens.
Jure placet tempus; Mauro Christopherus urbe
Dux erat: æquo animo Musa reducta suo est.
Quid magis Artificem petaret, Christus & autor
Tres facit æternos ingeniosa manus.

(a) Cum Epistol. Jo. Andr. ad Pont. Max.

(b) Habetur in S. Victor. Bibliothec. Paris. in pergameno.

Epistolare beati Jeronimi cum introductorio per virum famatum in hâc Arte Petrum Schoiffer de Gernczheim.

In fine introductorii hoc distichon legitur;

Nunc memoris memor esto tui, Jeronime Sancte,
Ne pereat, Christo veniam pro crimine dante.

Et in fine Libri,

Jam decet, ut nostris concordent ultima primis.
Sit decus illi, qui dedit hoc opus initiare;
Et qui finire dedit ipsum, sit decus illi.
Est decus Ecclesiæ pueilis tot scripta tenere:
Si quibus intendas, est decus Ecclesia.

*Jeitur Sophronii Eusebii Jeronimi, Orthodoxi Ecclesiæ Christi propugnatoris clarissimi, liber Jeronimianus, aut, si mavis, quod & ipse velim, liber Epistolaris excluit; ut dignitas Jeronymiani egregio viro Joh. Andreæ permaneat, qui hoc ipsum zelo devotionis erga virum sanctum affectus tempore prisco vulgavit in orbem. Est autem presens opus Artis impressoria feliciter consummatum per Petrum Shoiffer de Gernsheim in civitate nobili Moguntinâ, cujus nobilitati vir beatus Jeronimus, * scribens ad Agerunti am de Monogamiâ, testimonium perhibet sempiternum multis millibus incolarum ejusdem in Ecclesiâ pro fide Catholicâ sanguine proprio laureatis.*

Hinc Laudatori reddit Moguntia vicem,
Tot sua scripta parans usibus Ecclesiæ.

Anno Domini M. CCCC. LXX. *die septimâ mensis Septembris, qua fuit vigilia Nativitatis Mariæ.*

Da gloriam Deo.

Hæc omnia, quæ præcedunt, rubricâ imprimuntur. Deinde adjiciuntur hæc manu scripta:

Extrait du Necrologue de l'Abbaye de St. Victor de Paris. 1471. 3. *Kalend. Novembris.*

Anniversarium honorabilium virorum Petri Schoeffer & Conradi Henlif at Johannis Fust civium de Moguntiâ impressorum librorum, nec non uxorum, filiorum, parentum, amicorum & benefactorum eorundem. Qui Petrus & Conradus dederunt nobis Epistolas beati Hieronimi impressas in pergameno: excepta tamen summâ duodecim scutorum auri, quam prafati impressores receperunt per manus Domini Joannis Abbatis hujus Ecclesiæ.

De la Noue Boiter Bibliothequaire de St. Victor.

Caille, pag. 14. *Il en fut pareillement donné un Exemplaire en velin à la Bibliotheque de* St. Germain des Prez *par le Cardinal* Briffonnet *pour lors le r Abbé: & un autre aussi en* 1477. *aux* Celestins de Paris, *par* Arturus de Montauban *Archevêque de* Bourdeaux, *qui avoit été Religieux chez eux.*

Mentel. pag. 79. *Divi Hieronymi Epistol. Anno* 1470. *Moguntiæ impress. à Petro Schoeffero, Henlisio, & Joanne Fausti filio.*

* *In Epistol. B. Hieron. ad Gerontiam viduam de Monogamiâ, hæc verba habentur:* Maguntiacum nobilis quondam civitas capta atque subversa est, & in Ecclesiâ multa millia hominum trucidata.

S. Augustin. de Civit. Dei : *per Johannem & VINDELINUM de Spirâ, fratres.* (a) fol. Venet. 1470.

Idem de Eâdem : *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (b) fol. . . . . Romæ. 1470.

S. CHRYSOSTOMI HOMIL. in Evang. S. IOHAN. Latinè, Franciſc. Aretino interprete. (c) fol. . . . Romæ. 1470.

LEONIS Magni Opera : *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (d) fol. . . . Romæ. 1470.

CONTINUUM ſive Catena Thomæ in Evangelia : *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (e) fol. . . . . Romæ. 1470.

HISTORIA LONGOBARDICA : (f) fol. *per Conradum WINTERS de Homburch civem.* . . . . . COLONIÆ. 1470.

Cicer. de Oratore : *per Chriſtophorum VALDERFER Ratisponenſem.* fol. . . Venet. 1470.

Cicer.

(a) In hujus editionis fine verſus ſequentes leguntur :

Qui docuit Venetos exſcribi poſſe Johannes
Menſe ferè trino centena volumina Plini,
Et totidem magni Ciceronis Spira Libellos;
Cœperat Aurelii, ſubitâ ſed morte peremptus
Non potuit cœptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adeſt ejusdem frater, & arte
Non minor; Adriacâque morabitur urbe. 1470.

Lector non offendetur verſu brachycatalectico, de hujusmodi aliiſque maculis, quas in illis Epigrammaticis ὑπογραφαῖς Poëtarum fudit incuria, aut Ars tum rudis parum cavit, à me jam prænmonitus : ex his modo discat verſibus, quot PLINII Historiæ & CICERON. Epiſtolarum exemplaria anno præcedente, & quàm brevi, excuderit JOHANNES SPIRA, quóque anno obierit; quódque frater VINDELINUS ei ſuccedens AUGUSTIN. *de Civit.* volumen ab illo cœptum abſolverit; & postea VENETIIS Artem cum laude non minore exercuerit.

(b) In fine adduntur verſus, *Aſpicis illustres* &c. Hanc Editionem BERNARD DE MONTFAUCON in *Diar.* ITALIC. pag. 255. primam fuiſſe ſcribit, cùm tamen (pace viri clariſſimi) hanc binæ præceſſerint, ann. 1467. & 1468.

(c) *Roma, in St. Euſebii monasterio* M. CCCC. LXX. XXIX. *Octob.* Nomen Typographi non additur; at conjicio forſan fuiſſe GEORGIUM LAVER, cujus (uti & cœnobii S. EUSEBII) mentio fiet anno 1472.

(d) In fine hujus & ſequentis Libri, *Aspicis illustres* &c. M. CCCC. LXX. CAILLE, pag. 26. memorat LEONIS I. *Pontif.* Romani *Opera in fol.* Coloniæ 1470.

(e) NAUD. *Addit. à l'Hiſt. de* LOUÏS XI. pag. 134.

(f) JACOBI DE VORAGINE *Legenda Sanctorum aurea*, quæ alio nomine dicitur *Historia Longobardica.*

Digitized by Google

Cicer. Epistol. ad ATTIC. BRUT. & QUINT. *per Nicol. Jenſon.* (a) fol. . . Venet. 1470.

Ejusd. Eædem : *per Conr. Sweynh. & Arnold. Pann* (b) fol. . . . . Romæ. 1470.

Ejusd. RHETORIC. & de INVENT. *per Nicol. Jenſon.* (c) fol. . . . Venet. 1470.

Plinii Natural. Histor. *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (d) fol. . . . . Romæ. 1470.

SALLUST. bellum Catilin. & Jugurth. *per Vindelin. Spir.* (e) fol. . . . . Venet. 1470.

Ejusd. Eadem. (f) fol. . . . . 1470.

Tit. Livii Histor. *per Vindelin. Spir.* (g) fol. Venet. 1470.

IUSTI-

(a) Epistolæ ſuis titulis ſive eorum, ad quos ſcribebantur, nominibus destituuntur. In fine hi leguntur verſus:

Attice, nunc totus Venetâ diffunderis urbe,
Cùm quondam fuerit copia rara tui.
Gallicus hoc Jenſon Nicolaus muneris orbi
Attulit ingenio Dædalicâque manu.
Christophorus Mauro plenus bonitate fidêque
Dux erat. Auctorem, Lector, opúsque tenes.
M. CCCC. LXX.

(b) Cum Epistolâ JOHAN. ANDREÆ Epiſc. *Aler.* ad PAUL. II. & ad finem ſic ſubſcribitur;

Romæ, in domo Petri & Francisci de Maximis juxta campum Floræ, præſidentibus Magiſtris Conrado Sweynheim & Arnoldo Pannartz. M. CCCC. LXX.

(c) M. T. *Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum novorum* Libri. M. T. *Ciceronis Rhetoricorum veterum libri.*

Emendata manu ſunt exemplaria doctâ
Omniboni; quam dat utraque Lingua patrem.
Hæc eadem Jenſon Venetâ Nicolaus in urbe
Formavit, Mauro ſub duce Chriſtoforo.
M. CCCC. LXX.

(d) *Sub Romano Pont. Max. Paul. II. Veneto, impreſſ. Romæ in domo Petri & Francisci de Maximis juxta campum Floræ, præſidentibus Magistris Conrado Sweynheim & Arnoldo Pannartz. Anno Dominici natalis* M. CCCC. LXX. *Pontificatûs ejus felicissimi ac placidissimi* VI.

(e) In fine habetur numerus exemplarium impreſſorum

M. CCCC. LXX.

Quadringenta dedit formata volumina Crispi
Nunc, Lector, Venetis Spirea Vindelinus.
Et calamo libros audes ſpectare notatos,
Ære magis quando littera ducta nitet.

(f) Hæc Editio nec Locum neque Typographum habet; ſed Annum ſolum in fine M. CCCC. LXX.

(g) In hâc Editione denuo excuditur Epiſcopi *Alerienſis* Epistola, uti priùs in Editione *Romanâ*. In fine adduntur verſus quadraginta ſex, cum Apoſtrophe ad LIVIUM; ex quibus ſex tantùm exſcribam:

Et Vindelino debebis tu quoque formis
Egregiè impreſſit hæc modo qui Decadas.
Et postea
Adde, quod & perpulchra effinxit & optima, cunctis,
Hoc etiam, ut placeant hæc monumenta tua.
Atque tot impreſſis, totum his jam peſſit in orbem
Diffundi atque ævum nomen in omne tuum.
M. CCCC. LXX.

Digitized by Google

IUSTINI Epitom. Trogi: *per Nicol. Jenſon.* (a) fol. . . . . Venet. 1470.

SUETON. TRANQUILL. de XII. CÆSARIBUS: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (b) fol. . . . . Romæ. 1470.

Idem. (c) fol. . . . . Romæ. 1470.

VIRGILII BUCOL. GEORG. ÆNEID. *per Vindelin. Spir.* (d) fol. . . Venet. 1470.

TERENTII Comœdiæ: *per Antonium ZAROTUM impendio Johannis LEGNANI.* (e) fol. . . . . MEDIOLANI. 1470.

PRISCIANI Opera. (f) fol. . . . . 1470.

Leon. Aretin. de BELLO ITALICO adverſùs Gothos: *per EMILIANUM FULGINATEM & Joan. NUMEISTER.* (g) fol. . . . . 1470.

Cicer.

(a) In cujus fine hæc:

Historias veteres peregrinâque gesta revolvo
Justinus: lege me; sum Trogus ipse brevis.
Me Gallus Venetâ Jenſon Nicolaus in urbe
Formavit, Mauro principe Christophoro.

M. CCCC. LXX.

(b) Huic Editioni ſubſcribuntur verſus,

Aſpicis illustres, Lector &c.

Præfigitur Epiſcopi *Alerienſis* ad PAUL. II. *Venet.* Epiſtola, in quâ ſe ait recognoviſſe eo tempore QUINTILIANUM. Quem aliquando ante ann. 1472. à CONR. SWEYNH. & ARNOLD. PANN. impreſſum fuiſſe conſtat ex Catalogo Librorum ab illis excuſorum ſuprà ſæpius memorato.

(c) Ad finem leguntur hæc:

Abſolutus Roma in pineâ regione viâ Papa. Anno M. CCCC. LXX. *Sextili menſe. Paul. Venet.* II. *Ann.* VI.

Typographus procul dubio fuit UDALRICUS HAN; quia eo ſemper utebatur CAMPANUS, cujus ad FRANCISCUM PICCOLOMINEUM Cardinal. *Senenſ.* Epiſtola huic editioni præmittitur.

(d) In fine fic:

M. CCCC. LXX.

Progenitus Spirâ formis monumenta Maronis
Hæc Vindelinus ſcripſit apud Venetos,
Laudent ergo alii Polycletos, Parrhaſiosve,
Et quovis alios id genus artifices.
Ingenuas quisquis Muſarum diligit artes,
In primis illum laudibus afficiet.
Nec verò tantùm quia multa volumina, quantùm
Quòd perpulchra ſimul optimâque exhibeat.

(e) In fine fic

Hoc opus quàm diligentiſſimè recognitum Johannes Legnanus imprimi curavit Mediolani operâ & impendio ſuo per Antonium Zarotum. M. CCCC. LXX. XIII. *Martii.*

(f) Hæc Editio nec Locum nec Typographum prodit; ſed tantum *Ann. Dom.* M. CCCC. LXX. Nitida eſt & Venuſta.

FABRIC. in *Biblioth. Lat.* 1712. p. 276. memorat *Libros tres de Vetulâ* (genuinis OVIDII Scriptis ridiculè annumeratos) Hexametris verſibus deſcriptos cum præfatione LEONIS (Protonotarii ſacri Palatii *Byzantini* ſub VATACHIO Principe) COLONIÆ. 1470. Et in Supplement. pag. 211. *Martialis ex edit. Georg. Merula Alex. Venet.* 1470. fol. Idem forſan, cujus mox fiet mentio.

(g) *Emilianus de Orſinis Fulginas, & Joan-*

Digitized by Google

Cicer. Epistol. ad Familiar. *per Emilian. Fulginatem & Joan. Numeister.* (a) fol. . . . . .

Cicer. Epistol. ad Familiar. (b) fol. . . . . 1470.

Cicer. ORATIONES PHILIPPICÆ. *per Udalr. Gall.* (c) fol. . . . . Romæ. . .

Ejusd. de DIVINATIONE, FATO, LEGIBUS: *per Vindelin. Spir.* (d) fol. . Venet. . .

QUINTILIANI INSTITUTIONES: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (e) fol. Romæ. . .

BESSARIONIS Cardinalis Sabini Nicæn. Patriarch. Constantinop. Libri quinque, & Liber de naturâ & arte adversûs Georgium Trapezuntium Cretensem calumniatorem Platonis Liber: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (f) fol. . . . . Romæ. . . . .

MARTIALIS Epigrammata: *per Vindelin. Spir.* (g) 4to. . . . . Venet. . .

Tit.

Joannes Numeister Theutonicus, ejúsque socii impressérunt in domo ejusdem Emiliani Fulginei, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo.

(a) Absque anni notâ; sed ad calcem Libri hæc leguntur;

Emilianus auctor Fulginas: & fratres una
Ingenio prestante viri. Numeister & Auctor
Johannes Almanus recte qui plura peregit.
Tulli ducenta nuper pressere volumina recte,
Qua viferat probus Episcopus Aleriensis:
Fulginei acta vides & Laribus Emiliani.

En tibi, Lector, informem crassissimæ Minervæ fœtum!

(b) Absque Typographo & Loco.

(c) Absque Anno: cum præfatione Campani ad *Senensem*; & his versibus in fine Libri;

Auster Tarpeii &c. Constreperes &c.
Ulricus Gallus &c. Edocuit &c.
Imprimit ille die, quantum non scribitur anno:
Ingenio, haud noceas, omnia vincit homo.

(d) Cum hôc Epigrammate:

Raphael Zovenvozius Ister
P. Aluisio Donato patritio Veneto S. S.

Spira, tuum nomen toto celebrabitur orbe,
Qua Vindelini dicitis esse parem.
Ordine qui tanto Ciceronis opuscula magni
Imprimit, ut fabrum Palladis esse putes.
Tu quoque Donata stirpis Veneticque Senatûs
Gloria Aluisi, tu quoque dicis idem.

(e) Cum Epist. *Aleriens.* ad Paul. II. Epistol. in cujus fine additur M. CCCC. LXX. Et ad Libri calcem versûs: *Aspicis illustres, lector* &c. Ante Suetonium lucem aspexisse Quintilianum credo, quòd Episcopus *Aleriensis* in suâ ad Paul. II. Epistolâ Suetonii editioni præfixâ scribat *Quintilianum his diebus à se recognitum Artifices nostros* (uti vocat Sweynheym & Pannartz) *primùm publicâsse.*

(f) Absque anni notatione; sed in fine leguntur versûs: *Aspicis illustres, lector* &c.

(g) Sinè anni indicio: *Georgio Alexandrino Correctore.* cum hôc Epigrammate:

Raphaël

Tit. Livii Historia : *per Udalric. Gall.* (a) fol. . . . . Romæ. . .

Justini Epistome Trogi : *per Udalric. Gall.* (b) fol. . . . . Romæ. . .

QUINT. CURTIUS: *per Vindelin. Spir.* (c) fol. . . . . Venet. . .

SERVII COMMENTARII in Virgilium. *per Udalr. Gall.* (d) fol. . . . Romæ. . .

RODERICI SANTII compendiosa Historia Hispanica: *per Udalric. Gall.* (e) 4to. Romæ. . .

HORATII Opera. (f) 4to. . . . . .

PLU-

Raphaël Zovenzonius Ister Vindelino Spirensi ob ejus incredibilem imprimendi solertiam. D. D.

* *Consummatissimus ille Martialis*
Impressus digitis Videlianis
Hic est: hic lepidus facetiarum
Princeps, & salis Attici Latinique.
Hunc hunc, Lector, emas, tibi futurum
Præclarum Comitem domi forisque:
Istri consilio tui poëta.

(a) *Studio Joh Anton. Campani*, cum ejus Præfat. ad Cardinal. PAPIENS. sinè anno: sed in fine hi leguntur versus;

Anser Tarpeii &c.
de quibus mentio antea facta est.

(b) Sinè anno; sed in fine, *Anser Tarpeii* &c.

(c) Absque anno : sed in fine hæc leguntur;

Loquitur lector ad Vindelinum Spirensem Artificem, qui 2. *C. reddit in lucem.*

Vindeline, mea prius hic reduxerus in auras
Spiritus & Corpus linquet inane meum:
Quam tua nobilitas, virtus, atque inclyta fama
Pectore labatur, candide amice, meo.

(d) Absque anno : cum his versibus in fine;

Anser Tarpeii &c.

* Versus procephalus.

(e) Absque anno. In fine leguntur hæc;

De mandato R. P. D. Roderici Episcopi Palentini auctoris hujus libri, ego Udalricus Gallus sinè calamo aut pennis eundem librum impressi

In Libris quibusdam præcedentibus noluerunt Typographi certum impressionis annum definire. Tamen cùm eâdem silentii pertinaciâ suum quoque nomen non celaverint, indè conjecturam duxi hôc circiter tempore, quo in Catalogo inseruntur, Libros illos imprimi potuisse.

(f) Ad finem adduntur hi versus;

Hoc quicunque dedit Venusini carmen Horati,
Et studio formis correctum effinxit in istis,
Vivat: & æterno sic nomine facula vincat
Omnia; tam nunquam numeris abolebitur auctor.

Eò magis miror hìc omnes impressionis notas omnino silere, Annum, Locum, imò & Typographum: quòd versibus fini appositis nec (ut eo tempore Poëtis se plerumque habebat) inculsis Typographi laudetur industria; ejúsque nomini, quod interim tacetur, optetur immortalitas. *Æternum nomen & silentium!* Quæ in terminis ipsis contradictio & pugna! Laudem certè meruit luculentus, quo Liber impressus est, character. Sed quò mihi excusa diligenter charta, si eadem (ut HORATII verba ipsa paulùm immutando imiter) *fileat*, quis *bene*

Digitized by Google

PLUTARCHI VITÆ Latine. (a) fol. . . .

Typo-

bene fecerit ; ipſiúsque Typographi *meritis ſua invida obstet taciturnitas ?* Si tamen in re tam ſtudioſè celatâ conjecturæ ſit locus ; ZAROTUM fortè hujus impreſſionis parentem fuiſſe ex typorum cum aliis, quos excudit, Libris collatorum ſimilitudine crederem. Id igitur mihi non ægre perſuaſit, ut hôc in loco Librum hunc, vagum licèt & quaſi fœtum à parente ſinè ullis indiciis expoſitum, prolem tamen parenti neutiquam inficiandam, recenſem; quòd ANTONIUS ZAROTUS hôc anno MEDIOLANI excudere cœperit.

(a) Hæ in lucem duobus Voluminibus prodierunt cum CAMPANI ad PICCOLOMINEUM Cardinalem Epiſtolâ : non nominato Anno, Loco aut Typographo. Cùm autem CAMPANUS UDALRICI GALLI prælo uti ſolitus ſit, has in hunc locum non forſan incommodè rejici poſſe arbitratus ſum. In CAMPANI, quam anteà ex FAERNO dedi, notitiâ PLUTARCHI *Vitas* diſperſas & à diverſis indè Interpretibus *Latinas* factas eum collegiſſe obſervatum eſt.

Digitized by Google

Typographia, licèt in GERMANIÂ edita primùm in lucem fuerit, alibi maluit adoleſcere; & ſolum natale, cujus neſcio quâ dulcedine plerique ducimur, ITALO commutare: ubi ſcilicet ſub clementiori aëre cœlóque benigniori collocata, ac radiis ferventioribus animata, maturitatem citiùs aſſequeretur. Ibi olim cum toto ſuo Artium choro plenóque Scientiarium comitatu floruerant Muſæ: eò jam quaſi ad portum, poſt clades GRÆCIÆ triſtiſſimas, ſeſe appulerant deploranda Litteraturæ naufragia & vix ſuperſtites eruditionis ac eruditorum relliquiæ. Ibi Convenæ litterati ſub generoſorum Principum, MEDICÆÆ præſertim Domûs, patrocinio honeſtum hospitium nacti ſunt: Et nullibi certè potuiſſet commodiùs hospitari Typographia, quàm ubi tot viri doctrinâ clari, extorres, bonis exuti, miſerarum fortunarum ſolatium perfugiúmque invenerant. Paululùm intrà ITALIÆ præcipuè fines ſeſe continuit, & viguit Ars illa; quam EUROPÆ partem magis aliis omnibus coluiſſe, per totum reliquum hujus Centuriæ ſpatium, videtur. Haud diu fuit, antequam in GALLIAM commigraret; quò etſi inprimis non advenerit, nullibi majore animorum alacritate accepta aut industriâ exculta eſt, nullibi majora tandem cepit incrementa.

LUDOVICUM Undecimum, cujus in Litteras ſtudium ab omnibus Historicis taceri [1] NAUDÆUS meritò conqueritur, ſilentio mihi minimè prætereundum cenſui: qui illorum è CONSTANTINOPOLEOS per barbaram tyrannidem populatæ ſtragibus Litteratorum exulum plurimos amicè acceptos liberaliter tractavit. Numerantur inter illos GREGORIUS TYPHERNAS, HERMONYNUS *Spartanus*, & TRANQUILLUS ANDRONICUS *Dalmata*; quorum operâ *Græcæ* Litteræ à ſolo patrio infœliciter proturbatæ in GALLIÂ auſpicatò conſederunt.

[2] LUDOVICUS ille, quo regnante prima Typographiæ notitia *Gallis* facta eſt, ut ſuâ gratiâ litteras, ad quas Ars illa reſtituendas venerat, dignaretur, Manuſcripta omnia à CAROL. V. & VI. conquiſita *Fonte Bellaqueo* PARISIOS transferri juſſit, & in Regiâ *Luparenſi* amplam, ubi reponerentur, Bibliothecam, cujus curam ROBERTO GAGUINO *Trinitariorum* Generali demandavit, ædificari: eamque magnâ Codicum manuſcriptorum & impreſſorum copiâ ditavit. Regis hujus juſſu Præſidens JOANNES DE LA DRIESCHE à *Pariſienſibus* Medicæ Facultatis magistris Codicem RHASIS autographum, quem exſcribendum curaret, oppigneratâ interim argenteâ quâdam, donec redderetur, ſupellectile, accepit. En Epistolam Regi à Medicis eâ de re ſcriptam.

Noſtre

1 *Addit. à l'Hiſt. de* Louïs XI. Edit. 1713. p. 82, 83, 84.
2 Idem pag. 36, 37, 39.

Noſtre ſouverain Seigneur, tant & ſi tres humblement que plus pouvons, nous nous recommendons à votre bonne grace, & vous plaiſe ſçavoir, que le Preſident Meſſire Jean de la Drieſche nous a dit que lui aves reſcript, qu'il vous envoyaſt totum Continens Raſis *pour faire escrire, & pource qu'il n'en a point, ſçachant que nous en avons un, nous a requis, que lui vouluſſions bailler.*

Sire, combien que toujours avons gardé tres precieuſement ledit livre; car c'eſt le plus beau & le plus ſingulier treſor de notre faculté, & n'en trouvet-on gueres de tel; neanmoins nous, qui de tout notre cœur deſirons vous complaire, & accomplir ce qui vous eſt agreable, comme tenus ſommes, avons delivré audit Preſident ledit livre pour le faire écrire, moyennant certains gages de vaiſſelle d'argent, & d'autres cautions, qu'il nous a baillé en ſeureté de nous le rendre, ainſi que ſelon les ſtatuts de notre Faculté faire ce doit, leſquels nous avons tous jurez aux ſaints Evangiles de Dieu garder & obſerver, ne autrement ne les pouvons avoir pour nos propres affaires. Priant Dieu, Sire &c. ce 29. Nov. 1471.

Hæc Medicorum *Pariſienſium* cautela neutiquam nimia videbitur, ſi modò, quàm * cara & rara tunc temporis fuerint manuſcripta bonæ notæ Exemplaria, animadverterimus. Nemo interim dubitabit de LUDOVICI Undecimi inſignibus in rem litterariam meritis, quæ, absque NAUDÆO eſſet ſupplementi ad illius Historiam authore, in oblivione jacuiſſent. In re equidem non adeò levis momenti miror tam univerſum Historicorum ſilentium: quos quæ cauſa ad id diſſimulandum adduxerit, investigare nequeo. Ignorare certè non poterant nil ferè magis Principi non in gloriam modò ſed etiam emolumentum verti, quàm bonarum litterarum patrocinium. Id optimè intellexit & confirmavit LUDOVICUS XIV. cujus regnum maximè & ornavit & ſtabilivit ea, quâ litteras proſecutus eſt, gratia. Sub ejus auſpiciis eò crevit Ars Typographica, ut jam deſit, quò ulteriùs progrediatur; in illo apice conſtituta, unde ab univerſo Orbe ſuſpici poſſet; tanti, cujus nomine & favore ornata & fulta eſt, Monarchæ memoriam in omnium ſæculorum posteritatem conſervatura: Egregium ſanè & (propè dixeram) præcipuum LUTETIÆ ornamentum; in quâ Urbe Artium matre & nutrice fixerat in primis ſuarum fortunarum ſedem, à Metropoli deinceps in alias Urbes ſe diffuſura; in quâ, quaſi in arce quâdam & ſpeculâ fundata, Regum virorúmque ampliſſimorum ſubſidiis & liberalitate hactenus ſuſtentata, principatum tenuit.

* PARI-

* Si Lector ſcire voluerit, quàm cara fuerint & Exemplaria Manuſcripta & Codices in primâ Typographiæ origine impreſſi, legat, quid de hâc re fuſè diſſeruerit idem NAUD. ibid. pag. 39. usque ad pag. 45.

Digitized by Google

* PARISIIS excepta est primùm in SORBONÆ domo; in quam † tres *Germani*, ULRICUS GERING *Constantiensis* cum sociis MARTINO CRANTS, & MICHAËLE FRIBURGER aliàs DE COLUMBARIÂ, GULIELMI FICHETI *Alnetani* & JOANNIS LAPIDANI *Germani* SORBONÆ Doctorum operâ acciti, convenerunt, suæque Artis specimina anno 1470. dederunt. Libri illi impressi sunt, crasso, rotundo Romano charactere; nigredine atramenti pulchrâ nitidâque; chartâ haud nimiùm albenti, sed firmâ satis & bene glutinatâ: sine litteris majusculis; capitúmque initialibus, vacante ibi spatio postea coloribus illuminando; absque titulis, voculis (quas vulgò dicunt) *reclamantibus*, ciphris paginarum indicibus, & litterarum alphabetico ordine dispositarum signaturis: notis compendiariis referti. Quidam Libri à verso folio ordiuntur: occurrunt lineolæ aliquando rubricatæ, litteræ nonnunquam semiformes, voces nonnullæ prælo cœptæ, calamo finitæ. Epistolis aliquibus impressis inscriptio præit manuscripta. Hæc scilicet erant Artis nascentis rudimenta, in quibus brevis admodum facta est mora; nec ab his experimentis diu fuit, antequam ad usum pleniorem magisque perfectum formaretur.

Codices plurimi à tribus illis Typographis impressi, temporis, quo prodierunt, notatione destituuntur; annúsque & ordo non nisi ex circumstantiis, inscriptione putà Epistolarum, Epigrammatibus quibusdam adjectis, aut characteris formâ, potest conjectari.

Præmonito hic JOANNEM LAPIDANUM bis fuisse SORBONÆ Priorem anno 1467. & 1470. & GULIELMUM FICHETUM anno 1467. Rectorem egisse, sed nondum gradum Doctoris consecutum: Epistolæ GASPARINI *Pergamensis* Litteris præfixæ partem subjungam, ex quâ Lector facilè intelliget has ann. 1470. esse excusas.

„ Guillermus Fichetus Parisiensis Theologus Doctor Joanni
„ Lapidano Sorbonensis Scholæ Priori, Salutem.

„ Misisti nuper ad me suavissimas Gasparini Pergamensis Epistolas,
„ non à te modò diligenter emendatas sed à tuis quoque Germanis
„ impressoribus nitidè & tersè transcriptas. —— præter alias complu-
„ res litterarum graviores jacturas hanc etiam acceperunt, ut libra-
„ riorum vitiis effectæ penè barbaræ videantur. —— quos ad hanc
„ urbem

* Doctè & diligenter admodum id tractat CHEVILLERIUS, *L'Origine de l'Impr. de* Paris. Chap. 2. & 3.

† CHEVIL. p. 42, 43. Mr. NAUDÉ dans son *Addit. à l'Histoire de* LOUÏS XI. (p. 139. Edit. 1713.) de ces trois n'en fait que deux, & a cru que ce nom ULRIC étoit le surnom de MARTIN & de MICHEL. *Cette invention*, dit-il, *y fut apportée pendant le regne de* LOUÏS *XI. par deux* Allemands *nommez* MARTIN *&* MICHEL ULRIQUES. En quoi il a été suivi par Mr. LE GALLOIS dans son Traité *des plus belles Bibliotheques de l'*Europe. p. 162.

Digitized by Google

„ urbem è tuâ Germaniâ Librarios aſcivisti, quàm emendatos libros
„ ad exemplaria reddunt! Idque túte macto ſtudio conaris, ut ne ul-
„ lum quidem opus ab illis priùs exprimatur, quàm ſit à te coactis
„ exemplaribus multis castigatum liturâ multâ. —— Scriptum apud
„ Sorbonam velociſſimâ Ficheteâ manu.

Et ad Libri calcem hoc legitur Octastichum.

„ Ut ſol lumen, ſic doctrinam fundis in orbem,
„ Muſarum nutrix regia Pariſius.
„ Hinc propè divinam tu, quam Germania novit
Artem ſcribendi, ſuscipe promerita.
„ Primos ecce libros, quos hæc industria finxit
„ Francorum in terris, ædibus atque tuis.
„ Michael, Udalricus, Martinúsque magistri
„ Hos impreſſerunt, ac facient alios.

Aliud etiam ad SALLUSTII finem.

„ Nunc parat arma virósque ſimul rex maximus orbis
„ Hostibus antiquis exitium minitans.
„ Nunc igitur bello ſtudeas, Gens Pariſiorum,
„ Cui Martis quondam gloria magna fuit.
„ Exemplo tibi ſint nunc fortia facta virorum,
„ Quæ dignè memorat Crispus in hôc opere.
„ Armigerísque tuis Alemannos annumeres, qui
„ Hos preſſere libros, arma futura tibi.

Bellum, quod hi verſus innuunt, à LUDOVICO XI. fuit CAROLO *Burgundiæ* Duci ann. 1470. indictum.

GULIELMI FICHETI ad multos Principes Præſulésque, quibus ſuos *Rhetoricorum* Libros commendat, Epistolæ datæ ſunt omnes ann. 1471. præter unam ad ROLINUM Cardinalem ann. 1470. Idib. *Jul.* *Rhetoricorum* igitur Librorum impreſſio Idibus *Juliis* anni 1470. anteivit. FICHETI ad BESSARIONEM Cardin. Epistola hanc gerit ſubſcriptionem, *Ædibus Sorbonæ ſcriptum impreſſúmque anno uno & ſeptuageſimo quadringenteſimo ſupra milleſimum.* Eundem annum exhibet Epistola LAPIDANI ad PAULUM SENILEM in fine LAURENT. VALLÆ *Elegantiarum.* BESSARIONIS ad FICHETUM Epistola, quam ſuis *Orationibus* præfixit, ſcripta eſt ROMÆ 1470. *Decembri* Menſe; nec ergo videtur probabile has ante ann. 1471. excuſas fuiſſe. RODERICI *Speculum* (ut quidam vir clariſſ. autumat) ante GASPARINI *Epistolas* non forſan erat impreſſum, quòd cha-

racter harum recens adhuc, illius verò vetus & uſu jam longo attritus appareat. Si cui hæ minùs arrideant de horum Librorum ordine conjecturæ, obstinatè neutiquam refragabor, modò hos, quos in ædibus SORBONÆ elaboratos conſtat, concedatur prodiiſſe ante ann. 1473. i. e. antequam illi tres Typographi illinc aliò migrarent.

Ex FICHETI Epistolâ priùs allatâ credo LAPIDANUM Operum, quæ ſub trium illorum Typographorum prælis ſudabant, correctorem atque emendatorem fuiſſe, utì & ERHARDUM WINDSBERG *Germanum* Medicinæ Doctorem, cujus hoc in Cynicis Epistolis extat Epigramma, pinguiori quidem Minervâ, & abſurdâ omnino ſyllabæ unius quantitate.

* Plura licèt ſummæ dederis Alemannia laudi,
At reor hoc majus te genuiſſe nihil;
Quòd propè divinam ſummâ ex induſtriâ fingis
Scribens hanc Artem, multiplicans ſtudia.
Felices igitur, Michael, Martinéque ſemper
Vivite, & Ulrice, hoc queis opus imprimitur.
Erhardum vestro & non dedignemini amore,
Cui fido ſemper pectore clauſi critis.

Eâdem præterea circiter tempestate, aliorum multorum Typographorum ductu in diverſis *Italiæ* & *Germaniæ* Locis jam latè frequentari cæperat Typographia.

Inter *Germanos* floruit Ars illa; anno 1471. *Argentinæ* per HENRICUM EGGESTEIN; *Augustæ Vindelicorum* per JOANNEM SCHUSLER, & GONTERIUM ZAINER *de Reutlingâ*; *Coloniæ Agrippinæ* per PETRUM DE OLPE: Eodem anno, innotuit † ADAM ROT, Clericus *Metenſ.* Diœceſ.

Anno

* JACOBUS MENTELIUS [in *Paranef. de ver. Typogr. Orig.* pag. 15.] hoc ERHARDI VUINDSBERG ad *Germanos* Librarios egregios MICHAELEM, MARTINUM atque UDALRICUM Epigramma refert, ſed peſſimâ fide depravatum, ſubſtitutis in primo verſu vocibus *Tu Argentina* in locum genuinæ vocis *Alemannia*, ut ſcilicet Artis Typographicæ inventæ gloriam à *Moguntinis* ad *Argentinenſes* transferret. Vox *Alemannia* (uti obſervat CHEVILLERIUS pag. 50, 51, 52.) in illarum Epistolarum exemplari, quod in *Sorbonæ* Bibliothecâ aſſervatur, planè comparet; quamvis in altero, quod in Regiâ *Pariſienſi* Bibliothecâ vidi, voces *Tu Argentina* manu cujusdam falſarii repoſitas & in verarum, quas quivis expunctas fuiſſe deprehendet, locum malè intruſas animadverterim. Præterea MENTELIUS has Epistolas *Straburgi* (ut mos eſt ſuus, omnia in *Argentinenſium* gratiam distorquendi cauſam quo jure quâque injuriâ arripiens) putat impreſſas; ſed CHEVILLERIUS, collatione cum reliquis Libris ab iisdem Typographis *Sorbonæ* impreſſis factâ, ibidem etiam excuſas verìùs conjectat.

† Quamvis nomen Urbis in hôc anno non indicetur, puto tamen *Romam* fuiſſe, ubi postea anno 1474. impreſſit.

Digitized by Google

Anno 1472. ADAMUS *Ambergæ* (quæ eſt *Bavariæ Palatinatûs* caput) natus inclaruit. *Noribergæ* Artem exercuit ANTONIUS KOBURGER ejusdem civis, [1] *antiquo quidem rudiori typo, non niſi ſerò admodum admiſſis politioribus illis, qui à loco inventionis* Veneti *dicti ſunt. Huic, viro integerrimo atque litterariam rem gerentium laudatiſſimo* (diu enim illam Artem coluit) Epistolas Illustrium virorum *nuncupavit anno* 1499. JODOCUS BADIUS *Aſcenſius*, ex cujus Epistolâ viſum eſt pauca excerpere. —— *rem digniſſimam factlurum videor, ſi præſtanti ac ferme incredibili multiplicandorum per Chalcographos Librorum & Authorum penè innumerabilium æternitati conſecrandorum dextimæ facilitati tuæ, Antoni ſuaviſſime, ſeptem & triginta primariæ Litteraturæ procerum Epistolas dicem.* —— *Si quidem cùm ſis Librariorum facilè princeps & inter fideles atque honestos mercatores non inferiori loco poſitus; nihil principatu tuo dignius cenſeam, quàm hos tantos heroas in regales istos thalamos, omnis honestatis ac probitatis nimirum penetralia, benigniſſimè ſuscipere.* —— *Litteratos omnes & colis & foves; pervigilémque curam ad bonos Codices verè, terſè, ac ſinè mendis imprimendos adhibes. Ad quam rem prudentiſſimè (ut cætera ſoles) magistrum Joannem Amerbachium, indefatigabili virum diligentiâ, & ſolertiſſimâ vitiorum expungendorum peritiâ, te delegiſſe accipio. Cujus quidem viri ſi omnes ſimiles eſſemus, nec alii inventa nostra (Teutonica dico) occuparent: longè pluris apud Litteratos haberemur.* —— *Et nos ejusdem, licèt longo intervallo, & miratores & imitatores ſumus* &c. Ex his BADII verbis licet æstimare, quantum fuerit ANTONII KOBURGER inter ejus ὁμοτέχνους meritum.

A *Germaniâ* rurſus in *Italiam* tranſeo, cujus Urbes varias Typographi multi Artis ſuæ celebritate honestaverunt.

Anno 1471. [2] *Neapolim typorum artificium primus detulit Sixtus Ruſſinger Argentinas, tantâ illic à Ferdinando Rege & nobilitate exceptus gratulatione, ut non tantùm utrisque acceptiſſimus fuerit, ſed etiam ab ipſo Rege ampliſſimæ dignitates atque adeò Epiſcopatus ei ſæpius oblati fuerint, niſi omnibus illis patriæ amorem prætuliſſet, vir ob dignitatem ſacerdotalem & ſenium venerandus.*

Tarviſii GERARDUS DE LISÂ *Flandriâ* genitus Libros impreſſit. Inter *Venetos* Typographos (quibus optimis vix alia Urbs magis abundavit) locum cumprimis obtinuerunt JOANNES ex *Colonià Agrippinenſi*, & CHRISTOPHORUS VALDARFER ſive BALDARFER *Ratisponenſis*; quorum ille ann. 1472. VINDELINO *Spirenſi*, ann. 1474. JOANNI MANTHEN *de Gheretzem* ſe aſſociavit; hic ann. 1476. *Mediolanum* officinam transtulit.

Anno 1472. *Bononiæ* & *Parmæ* Libri primùm impreſſi ſunt: *Romæ*,

1 MALLINCROT. *de Art. Typ.* pag. 87, 88.

2 MALLINCROT. Ibid. p. 84. CHEVILLER. p. 125.

mæ, [1] JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE *Messanensis* Eques *Siculus*, GEORGIUS LAVER *Herbipolitanus*, LEONARDUS PELUGL cum eodem GEORGIO LAVER; *Paduæ*, BARTOLOMÆUS DE VALDEZOCHIO civis *Patavus* & MARTINUS DE SEPTEM ARBORIBUS *Prutenus*; *Veronæ*, JOHANNES *Veronenſis*; *Venetiis*, ANTONIUS *Bononienſis*, LEONARDUS ACHATES *Baſileenſis*, GABRIEL PETRI *Tarviſanus* (qui postea anno 1475. *Vicentiam* migravit); *Mantuæ*, GEORGIUS & PAULUS *Teutonici* Artem profitebantur.

Anno 1472. apud BELGAS *Daventriæ* initium habuit Res Typographica.

Poſtquam Ars Typographica *Lutetiæ* in *Sorbonæ* ædibus ſocietatis illius curâ jam triennium educata vires paulatim accepiſſet, alii quoque Typographi illorum priorum exemplo excitati aut ab ipſis edocti idem etiam artificii genus inſtituere decreverunt. [2] PETRUS enim CÆSARIS & JOHANNES STOL, *Germani* quidem, ſed in Academiâ *Pariſienſi* ſtudiis innutriti, induſtriâ junctâ, prælisque inſtructis, iisdem vestigiis inſiſtendo, eandem ſibi paraverunt gloriam. PETRUS CÆSARIS Magistri in Artibus gradum in Univerſitate meruerat, & cum ſocio JOHANNE STOL anno 1473. Libros ſuis typis impreſſos publicavit. Eidem anno 1486. *Sorbonæ* Doctores domum locaverunt viâ *Jacobæâ*, ubi ad Cygni & Militis inſigne usque ad 1509. habitavit. Gradum, quem apud Academicos adeptus fuerat, ſilentio præterire nolui; ut, quo in honore apud majores nostros Ars eſſet Impreſſoria, intelligatur. Nondum enim à Liberalium & ingenuarum dignitate in plebeias ſervilium & mechanicarum tabernas deſcenderat; & quicunque in temporum illorum historiis verſati ſunt, ſciunt nihil olim fuiſſe magis pervulgatum, quàm viros loco honesto ortos, ordine aliquando eccleſiastico venerandos, imò inſulis ornatos, nullos ferè non bonarum litterarum peritos, rerum typographicarum ſatagere.

[1] FICHE-

1 MALLINCROTIUS p. 84. mentionem ejus facit anno 1480. at certum eſt eum octennio antè *Romæ* Arti operam dediſſe. Imò anno 1472. Liber [*Pongie Lingua*, de quo postea in Catalogo] excuſus eſt, in quo præfatur JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE *Siculus* SIXTI IIII. familiaris MATTHEO DE MARCHO Abbati Monaſterii Sancti *Placidi*; ſcribitque —— *ſe jam ſecundum annum Romæ agere* —— *& impreſſiſſe Quintilianum, Suetonium, Leonem, Lactantium, Ambroſium de Officiis, Laurentii Vallæ Elegantiam, Horatii opuſcula* —— Quorum Librorum nullus adhuc mihi fuit obvius. Ejus meminit SIMLER. in Bibliothec. *Joannes Philippus de Lignamine Meſſanenſis Siculus ſcripſit ad Sixtum Papam* IIII. *De unoquoque cibo & potu, utili homini & nocivo & eorum primis qualitatibus.* Lubet interim obſervare, quanto in precio tum fuerit Ars Typographica; cui manum admovere docti omnium Ordinum viri & ex Sacerdotali & Equestri dignitate neutiquam erubescebant.

2 CHEVILLIER, Part. I. Cap. 4.

Digitized by Google

[1] FICHETO discessum *Romam* ad SIXTUM IV. Pontif. Max. & LAPIDANO reditum in *Germaniam* meditante anno 1473. ULRICUS GERING cum duobus sociis, *Sorbonâ* relictâ, ædes in vico *Jacobæo* Sole aureo insignitas incoluerunt, prope Sanct. *Benedictum*, easdem forsan, quas REUCHLINUS JOANNIS DE LAPIDE in *Sorbonâ* discipulus sub idem tempus habitare se scribit. Videntur hi tres Typographi, cùm præla sua transmovere *Sorbonâ* pararent, veterem litterariam supellectilem confregisse, novámque in illius locum substituisse; cui conjecturæ locum dat novus librorum, quos postea excuderunt, character. ULRICUS post annum 1477. impressit solus, sociis suis, quorum deinceps nulla mentio, fortè *Germaniam* reversis; &, ascito in suam societatem G. MAYNYAL, usque ad annum 1483. in vico Sti. *Jacobi* ad aurei Solis insignium jugiter in Artis exercendæ curam incubuit.

Parisiis postea paulatim Artis notitia ad plures permanavit; annóque 1474. [2] PETRUS CARON cœpit innotescere (cui Insigne Typographicum erat Sylva clausa, sive muris incincta, cum hôc vocabulo, *Franc-bois*); & [3] anno 1475. *April.* 6. PASCHASIUS BONHOMME *Aspasii* filius unus è quatuor Librariis juratis constitutus est.

Aliis quoque in Locis inclarescebant quotannis plures Typographiæ studiosi; Arsque illa, quæ primis initiis tam diu intrà tam paucos se continuerat, utilitatem suam, fecit, ut omnes ubique tandem cognoscerent.

JOANNES MENTELIUS *Argentinas* anno 1473. decem VINCENTII *Belvacensis* ingentes regali folio tomos suis typis edidit *opus* (ut [4] JACOBUS MENTELIUS jactat) *plus viginti annorum, ac proinde priore* (ut ille Scriptor gloriabundus asserit) *quàm vel primus* Typographorum ullorum opera *tempore inceptum*. JOANNES MENTELIUS *obiit, Sabbato post conceptionem Virginis Mariæ, anno* 1478. *& factus est ei pulsus cum campanâ magnâ, Dominicâ sequenti. Qui quidem pulsus ingentis campanæ illius fiebat tum tantùm denatis Principibus, aut aliquâ dignatione ac meritis supra profanum vulgus evectis hominibus.*

Laudem merere cœperunt celebres Typographi:

Anno 1473. *Lovanii*, JOHANNES *de Westphaliâ Paderbornensis*; qui anno proximo *Alosti*, & 1479. *Novimagii* impressit:
Noribergæ; FEDERICUS CREUSNER, JOHANNES SENSENSCHMID *de Egrâ* & HENRICUS KOLER *Moguntinus*:
Coloniæ; ARNOLDUS TERBURNEM:

1 CHEVILLIER, Part. 1. Cap. 5.
2 CAILLE, pag. 61.
3 CAILLE, pag. 61.
4 *Paranes. de Typogr.* p. 77, 78, 93.

Anno 1473. *Ulmæ*; JOHANNES ZEINER:
Bononiæ; BALDASER DE AZZOGUIDIS:
Venetiis; PHILIPPUS PINZIUS *Mantuanus*:
1 —— LEONARDUS AURL:
2 —— BARTHOLOMÆUS *Cremonenſis*:
3 —— ALBERTUS DE SLENDAEL:

1474. *Coloniæ*; JOHANNES KOELHOFF:
Noribergæ; ANDREAS FRISNER *de Wunſidel* cum JOHANNE SENSENSCHMID:
Alosti; JOHANNES *de Weſtphaliâ* cum ſocio ſuo THEODORICO MARTINI:
Ferrariæ; ANDREAS GALLUS, CARNERIUS AUGUSTINUS BERNARDI Bibliopolæ filius:
Bononiæ; UGO RUGERIUS & DONINUS BERTOCHUS *Regienſes*:
Paduæ; LAURENTIUS CANOZIUS:
Mediolani; PHILIPPUS DE LAVAGNIÂ:
Taurini; JOHANNES FABRI *Lingonenſis* & JOHANNINUS DE PETRO:
Romæ; JOHANNES GENSBERG, SIMON NICOLAI *de Lucâ* cum UDALRICO GALLO *Almano*, GEORGIUS SACHSEL DE REICHENHAL & BARTHOLOMÆUS GOLSCH DE HOHENBART, Clerici:
4 *Januæ*; MATHIAS *Moravus de Olomuntz*, & MICHAEL *de Monacho*:

1475. *Eslingæ*; CONRADUS FYNER:
Neapoli; MATTHIAS *Moravus*, cum BLASIO MONACHO, ARNOLDUS de *Bruxellâ*, BERTOLDUS RYING de *Argentinâ*:
Vicentiæ; GABRIEL PETRI *Tarviſanus*, HERMANNUS LEVILAPIS:
Lubecæ; LUCAS BRANDIS de *Schafs*:
Placentiæ; JOHANNES PETRUS de *Ferratis Cremonenſis*:
Romæ; JOHANNES NICOLAI, HANHEYMER DE OPPENHEIM & JOHANNES SCHURENER *de Bopardiâ*, G. TIBULLUS DE AMIDANIS *de Cremonâ*:
Anno

1. 2. 3 Ubi hi Typographi Arti ſuæ operam dederunt, definire nondum poſſum.
4 Id eſt, *Genua*. Sic Author Libri *Catholicon* dicti vocatur JOANNES *Januenſis*, vel *de Januâ*, JEAN *de la Ville de Gennes*. Lege CHEVILL. pag. 15. Is *Moravus* idem eſt forſan, qui anno 1475. *Neapoli* imprimebat.

Digitized by Google

Anno 1475. [1] *Argentinæ*; MARTINUS FLACHEN:
[2] —— JOHANNES VURSTER *de Campidona.*

Hôc anno *Basileæ*, *Valentiæ* & *Goudæ* innotuit Typographia.

Nonnulli ex *Gallis* Typographi peregre, quàm domi, famam quærere maluerunt; inter quos tres *Italiam* migrantes, ibi celebre nomen ex re litterariâ adepti sunt: anno 1473. *Parmæ* STEPHANUS CORALLUS *Lugdunensis*: anno 1474. *Paduæ*, PETRUS MAUFER *Rothomagensis*; & *Venetiis*, JACOBUS DES ROUGES (*Latinè* JACOBUS DE RUBEIS, *Italicè* DE ROSSI) quorum ille anno 1480. *Veronæ*, hic 1475. & 1479. *Pinarolii*, Artis, quam uno loco circumscribere nolebant, egregia ediderunt Specimina.

Neque *Gallis* solum, sed & aliis multis Typographis usu venit, ut apud exteros potiùs quàm inter populares sua præla figerent.

Anno 1476. *Mediolani* DIONYSIUS PARADISINUS, DEMETRIO CRETE recognitore, CONSTANTINI LASCARIS Grammaticam *Græcè* excudit. Librum integrum *Græcè* excusum hôc antiquiorem non novi. Character est venustus, mediocri inter majorem & minorem formâ; quali postea anno 1499. SUIDÆ Lexicon ibidem impressum prodiit. Quæcunque ferè hactenus *Græcis* typis donata lucem viderunt, ὑποσημάτια tantùm quædam fuerunt à *Latinis* Scriptoribus allegata & ipsorum Operibus insperſa: qualia præsertim occurrunt in AULO GELLIO & APULEIO ex CONRADI SWEYNHEYM & ARNOLDI PANNARTZ officinâ anno 1469. & BESSARIONIS Libris pro PLATONE Apologeticis ab iisdem sinè anni indicio *Romæ*, ac LACTANTIO in Monasterio *Sublacensi* anno 1465. evulgatis. Typi enim isti, quibus *Moguntini* in CICERONIS *Officiis* & *Paradoxis* nonnullas *Græcas* voces & gnomas expressêrunt, esse in nullo loco merentur, quippe adeò deformes, ut legi non possint. Typi verò, quibus SWEYNHEYM & PANNARTZ & *Sublacenses* Typographi usi sunt, formam sanè præ se gerunt luculentam admodum & laudabilem. Imò *Græci* horum & illorum characteres figurâ totâ inter se adeò apparent consimiles, ut, nisi *Latini* aliquantum discreparent, duos illos, qui *Romæ* postea, eosdem fuisse, qui *Sublaci* antea suppresso nomine Artis initium fecerant, aliquando penè crediderim.

Maximos processus jam efficiebat Typographia, adnitentibus plurimis in variis *Europæ* partibus Artis illius Magistris: quorum vis magna ubique depellere tenebras litteris, diversasque litteratorum lucubratio-

1 Credo MARTINUM FLACHEN hôc anno excudisse *Argentinæ* (nam nomen loci in Libro, cujus mentionem facit Catalogus, non adjicitur) quia ibi anno 1485. eum excudisse compertio.

2 Sinè loci indicio.

brationes in lucem producere, quâdam inter se æmulatione accensi omnes, conabantur.

Inclaruerunt

Anno 1476. *Parisiis*; PASCHASIUS BONHOMME:
Brugis; COLARD MANSION civis *Brugensis*:
Rostochii; fratres Presbyteri, & Clerici convocationis domûs *viridis horti*:
Paduæ; JOHANNES HEBERT:
Mediolani; DOMINICUS DE VISPOLATE:
Bononiæ; SIGISMUNDUS *de Libris*:
Venetiis; ANTONIUS BARTELEMÆUS, ANDREAS JACOBI *Katharensis*, ANTONIUS BARTHELEMÆUS, [1] FRANCISCUS RENNER *de Hailbrun* & NICOLAUS *de Francfordiâ*, MARCUS *de Comitibus* & socius ejus GIRARDUS *Alexandrinus*:
——— [2] LUPUS GALLUS frater UDALRICI GALLI:

Anno 1477. *Lugduni*; BARTHOLOMÆUS BUYER civis *Lugdunensis*:
Augustæ Vindelicorum; ANTONIUS SORGIUS civis *Augustensis*:
Spiræ; PETRUS DRACH:
Coloniæ; ARNOLDUS THERBURNEM:
Basileæ; MICHAEL WENKLER, [3] BERNARDUS RICHEL civis *Basileensis*:
Tarvisii; BERNARDUS *de Coloniâ*, MICHAEL MANZOLUS *Parmensis*:
Vicentiæ; NICOLAUS PETRUS *de Harlem* & HERMANNUS LICHTENSTEIN sive DE LEVILAPIDE *Colonienses*:
Venetiis; BERNARDUS PICTOR & ERHARDUS RATDOLT *de Augustâ* & PETRUS LOSLEIN *de Langencen* Corrector ac Socius, PHILIPPUS CONDAM PETRI, Juvenis GUERINUS, JACOBUS DE FIVISANO *Lucensis*,

1 Hi duo anno 1478. usi sunt operâ LEONARDI de VUILD.
2 Nescio, an *Romæ* cum fratre Artem exercuerit.
3 Verisimile est eum hôc anno *Basileæ*, uti proximo, impressisse.

Digitized by Google

nenſis, [1] GERARDUS *de Flandriâ*, [2] GABRIEL PETRI:

Anno 1477. *Parmæ*; AUGUSTINUS *Genoenſis*:
Weſtmonaſterii; GULIELMUS CAXTON:
[3] *Delphis* in *Belgio* ——

Anno 1478. [4] *Collæ*; GALLUS BONUS:
Tarviſii; [5] BARTHOLOMÆUS *de Confaloneris*:
Neapoli; JOHANNES ADAM *de Colonià* & NICOLAUS JACOBUS DE LUCIFERIS *de Neapoli*, CONRADUS GULDEMUND & BASILIUS *de Argentinâ*:
Florentiæ; NICOLAUS dioceſis *Uratislavienſis*:
Cuſentiæ; OCTAVIANUS SALAMONIUS *de Manfridoniâ*:
Mediolani; DOMINICUS *de Vispolate* & DIONYSIUS PALAVICINUS, LUD. & ALB. ER. *Pedemontani*:
Paviæ; FRANCISCUS DE S. PETRO:
Paduæ; ANTONIUS *de Carcano*:
Venetiis; CHRISTOPHORUS ARNOLDUS, ANTONIUS *de Bononiâ*, THEODORICUS *de Reynsburch* & REYNALDUS *de Novimagio Theutonici*, ANDREAS DE PALTASCECHES *Katharenſis* & BONINUS DE BONINIS *de Ragusiâ*, MARTINUS SARACENUS, CHRISTOPHORUS ARNOLDUS:
Lugduni; MARTINUS HUSZ & JOHANNES FIBER:
[6] *Genevæ* & *Bruxellæ* ——

Anno 1479. *Lugduni*; PERRINUS LATOMI *de Lotharingiis*:
Bononiæ; HENRICUS *de Colonià*:

Anno

1 Neſcio, an idem fuerit, qui anno 1471. *Tarviſii* imprimebat, & GERARDUS DE LISÂ appellabatur.

2 Idem anno 1475. imprimebat *Vicentiæ*, & anno 1472. *Venetiis*.

3 Nomen Typographi non indicatur.

4 Hunc autem deſignat ALBERT. FABRICIUS in *Biblioth. Græc.* ſed JOHANNES LA CAILLE, p. 29. rejicit ad annum 1471.

5 Hic forſan GABRIELEM PETRI ſocium habuit, quia idem Liber (uti poſtea in Catalogo notabitur) utriusque nomen gerit.

6 Absque Typographi nomine.

Digitized by Google

Anno 1479. *Parmæ*; ANDREAS PORTILIA:
Vicentiæ; STEPHANUS KOBLINGER:
Mantuæ: PAULUS JOHANNES DE BURSCHBACH *Alamanus Moguntinus*:
Mediolani; LEONARDUS PACHEL & ULDERICUS SCIZENZELER:
Venetiis; NICOLAUS GIRARDENGUS, GEORGIUS WALCH *Almanus*:
Novimagii; [1] JOHANNES *de Weſtphaliâ*:
[2] *Zwol Hollandiæ* Oppido ——
[3] *Goudæ* —— —— ——

GASPA-

1 Hic JOHANNES *de Weſtphaliâ* in tribus Locis prælum inſtituit; anno 1473. *Lovanii*; 1474. *Alosti*; 1479. *Novimagii*.

2. 3 Quis fuerit Typographus, incertum eſt.

Digitized by Google

* GASPARINI Pergamenſis EPISTOLARUM opus. (a) 4to.

Luc. Ann. Flori de totâ historiâ Titi Livii Epitome in quatuor Libros diviſa. 4to.

Salluſt. Conjurat. Catilin. & Bell. Jugurth. 4to.

Guill. FICHETI Alnetani RHETORICORUM Libri tres. 4to.

EPISTOLÆ CYNICÆ; hoc eſt, Phalaridis Epistolæ à Franc. Aretino è Græco Latinè redditæ. Marci Bruti Epistolæ, cum Mithridatis ad eas reſcripto, à Raimitio in Latinum translatæ. Cratis Cynici Epistolæ Latinæ è Græcis factæ ab Athanaſio Constantinopolitano Archienſi Abbate. 4to.

BESSARIONIS Cardin. EPISTOLÆ tres, ad Guil. Fichetum, ad Beſſarionem monachum & abbatem. Ejusdem ORATIONES tres, ad Italos de periculis imminentibus, de discordiis ſedandis & bello in Turcam decernendo, (b) perſuaſio ad Italiæ principes ex auctoritate Demosthenis in Oratione pro ferendâ ope Olynthiis adverſûs Philippum Regem Macedonum. 4to.

Guill. Ficheti EPISTOLÆ: I. ad Beſſarionem Cardinalem. II. ad Sixtum IV. Pontificem Max. III. ad Renatum Regem Siciliæ. IV. ad Joannem Rolinum Epiſc. Ediienſem & Cardinalem ſub titulo S. Stephani in Celio monte. V. ad Guillelmum Quadrigarium Pariſienſ. Episcopum. 4to.

LAURENTII VALLÆ ELEGANTIARUM Linguæ Latinæ libri ſex. Ejusdem tractatus de reciprocatione ſui & ſuus. Ejusdem Liber in Errores Antonii Raudenſis. Cum Præfatione Petri Pauli Senilis Regis Francorum Secretarii ad Joannem de Lapide, & gratulatoriâ Epistolâ Joannis de Lapide ad P. Paulum Senilem, de Laurentio Vallâ ab ipſo recognito. fol.

IACOBI MAGNI Ord. Eremitar. S. Augustini SOPHOLOGIUM. (c) fol.

Rode-

* Hi decem ſequentes Libri conſuetis Typographiæ notis orbi, *Pariſiis* tamen in *Sorbonâ* domo ab ULRICO GERING, MARTINO CRANTS, & MICHAELE FRIBURGER, annis circiter 1470. 1471. 1472. excuſi fuerunt: quod ſatis firmat CHEVILLERIUS cap. 2. & 3. part. 1. *Origin. de l'Imprim. de* Paris.

(a) *Per Johannem Lapidanum Sorbonenſis Scholæ Priorem multis vigiliis ex corrupto integrum effectum, ingenioſâ Arte impreſſoriâ in lucem redactum.*

(b) CHEVILL. p. 37. *C'eſt l'*Olynthiaca I. *de* DEMOSTHENE, que BESSARION *traduit en* Latin *avec des petites notes qu'il fait, pour exciter les Princes Chrêtiens à prendre les Armes contre le* Turc.

(c) Cum hôc epigrammate *ad hujus operis conſpectorem.*

Iſtuc

Roderici Zamorenſis Episcopi Speculum humanæ vitæ in duos Libros diviſum. (a) fol.

Biblia

Istuc clarorum contendunt dogmata patrum:
Doctos atque bonos ut faciant homines.
At quem non leviter poſſit percurrere quisquam
Auctores cunctos; multa neglecta manent.
Omnia doctorum quò ergo documenta legantur,
Hunc Jacobus Magni *condidit ecce Librum.*
Tu quoque ſi bonus eſſe velis ſapiénsque videri,
Quod manibus tractas, diſce Sophologium.
Quicquid enim veterum tetigit præceptio digna
Mille voluminibus, clauditur hôc opere.

(a) Hunc Librum Libris à Gering, Crantz & Friburger impreſſis annumerat Chevillerius p. 36. cujus tamen verba (pag. 49, 50.) de hôc Libro adjicere ſupervacaneum non duco. „ Mr. „ Naudé [pag. 139. Edit. 1713.] dit „ que ces *Allemands* ſe logerent au Soleil „ *d'Or* rue *St. Jaques*, & mirent premie„rement ſoubs leur preſſe le *Speculum vita* „ *humanæ* Roderici Zamorenſis *Epiſ„copi*, qu'ils dedierent à Louïs XI. „ comme un premier & aſſeuré témoigna„ge de leur induſtrie, ſans toutesfois y „ mettre aucune marque, qui pût dénoter „ le temps & l'année de cette impreſſion. „ Mais néantmoins nous pouvons aſſez pro„bablement conjecturer, que ce fût pour „ le plus tard environ l'an 1470. parce que „ *&c.*] J'aurois bien voulu voir cette Epître dédicatoire à Louïs XI. Il faut „ qu'elle n'ait été miſe qu'à l'Exemplaire „ qu'ils préſenterent au Roy, & qui ne ſe „ trouve plus. Elle n'eſt point dans les „ deux, que j'ay vûs, dans celui qui eſt en „ *Sorbonne*, ni dans celui qui eſt aux *Ce„leſtins* de *Paris*. J'accorderois volontiers, „ que le *Zamorenſis* fut imprimé le pre„mier, n'étoit que le caractere me paroit „ avoir déja beaucoup ſervi, & bien plus „ uſé qu'aux Epîtres de Gasparin. Quant à ce qu'il dit que cette impreſſion „ fut faite dans la rue St. *Jaques* au *Soleil* „ *d'Or* —— Il n'avoit point vû les Li„vres qu'on gardoit en *Sorbonne* &c. Et „ parce qu'il avoit vû quelques unes de „ leurs anciennes Impreſſions —— qui a„voient été faites dans la rue St. *Jaques* au „ *Soleil d'Or* &c.

Caille, p. 61. & Chevill. p. 56.] Cæsaris & Stol imprimerent le *Speculum Vitæ humanæ* de *Zamora*, qui eſt *in fol.* dans la Bibliotheque des *Celeſtins* de *Paris*, où on lit,

Hos lege divinos, lector ſtudioſe, libellos;
Unde trabes vitæ commoda multa tuæ.
Hoc ſpeculum clarum manibus geſtare memento,
Quæ tua ſit vita, noſcere quisquis amas.
Nam tibi diſtinctum punctis ——
—— *perfinxit Regia* Pariſius.
Preſſerunt Petrus Cæſaris *ſimul atque* Joannes Stol, *quibus ars quod habet omne retulit eis.*

Digitized by Google

Biblia Latina; cum historiâ ARISTEÆ, Matthiâ Palmerio interprete: *per Conrad. Sweynheym, & Arnold. Pannartz.* (a) fol. . . Romæ. 1471.

Biblia ITALICA, interprete Nicolao de Malermi: *typis Vindelini de Spirâ.* (b) fol. . Venetiis. 1471.

Biblia Italica, eodem interprete. (c) fol. . . 1471.

CYPRIANI Epistolæ: *per Conrad. Sweynheym, & Arn. Pannartz.* (d) fol. . . . Romæ. 1471.

Eædem: *per Vindelinum Spirensem.* (e) fol. Venetiis. 1471.

PLVTARCHI APOPHTHEGMATA Laconica, Latinè; Francisco interprete, cum ejus præfat. ad Nicol. V: *per Vindelinum.* (f) fol. . . . . Venetiis. 1471.

Cice-

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.*] cum Epistol. Jo. ANDR. ad PAUL. II. scriptâ 15. *Mart.* & in fine Libri, *Aspicis illustres* &c.

(b) LONG, *Biblioth. Sacr.*] cum NICOLAI DE MALERMI Epistolâ *Italicâ* ad LAURENTIUM Theol. *Venet.* & hujus responsione *Latinâ*: & in fine Libri, *Ad laudem Dei & Virginis Mariæ impressum est hoc Volumen Venetiis* (typis Vindelini de Spirâ) *Anno salutiferæ incarnationis filii* M. CCCC. LXXI. *Kalendis Augusti.*

CHEVILL. p. 78.] On lit à la fin: *Impresso fu questo Volume nel alma patria de* Venetia *ne gl'anni di la salutifera Incarnatione del Figliuolo di l'Eterno & Omnipotente Dio.* 1471. *in Kalende de Augusto.* Elle est sortie des Presses de *Vendelin* de *Spire*, comme il paroîtra à ceux qui liront les vers *Italiens*, que *Jerôme Squarzafica* a mis sur cette Edition.

(c) LONG, *Biblioth. Sacr.*] cum Prologo S. HIERONYMI *Italicè* ex versione NIC. DE MALERMI. Absque Loci & Typographi nomine. M. CCCC. LXXI. *Kalendis Octobris.*

(d) Cum versibus, *Aspicis illustres* &c.

(e) Ad Calcem Libri hæc leguntur; *Lequitur Lector ad Vindelinum Spirensem, quâ Cypriani Epistolas reddit in lucem.* M. CCCC. LXXI. Mira est profectò hæc subscriptio, in quâ videntur versûs deesse, qui ad Q. CURTII ab eodem finè anno excusi calcem adjiciuntur. (Vide prius.) JOHANNES DE LA CAILLE, [p. 28. *A Spire fut imprimé en* 1471. Epistolæ Cypriani in folio. *Ce Livre est fort rare & très-recherché*] eodem errore ducitur, quo alii quos notat CHEVILLERIUS pag. 61. *Ces paroles ont imposé à* Jean * Saubert, *qui a fait la Liste des anciennes Impressions, qu'on garde dans la Bibliotheque de* Nuremberg; † *à l'Auteur de l'Edition d'*Oxford *des Ouvrages de ce Saint*; *à Mr.* ‡ Beughem, *& à d'autres, qui ont crû, que* Vendelin *l'avoit imprimé dans la Ville de* Spire.

(f) In fine Libri, M. CCCC. LXXI.

Impressum formis, justòque nitore cornscans
Hoc Vindelinus condidit Artis opus.

* *Hinor. Biblioth.* Norberg. p. 119. Spiræ 1471. *Epistola* Cypriani.

† *Oxon.* 1682. Præfat. *Ad manum habui vetustissimas editiones*: Spirensem *anni* 1471. *inornatissimam, cui nec patria nec anus assignatur.*

‡ *Incunab. Typogr.* Pag. 31.

Digitized by Google

Ciceronis ORATIONES : *per Conrad. Sweynheym, & Arn. Pannartz.* (a) fol. . . Romæ. 1471.

Eædem : *per Christophorum Baldarfer Ratisponensem* — fol. . . . . Venetiis. 1471.

Epistolæ Familiares : *per Nicolaum Jenson.* (b) fol. . . . . Venetiis. 1471.

Eædem. (c) fol. . . . . 1471.

Eædem. (d) fol. . . . . 1471.

De FINIBUS : *sumptibus JOANNIS ex COLONIA Agrippinensi.* (e) fol. . Venetiis. 1471.

Offic. Paradox. Amic. Senect. de NATURA DEORUM; DIVINAT. Tusculan. Quæst. de FINIB. FAT. PETITIONE CONSULAT. Pars LIBELLI de PHILOSOPHIA; TIMÆUS; ACADEMIC. de LEGIBUS: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* (f) fol. . . . . Romæ. 1471.

TRISMEGISTUS, Ficino interprete: *per GERARDUM de LISA.* (g) 4to. . TARVISII. 1471.

PHALARIDIS EPISTOLÆ, Francisco Arhetino interprete: *per eund.* (h) 4to. Tarvisii. 1471.

PLI-

(a) Cum *Agrariis, Catilinariis, Verrinis; Philippicis.* ANDR. *Alerienſ.* præfatur ad PAUL. II. — *M. Tullii quot potuimus Orationes unum in corpus nuper congregavimus* — In fine Libri, *Aſpicis illustres* &c. M. CCCC. LXXI.

(b) M. CCCC. LXXI. *à Nicolao Jenſon Gallico viventibus nec non & posteris impreſſum.*

(c. d) Hæ duæ Editiones ſunt à præcedente & à ſe invicem diverſæ, absque Loci & Typographi nomine.

(e) *Joanne ex Colonià Agrippinenſi ſumptum miniſtrante impreſſum.* M. CCCC. LXXI.

(f) In fine, *Aſpicis illustres* &c. M. CCCC. LXXI. XX. *Sept.*

(g) In Libri initio,

FRAH. RHOL. Tarviſanus GERAR. de LISA Scriptori mei copiam fecit ut ipſe cæteris majorem copiam faceret.
Tarviſii.
M. CCCC. LXXI. *November.*

In fine, M. CCCC. LXXI. *die* XVIII. *Decemb.*

(h) Cum his verſibus,

Qui modò notus erat nulli, poſitúsque latebat,
Nunc Phalaris *doctum protulit ecce caput.*
Flandria *quem genuit, primus namque are*
Girardus
Tarviſii *hoc rarum* Liſa *notavit opus.*
M. CCCC. LXXI.
Tarviſii.

Digitized by Google

PLINII EPISTOLÆ. (a) fol. . . . . 1471.

EPISTOLE de PHALARI tradutte da Francisco Aretino di Greco in Latino, & di Latino in Vulgare da Bartolomeo Fontio Fiorentino. 4to. . . . . 1471.

BAPTISTA de ALBERTIS de AMORE. 4to. . . . . 1471.

Ejusd. de REMEDIO AMORIS. 4to. . . . 1471.

HISTORIETTA AMOROSA fra Lionora di Bardi e Hippolito Bondalmonte di Firenza. (b) 4to. . . . . 1471.

Cæsaris Commentarii : *per Nicolaum Jenson.* (c) fol. . . . . Venetiis. 1471.

Suetonius : *per Nicolaum Jenson.* (d) fol. . Venetiis. 1471.

VALERIUS MAXIMUS : *Per Petrum Schoyffer.* (e) fol. . . . . Moguntiæ. 1471.

Idem : *per Vindelinum.* (f) fol. . . Venetiis. 1471.

OVI-

(a) Sinè Loco & Typographo : sed in Editoris Epistolâ dedicatoriâ leguntur hæc : *Ludovicus Carbo Sal. Plu. dicit illustrissimo & Excellentissimo Principi Borsio, Duci Mutinæ ac Regii, Marchioni Æstensi, Comitique Rodigii. Gratulari licet sæculo nostro, Dive Borsi, Dux prestantissime ; in quo certè optimarum Artium studia maximè floreant ; eloquentia & legitima illa eruditio suum tandem decus agnoscat ; in pristinámque dignitatem restituta sit, adeò latè pateat Romana & Græca facundia, ut jam & Galli & Britanni bonos Oratores & Poëtas habere videantur : ad quam quidem rem commodissimum adjumentum præstiterunt nobilissima Germanorum ingenia, qui artificiosissimas imprimendorum Librorum formas excogitárunt, ut sapientissimorum Auctorum plurima simul eodem temporis momento Volumina in promptu essent ; omnésque utilissimi Codices & in magnâ copiâ & in leviore sumtu parari possent. —— Imprimisque has Plinii secundi Junioris Epistolas operâ meâ emendatas correctásque impressoribus misi, ut quod rarissimum esse solebat ; jam commune omnibus fieri incipiat ——*

(b) Sinè Loco & Typographo.

(c) *Nicolaus Jenson Gallicus Venetiis feliciter impressit.* M. CCCC. LXXI.

(d) Cum his versibus,

Hoc ego Nicoleos Gallus *cognomine* Jenson
Impressi : mira quis neget Artis opus ?
At tibi dum legitur docili Suetonius *ore ;*
Artificis nomen fac, rogo, Lector, ames.
M. CCCC. LXXI.

(e) *In nobili Urbe Moguntinâ Rheni.* M. CCCC. LXXI. VIII. *Cal. Jul. per Petrum Schœffer de Gernsheim Artis impressoriæ magistrum.*

(f) Cum versibus in fine lisdem ; qui priùs, *Impressum formis* &c.

Digitized by Google

OVIDII Opera : *per Conrad. Sweynheym, & Arnold. Pannartz.* (a) fol. . . . Romæ. 1471.

SILIUS ITALICUS; Studio Alerienſ. Epiſcopi : *per Conr. Sweynheym & Arnold. Pannartz.* (b) fol. . . . . Romæ. 1471.

CALPHURNII BUCOLICUM. HESIODI OPERA & DIES carmine Latino per Nicolaum de Valle : *per eosdem.* (c) fol. . . . . Romæ.

Servii Commentarii in Virgilium : *per Christoph. Baldarfer Ratisponenſem.* (d) fol. . Venetiis. 1471.

ÆMILII PROBI Vitæ : *per Nicolaum Jenſon.* (e) fol. . . . . Venetiis. 1471.

POMPONIUS MELA. 4to. . . Mediolani. 1471.

EUTROPII Breviarium, cum Pauli Diaconi continuatione. fol. . . . Romæ. 1471.

Leonard.

(a) In Jo. Andr. Episcop. *Alerienſ.* in *Cyrno* Epistol. ad Paul. II. leguntur hæc —— *Metamorphoſeos opus* —— *quanquam inemendatum* —— *omnibus illius prætat operibus* —— *id nos per ætatem præſentem quaſi ludentes inter majora Ciceronis orationum opera recognovimus. Cætera ejus Poëta opera quantâ curâ poſſumus, congregamus; ut leniſſimus Vates in duobus legi totus Voluminibus poſſit. Roma quinto decimo Kal. Aug.* M. CCCC. LXXI. *Pontificatûs tui ſeptimo.*

Et in fine Libri, *Aſpicis illustres* &c.

Vidi etiam in Biblioth. Reg. *Pariſienſ.* [Ovid. *de Amor. Heroid. Triſt.*] Librum ab iisdem impreſſum, ſed mutilum & cum Lucani 1469. editione compactum. In Catalogo Librorum à Sweynh. & Pann. Impreſſorum (de quo priùs) recenſentur Ovidii *Metamorphoſeos & Elegiarum omnium volumina.*

(b) *Die* V. *April. Summo Pont.* Paulo II. *Veneto Ann. Pont.* VII. Jo. An. *Epiſc. Alerien. in inſulâ Cyrno recognitionem abſolvi diebus circiter* XV.

Cum verſibus *Aſpicis illustres* &c.

(c) Sme anni notâ, ſed eodem fortè anno quo Silius, quia in Catalogo (de quo antea) recenſentur ſic; *Silii Italici cum C. Calphurnio & Heſiodo volumina.*

(d) Cum his verſibus;

In commune bonum mandâsti plurima ſermis,
Ratisponenſis *gloria* Christophore.
Nunc etiam doctî das Commentaria Servî,
In quibus exponit carmina Virgilii.
Divulgâsque Librum, qui rarior eſſe ſolebat,
Ut parvo pretio quisque parare queat.
Hunc emite, ô Juvenes; operâ Carbonis *ad unguem*
Correctus vestris ſerviet ingeniis.
M. CCCC. LXXI.

Hic (ut puto) eſt idem Ludovicus Carbo, de quo priùs; qui Plinii Epistolas curavit hoc anno excuſas ſinè Loci & Typographi nomine. Eas igitur conjicio à Christophori Baldarfer prælo exiiſſe.

(e) *Per M. Nicolaum Jenſon Venetiis.* M. CCCC. LXXI. *VIII. Id. Martias.*

Digitized by Google

Leonard. Aretin. de Bello Italico adverſus Gothos: *per Nic. Jenſon.* (a) fol. . . Venetiis. 1471.

Quintiliani Inſtitutiones: *per Nicol. Jenſon.* (b) fol. . . . . Venetiis. 1471.

NONIUS MARCELLUS. fol. . . . . 1471.

Laur. Vall. de Ling. Lat. elegantiâ, & de Ego, Mei, Tui & Sui ad Joan. Tortellium Aretinum: *per Nicol. Jenſon.* (c) fol. . . Venetiis. 1471.

IOAN. TORTELLII ARETINI COMMENTARII Grammatici de Orthographiâ dictionum è Græcis tractarum: *per Nicol. Jenſon.* fol. . . . . Venetiis. 1471.

Lectura DOMINICI de Sancto Gemino ſuper ſecundâ parte Decretalium: *per Adam ROT.* (d) fol. . . . . 1471.

DECRETUM GRATIANI: *per Henricum EGGESTEIN.* (e) fol. . . ARGENTINÆ. 1471.

BARTHOLI de Saxo ferrato LECTURA in 2^m^. Juſtiniani Codicis partem: *per Sixtum RIESSINGER.* (f) fol. . NEAPOLI. 1471.

Ejusd.

(a) In fine hi verſus;

Gallicus hunc Librum impreſſit Nicolaus Ienſon;
Artifici grates, optime Lector, habe.
M. CCCC. LXXI.

Anno 1481. *Basileæ* innotuit JOHANNES AMERBACHIUS; quem [7] JOHANNES LA CAILLE scribit antea ann. 1469. *Reutlingæ* Biblia Sacra impressisse. Sed suspicor ei imposuisse nominum AMERBACH & AVERBACH similitudinem; [8] JACOBUS enim LE LONG, vir subtili judicio nec facilè in errorem ducendus, teste SAUBERTO in *Bibliothecâ Norimbergensi*, JOANNEM AVERBACH Bibliorum anno suprà dicto Impressorem memorat.

De AMERBACHIO [9] antea ex BADII ad ANTONIUM KOBURGER Epistolâ prædixeram, eum esse *indefatigabili virum diligentiâ, & solertissimâ vitiorum expungendorum peritiâ*, & ab ANTONIO KOBURGER aliquando ad Codicum emendationem delectum. Unde indubitatam duco conjecturam, eum (quales plerique ex antiquis Typographi) humanitatis politioris studiis fuisse instructissimum. Conjecturâ certiorem fidem facit JOANNIS LAPIDANI ad ipsum AMERBACHIUM [10] Epistola, in quâ eum *in Artibus liberalibus* Parisiensem *magistrum* compellat, laudâtque, quòd Libris emendatè & accuratè imprimendis *vigilem curam apponere* soleret. LAPIDANI testimonio

1 Vide ann. 1490.
2 Vide ann. 1481.
3 Vide ann. 1498.
4 Vide ann. 1481.
5 Vide ann. 1492.
6 CHEVILL. p. 62.] „ Toutes ces Impressions en bonnes lettres, & plusieurs „ autres, donnerent de la reputation aux „ Editions de *Venise*. C'étoit pour cette „ raison qu'elles étoient les plus estimées, „ & que les Libraires des autres Villes, qui „ vouloient relever le prix de leurs Editions, avoient soin d'avertir qu'elles étoient faites avec des Caracteres de *Venise*; comme fit un Libraire de *Pavie*, „ qui fit imprimer in *fol.* par *Antoine Lambilon*, les Oeuvres de *Virgile*, avec les „ Commentaires de *Servius* en 1492. Et „ *Euchar Silber*, qui imprima à *Rome* les „ Ouvrages d'*Antoine Campanus* en 1495. „ tous deux mirent à la fin de ces Editions: „ *Impressum Characteribus Venetis.*
7 Pag. 26.
8 *Biblioth. Sacr.* pag. 576. & 455.
9 Anno 1470, ubi *Antonii Zaroti* mentio facta est.
10 Vide ann. 1492. AMBROS. *Opera* ab *Amerbachio* impressa.

Digitized by Google

timonio eò magis credendum arbitror, quia LAPIDANO præceptore *Parisiis* olim uſum fuiſſe [1] comperimus; cùmque nemo cuiquam, quàm ſuo præceptori, notior ſit, nemo veriùs, quàm præceptor, quale fuerit diſcipuli ingenium, perſpicere poteſt, & æquiorem de ejus dotibus ferre ſententiam.

Libet autem in AMERBACHII elogium teſtes plures citare, viros probatos, quorum ſuffragiis meritum hujus clariſſimi Typographi ratum habeamus. JOHANNES REUCHLINUS, qui [2] LAPIDANUM *in Grammaticis apud* Sorbonam *audiverat*, in ſui *de Verbo mirifico* Libri præfatione ſuum condiſcipulum AMERBACHIUM collaudat [2] *arte, ingenio præstantem, miro charactterum artificio nobilem, & variis diſciplinis eruditum.* Audiamus jam ERASMUM in ejus ad Archiepiſcopum *Toletanum* Epiſtolâ Divi AUGUSTINI Operibus præfixa, anno

[1] CHEVILL. p. 34.] „*Jean d'Amerbach* Imprimeur de *Baſle*, qui avoit étu-„ dié à *Paris* ſous *Jean de Lapierre*, & y „ avoit pris le degré de Maître ès Arts, „ conſultoit ſon ſçavant Maître, & alloit „ juſques dans ſa ſolitude pour avoir ſon „ avis ſur le choix des Livres, qu'il devoit „ imprimer. On le voit par une Réponſe, „ que lui fit ce docte Religieux, qui eſt im-„ primée à la tête du Livre de TRITHE-„ ME, *De Scriptor. Eccleſiaſt.* édition de *Pa-„ris* 1512. in 4o. L'Impreſſion des Epîtres „ de ſaint *Auguſtin*, qu'entreprit cet habi-„ le Imprimeur en l'année 1493. ſe fit par „ ſon conſeil, comme auſſi celle qu'il avoit „ faite l'année précedente des Ouvrages de „ S. *Ambroiſe*, dont il revit les manuſcrits, „ les mit en ordre, diſtingua les Livres & „ les Chapîtres, y mit des Titres, en fit „ les Sommaires & la Préface. Ce qu'il a „ fait auſſi à quelques autres Livres, dont „ parle *Trithème*, qui a donné le Catalo-„ gue des Ouvrages, qu'il a compoſez ſur „ la Grammaire, ſur la Philoſophie & ſur „ la Théologie, parmi leſquels il s'en trou-„ ve un intitulé, *Reſoluciones dubiorum circa Miſſarum celebrationem occurrentium.* Ce petit Traité fut ſi bien reçû des Ec-„ cleſiaſtiques, pour qui il étoit fait, & on „ le trouva ſi utile, qu'il fut réimprimé en „ differentes Villes, & en differentes for-„ mes *in* 12. *in* 8o. *in* 4o. à *Paris* trois fois, „ à *Conſtance* deux fois, à *Baſle*, à *Deven-„ter*, à *Cologne*, à *Strasbourg*, à *Leipſic*, à „ *Anvers*, à *Veniſe*, & à *Padoue*, où on „ lui donna ce titre, *Deciſiones aureæ ca-„ ſuum circa Miſſarum celebrationem occur-„ rentium.* Ses Ouvrages de Philoſophie fu-„ rent imprimez, à *Baſle* par ſon Diſciple „ *Jean d'Amerbach.*

Hæc Epiſtola, quam memorat CHEVILLERIUS, præfixa eſt etiam TRITHEMII editioni *de Scriptor. Eccleſiaſt.* 1494. *in fol.* cujus partem exſcribere non gravabor.

Docto ac præstanti viro domino Johanni de Amerbach *in Artibus liberalibus* Pariſienſi *magistro*; Frater Johannes de Lapide *monachus Ordinis* Carthuſienſ. *ſacrarum litterarum humilis & indignus ejusdem ſtudii profeſſor, plurimam in Domino ſalutem optat.*

Exhibuisti mihi nuper, amantissime frater in Domino, Librum quendam à reverendo doctissimoque patre domino Johanne de Trittenhem *abbate in* Spanhem *editum*, & de Eccleſiaſticis Scriptoribus *pretitulatum, postulans ut eum legendo respicerem; & si dignum tuâ impressione censerem —— te operam daturum, ut res citius perficeretur, spondebas. Ego dilectioni tuæ (cui nichil me negare fas eſt) morem gerere cupiens —— legi (quanquam apud te jam definitum ſuſpicarer, quid eſſes facturus) Quo diligenter —— examinato non reperi illum opus opportunius his nostris temporibus —— Habes, vir optime, quid de ostenſo mihi libro ſentiam —— Quam ob causam meo non ſolum conſilio ſed & hortatu atque rogatu curare velis, ut —— impreſſionis tuæ illum ſubjicias —— Vale, frater amantiſſime: ex domo* Carth. Baſil. *V. Calend.* Septembris, *anno Domini Millo. CCCC. XCIIII.*

[2] CHEVILL. pag. 35.

[3] CHEVILL. pag. 128.

Digitized by Google

anno 1529. datâ. — *Illud dolendum tantum Eccleſiæ theſaurum tam ſerò per Typographos prodiſſe in publicum, quem maximè referebat verſari in omnium manibus. Deterrebat nimirum illos impendiorum magnitudo.* [1] *Primum hoc egregium facinus auſus eſt, vir ſingulari pietate* Joannes Amerbachius, *re ſat beatus, ſed animi dotibus longè beatior, quem nec ſumtus immenſi, nec in conquirendis undecunque Exemplaribus inſtantia, nec in conferendis tædium, nec operis difficultas, nec diſtractionis alea, nec ulla res alia deterruit, quominus totum* Augustinum *redderet omnibus communem. Non huc invitavit virum quæſtûs amor ſed ſincera pietas, quam omnes illius Præfationes ſpirant, ac revocandi priscos illos Eccleſiæ Doctores ſtudium, quos videbat ac dolebat propemodum antiquatos. Proinde non dubito, quin illius manibus bene precentur omnes, qui per* Augustini *libros ad pietatem profecerunt. Idem in univerſas* Hieronymi *lucubrationes majore etiam ſtudio molientem Deus ad ſuperos evocavit. Eam tamen provinciam tribus filiis* Brunoni, Baſilio & Bonifacio, *quos in hoc curârat trium peritiâ Linguarum inſtituendos, moriens delegavit, per quos non minore ſtudio quàm fide peractum eſt, quod optimus pater voluit. Sic enim illos & ad pietatem & ad eruditionem educârat, ut quodammodo ſe major ac melior in illis ſupereſſet, bodiéque ſuperſit. Nam natu maximus tantùm in fata conceſſit.* — *Hic erat illorum* (ſcil. Monachorum aut Abbatum) *proprius labor, quem homo laïcus ſuâ ſponte ſuſcepit. Atque in* Augustino *quidem tantum adhibitum eſt ab illo curæ, ſtudii, vigilantiæ, quantum illa tum ferebat ætas, rudior adhuc & perpaucos habens in hôc genere litterarum exercitatos.* —

Idem Erasmus in ſuâ ad Archiepiscopum *Cantuarienſem* Epistolâ Divi Hieronymi operibus præfixâ anno M. D. XVI. Kalen. *April.* datâ in Amerbachiorum laudibus multus eſt. — *idem ſecimus & in* Hebraïcis, * *verùm hâc ſanè in parte, quod minùs noſtro Marte*

1 Chevill. pag. 128.] „Il l'acheva „ l'année 1506. en *Gothique*, après y avoir „ apporté tout le ſoin & toute la diligen„ ce poſſible pour rendre une Edition cor„ recte; mais il n'eut pas les meilleurs Ma„ nuſcripts, & ne fut pas aſſez ſecouru pour „ en faire un juſte diſcernement & une par„ faite critique.

* Lege Epistol. Erasm. Edit. *Lugd. Batav.* 1716. in fol.

Pag. 154. Erasm. Leon. X. 1515.] *Plurium attulerunt momenti fratres* Amerbachii, *quorum & impendiis & ſudoribus cum* Frobenio *communicatis hoc negotii potiſſimum peragitur. Quæ quidem domus in hunc uſum ab ipſis fatis parata videtur, ut ejus opera reviviſceret* Hieronymus. *Pater, vir omnium optimus, tres filios in hoc* Græcis, Hebræis ac Latinis *litteris curârat inſtituendos. Ipſe decedens liberis ſuis ſtudium hoc velut hæreditarium commendavit, quicquid erat facultatum huic negotio dedicans. Atque optimi juvenes pulcherrimam provinciam, ab optimo patre mandatam, graviter obeunt, ſic metum partiti* Hieronymum, *ut quod ab Epiſtolaribus Libris ſupereſt, id ad illorum pertineat curam.*

Pag. 143. Idem Cardinali Grymano. 1515.] —— *offendi* Baſileæ *quosdam ad id operis* (ſcil. Hieronymi editionem) *accinctos, imò jam aggreſſos: præcipuè* Johannem Frobenium —— *necnon tres doctiſſimos juvenes fratres* Amerbachios, *Hebraïcarum quoque litterarum pulchrè doctos.*

Pag. 1121. Idem Petro Decimario. 1528. 16. *Septemb. Baſilea.*] —— Glareanus & Amerbachius *te ſalvere jubent ex animo* ——

Ibid.

Digitized by Google

Marte poteramus, aliorum suppetiis præstitimus, præcipuè fratrum Amerbachiorum, Brunonis, Basilii & Bonifacii, *quos optimus pater* Joannes Amerbachius *velut instaurandis bonis Authoribus genitos, trium Linguarum peritiâ curavit instruendos. Atque hi sanè paternum animum & expectationem vicerunt etiam, nihil antiquius ducentes* Hieronymi *gloriâ, & hâc gratiâ nec impendio parcentes nec valetudini. Quorum equidem auxilio libenter fum usus, quòd* Hebræorum *litteras degustâssem veriùs quàm didicissem.* ——

En virum, Lector, cujus similes hæc novit ætas, nescio an ullos, certè paucissimos! Quot Linguarum peritiam ad rem typographicam rectè administrandam opus esse credebat Amerbachius, cùm multi nostris nunc temporibus in suâ vernaculâ vix sint satis exercitati! Per turpem Artificum imperitiam evenit, ut Ars antiquâ suâ dignitate spoliata in grande litteratorum dedecus evilescat.

Amerbachius, haud ignarus quàm grave humeris onus imposuissēt, circumspiciens quem posset in laborum partem vocare, neminem

Ibid. Idem Andr. Alciato. 1528. 16. *Septemb. Basilea.*] Amerbachius *vir ad unguem factus partem eam tuarum litterarum, qua nostri mentionem faciebat amanter veriùs quàm honorificè.* ——

Pag. 133. Udalric. Zasius Erasmo. 1513.] —— *tua admirabilis humanitas, quàm noster ille* Bonifacius, *adolescens virtute & doctrinâ clarus, prædicare non cessat* ——

Pag. 138. Id. ad eund. 1514.] Bonifacius *te plurimâ salute impertit, cui post amœna illa humanarum litterarum studia, insuetus est ad duriusculos Juris Civilis scopulos callis* ——

Pag. 1733. Erasm. Botzemo. 1528.] —— Bonifacium Amerbachium *Juris Cæsarei professorem* ——

Pag. 138. Idem Ulr. Zasio. 1514.] —— Bonifacium *non uno nomine unicè dilego, de quo sanè summam sic concepi.* ——

Lege Pag. 195. Epistol. Zasii ad Erasmum. 1516.

Pag. 348. Erasm. Zasio 1518.] —— Bonifacio Amerbachio *juvene omnibus rebus affatim expolito* ——

Pag. 350. Erasmus Bonifacio Amerbachio *Basileæ* 31. *Augusti.* 1518, dat Epistolam, in quâ *suo sæculo gratulatur*, quòd *præclara studia, tot jam sæculis penè sepulta, toto terrarum orbe reflorescant*, & conqueritur de magnâ litterarum *ante annos plus minus octoginta* ignorantiâ.

Pag. 670. Idem ad Alciatum 1521.] —— Bonifacius Amerbachius, *candidus ac bono vocalis præco laudum tuarum* —— *lucubrationes tuas habet in deliciis* ——

Lege & Pag. 715. Ejusd. aliam ad eund. 1522. & Pag. 1075. ad Bilibaldum. 1528.

Pag. 1289. Erasm. ad Joan. Alexand. *Brassicanum.* 1530.] —— Bonifacius Amerbachius, *cujus phrasis meâ sententiâ non ita multum cedit* Politianicæ. ——

Pag. 1474. Id. ad Paul. Sadoletum. 1533.] —— *Dialogum* de studiis rectè instituendis *per* Bonifacium Amerbachium *accepera, priusquam tu mitteres.* ——

Pag. 1532. Id. ad Zasium. 1514.] —— Bonifacium *juvenem juxtà modestum atque eruditum, quæso ne graveris meo nomine salutare.* ——

Quòd hôc in loco testimonijs Erasmi congerendis immoratus sim, ab re non fuit. Volui palàm facere, quantus fuerit Joannes Amerbachius, quanto in honore & ipse & ipsius familia apud viros istius sæculi ingenuos & eruditos; quam curam habuerit, ut filii bonis litteris inntriti rem promoverent litterariam; quàm bene hi parentis optimi curæ & spei responderint; quantus longævo parenti accesserit felicitatis cumulus, ut ante obitum filios non modò adultos sed & omni laude cumulatissimos cerneret.

Digitized by Google

nem invenit huic rei magis idoneum, quàm FROBENIUM: [1] quem ideo ad se *Basileam* accivit socium in *Latinis* Patribus excudendis futurum. Illi plurimùm placuit usus characteris *Gothici* : quem alio nigriorem ideóque legentium oculis minùs gratum, diu tamen jam admiserant [2] celebres Typographi, inter *Germanos* anno 1471. HENRICUS EGGESTEIN *Argentorati* in GRATIANI *Decreto*; multi præcipuè inter *Venetos*, qui, suis typis nitidioribus postpositis, hunc insuaviorem induxerunt, suóque exemplo alios quoque aliorum locorum Typographos in eandem consuetudinem pertraxerunt; adeò ut *Gothicæ* illæ editiones maximam decimæ quintæ centuriæ partem occupaverint. Miror equidem hanc characteris formam fuisse non modò usurpatam, verùm à plerisque laudatam. [3] Sic enim legitur in editione SCOTI apud JOANNEM *Colonienſem*, & JOAN. MANTHEN ann. 1477. *Sublimi litterarum effigie.* Et in *Conciliator. Medicin.* 1483. *Charactere jucundiſſimo M.* JOANNIS HERBORT Alemani, *cujus vis & ingenium facilè ſupereminet omnes.* Et *le* BARTHELEMI CHASSENEUZ ſur les *Coutumes de* BOURGOGNE apud JOANNEM *de* JONVELLE *Lugduni* 1523. *Elegantiſſimis typis.* Et *Pſalter. in uſum dioceſ.* Pariſ. *apud* NICOLAUM PREVOST Pariſiis 1525. *opus pulchro litterarum charactere politiſſimum.* Quamvis autem illa characterum figura ad aliam ne comparanda quidem ſit, aliquando tamen his editionibus ſuus nonnullus nitor haud deeſſe mihi videtur, præſertim ubi minutior eſt iste *Gothicus*, asperámque nigredinis nimiæ injucunditatem duritiémque nonnihil emollit exilior litterarum ductus. Ea characterum exilitas editionibus *Gothicis Div.* AUGUSTIN. *de Civit. Dei* VENETIIS ann. 1470. à GABRIELE PETRI & anno 1475. à NICOLAO JENSO excusis quandam sanè (ut puto) gratiam conciliat. Characterem utrúmque, *Gothicum* aliúmque, ut simul misceret in AMBROSII editione anno 1492. nescio, quid AMERBACHIO persuaserit. Hoc opus in tres partes distribuit. Libri primæ partis (præter tractatum *de officiis*) & secundæ omnes charactere *Gothico*, reliqui primæ & tertiæ *Romano* exarantur. Hunc morem imitati sunt [4] aliquot postea Impressores. HENRICUS STEPHANUS & SIMON COLINÆUS in *Promptuario* MONTHOLON. anno 1520. prima ordinis Alphabetici vocabula *Gothicè* excuderunt. Idem fecit in secundo sui *Theſauri* volumine ann. 1543. non in primo, ROBERTUS STEPHANUS. In Lexicis videmus plerumque vocem vernaculam *Gothicis*, Latinam *Romanis* litteris exhiberi. [5] *Gothicis* Impressionibus imò & quibusdam aliis aliud accedebat incommodum ipso charactere gravius, nimirum quòd syllabæ vocum & voces plurimæ, aliquando penè omnes, abbre-

1 CAILLE, p. 32.
2 CHEVILL. p. 104. usque ad p. 109.
3 CHEVILL. p. 106, 107.
4 CHEVILL. p. 107.
5 CHEVILL. p. 110.

Digitized by Google

abbreviatæ tot istorum compendiorum notulis implicarentur, & innecterentur, ut Lectoribus crucem figerent magis quàm lectioni lucem adderent, & ob eam ipsam causam ingens hujusmodi Editionum neglectarum numerus interiret. Compendiaria ista imprimendi ratio à manuscriptis Codicibus, quorum figuras *Moguntini* aliique Typographi æmulari studebant, manavit. Scribæ malebant voces nectere quàm moras; quos imitati Impressores per hæc forsan compendia chartarum impensis magis quàm legentium labori pepercerunt. Hanc arbitror βραχυγραφίαν sermoni *Græco* longè melius convenire, & in illo formosius aliquid ac nonnihil artificii venustioris præ se ferre. Hanc optimi inter antiquos retinuerunt Typographi, quam à suis Libris eliminando quid elegantiæ *Græcis* litteris addiderint è recentioribus nonnulli, nondum satis video. Sed de his paulò prolixiùs agendi se dabit occasio. Ad AMERBACHIUM redeo: quem [1] post typographicos ferè quinquaginta annorum labores vitâ & Litterariis, quæ obierat, munus summâ cum laude functum hôc postea Epitaphio decoravit filius natu minimus BONIFACIUS:

[2] *EPITAPHIUM.*

JOANNES AMERBACHIUS hîc cubat
Cum Barbara Ortenbergia singul. pudicit. fœmina,
Ac *BRUNONE BASILIO*que, filiis,
Præproperè quidem hinc ereptis.
Sed ante tamen eruditione sua trilingui
Per laboriosiss. Hieronym. operum recognitionem
Quibus nunc Docti ubique gentium fruuntur,
Orbi toto commendata.
BONIFACIUS AMERBACHIUS
Parentibus & fratribus optimis,
Sed & *MARTHÆ FUCHSIÆ*
Uxori suæ Christianarum virtutum dotibus incomparabili,
Cum Ursula ac Hertexe duabus filiolis
Hîc quiescenti:
Item sibi ipsi liberis suis superstitibus
FAUSTINÆ, BASILIO, JULIANÆ,
Posterisque in humanæ fragilitatis memoriam
F. C.

Parentibus, fratribúsque jam olim, uxore verò in ipso ætatis flore cum filiolis haud ita dudum expectandi censorii noviſſimique diei ergo collocatis. Anno M. D. XLII.

Latini

1 Scilicet ab anno 1480. usque ad annum 1528, quo anno ERASMUS ad ALCIATUM scribens ejus mentionem facit. Sed Idem in Epistol. ad Archiepiscop. *Toletan.* Divi AUGUSTINI Operibus præfixâ anno 1529. datâ, eum vitâ decessisse scribit. In eâdem Epistolâ scribit filium AMERBACHII natu maximum *in fata concessisse*: nempe (ut censeo) BRUNONEM, cujus matrimonium fortè innuit, cùm ad GERBELIUM scribens anno 1518. (lege Epistolar. pag. 35.) *Scis*, ait, BRUNONI *quoque* AMERBACHIO *esse*, *quod amplectatur in somnis.*

2 CAILLE, pag. 33.

Digitized by Google

Latini jam ex omni penè Facultate & Scientiâ Libri in eruditorum manus per plurimas passim *Europæ* partes Typographicæ Artis auxilio venerant. *Græca* autem Lingua non adeò frequentabatur; nec à primâ Artis origine usque ad annum 1480. ullus Liber mihi occurrit integer eo sermone excusus præter LASCARIS Grammaticam ann. 1476. Eandem anno 1480. rursus edidit, sed versione *Latinâ* instructam, JOHANNES CRESTONUS *Placentinus* Monachus; idem qui etiam sequente anno [1] Psalterium *Græcè* & *Latinè* impressum LUDOVICO DONATO Episcopo *Bergomensi* nuncupavit. Tunc primùm pars Bibliorum *Græcorum* aliqua imprimi cœpta; primúmque specimen in *Græcis*, utì antea [2] in *Latinis*, à Psalterio sumptum. Tunc primùm *Græcus* textus cum interpretatione *Latinâ* sociatus est, ut *Græcarum* Litterarum rudiores (quales erant illis temporibus adhuc plerique) usu crebro paulatim exerciti perdiscerent tandem hâc magis familiari duce & comite ignotiori illi assuescere. Monacho illi *Placentino* justissimæ à posteris debentur gratiæ, qui otium & horas tam bene collocaverit; cujus diligentiam si omnibus sui Ordinis libuisset imitari, litteræ non tamdiu sepultæ & incultæ jacuissent. Suas etiam, quas meruit, gratias habuisset Typographus, nisi maluisset suum nomen taceri. At, quia *Mediolani* Editio prodiit, exiit forsan à DIONYSII *Paravisini* prelo, qui ibidem LASCARIS Grammaticam anno 1476. *Græcè* emiserat. Laudem, si non parem, saltem proximam, post *Germaniam*, sibi jure vindicare potest *Italia*. *Moguntiæ* Ars primùm inventa fuit & tentata; sed *Latinas* solas excoluit litteras: necdum enim *Græcas* sciebant perfectè Typographi; quas licèt Authoribus quibusdam *Latinis* immiscere tentaverint infeliciter [3] *Moguntini*, feliciùs & meliore successu [4] *Sublacenses*, [5] *Romani* & [6] *Veneti*; Codex tamen totus *Græco* sermone non est impressus, donec tam arduum Typographiæ opificium numeris omnibus absolutum ad umbilicum perduceret *Mediolani* anno 1476. DIONYSIUS *Paravisinus*.

Quotannis jam latiùs per *Europam* nomen increbrescebat typographicum, in regionibus præsertim *Italis*, & nullibi magis quàm *Venetiis*.

Cele-

1 LONG, *Biblioth. Sacr.*] In Epistolâ dedicatoriâ hæc leguntur: —— *circiter septuaginta loca correximus Græcam veritatem secuti. Verba, quæ deerant, suis locis addidimus. Unum te, Præsul memorande, ignorare nolo: Psalterium, quod Ambrosianum dicitur, in paucis imò in nullis à Græco discrepare. —— feci & ipse in hoc Psalterio: non tamen ut Græcis schematis uterer, sed ut Græcè discere volentibus morem gererem, verbum verbo reddidi.* ——

2 Anno 1457.

3 CICER. *Offic.* per FUST & SCHOEFFER. *Moguntiæ.* 1465.

4 LACTANT. *Sublaci.* 1465.

5 LACTANT. 1468. AUL. GELL. & APULEIUS 1469. per SWEYNH. & PANN. *Romæ.*

6 AUL. GELL. & MACROB. 1472. per NIC. JENS. *Venetiis.*

Digitized by Google

Celebres extitere anno 1480. *Venetiis*; PETRUS PIASIUS *Cremonenſis*; BARTHOLOMÆUS BLAVIUS *Alexandrinus*, & ANDREAS TORESANUS *de Aſulâ*; [1] LUCILIUS SANTRITER & FRANCISCUS THEODORUS:

Tarviſii; BERNARDINUS CELERIUS *de Luere*:
Neapoli; FRANCISCUS *de Dino Florentinus*:
Vicentiæ; HENRICUS LIBERARIUS:
Brixiæ; [2] BONINUS DE BONINIS *de Ragufiâ*:
Goudæ; [3] GERARDUS LEEU:
Coloniæ; HENRICUS QUENTEL:
in Civitate *Auſtriæ*; GERARDUS *de Flandriâ*:
——— [4] JOANNES *Vercellenſis*:
[5] *Cadomi* ——— ——— ———

Anno 1481. *Venetiis*; BAPTISTA *de Tortis*; LUCAS DOMINICI *Venetus*; [6] PHILIPPUS *Venetus*; JOANNES *de Forlivio* & GREGORIUS fratres:
Vicentiæ; JOANNES *Rennenſis* & [7] DIONYSIUS BERTOCHUS:
Florentiæ; NICOLAUS *de Laurentio*:
Monteregali; DOMINICUS *de Nivaldis* & filii:
Regii; PROSPER ODOARDUS & ALBERTUS MAZALI *Regienſes*:
Noribergæ; CONRADUS LEONTORIUS:
Daventriæ; RICHARDUS PAFRADIUS:
Oxonii; THEODORICUS ROOD:
[8] *Lignis* ——— ———

Anno 1482. *Romæ*; STEPHANUS PLANCK *Paduanus*:
Venetiis; THOMAS *Alexandrinus* & ſocii:
Mediolani; JOANNES ANTONIUS *de Bonaſo*:
Tarviſii; PAULUS *de Ferariâ* & DIONYSIUS *de Bononiâ*; *idem* DIONYSIUS ac PEREGRINUS ejus ſocius:

Anno

1 De his lege plura in ſequenti Catalogo.
2 Is BONINUS migravit *Veronam* ann. 1482, 1483.
3 Anno 1485. *Antuerpiam* migravit.
4 Ubi hôc anno Artem exercuerit, mihi nondum conſtat: ſed imprimebat *Tarviſii* ann. 1482, 1485. *Venetiis* 1486.
5 Absque nomine ullius Typographi.
6 Neſcio, an idem qui antea PHILIPPUS CONDAM PETRI.
7 DIONYSIUS hic erat *Regienſis*, & *Regii* impreſſit ann. 1496.
8 Huius Loci meminit LA CAILLE, p. 43. ſed finè ullius Typographi nomine.

Digitized by Google

Anno 1482. *Veronæ*; [1] BONINUS *Ragusii* genitus:
Paduæ; MATTHÆUS CERDONIS *de* [1] *Windischgretz*:
Vicentiæ; LEONARDUS *Basileensis*; JACOBUS *Dusensis*:
Florentiæ; [3] ANTONIUS MISCOMINUS:
Brixiæ; BARTHOLOMÆUS *Vercellensis* + Bibliopola:
Regii; BARTHOLOMÆUS BOTTONUS aliàs BRUSCHUS *Regiensis*:
Bononiæ; HENRICUS *de Harlem*, & JOANNES *de Nordlingen*:
Aquilæ; ADAM *de Rotwil Alamanus*:
Ulmæ; LEONARDUS HOL *Ulmæ* civis:
Argentorati; [5] MARCUS REINHARDI *de Argentinâ*, ac NICOLAUS PHILIPPI *de Gernsheym* socii.
[6] *Pisæ* & *Erfordiæ* ——— ———
——— ——— [7] PETRUS *Ungarus*:

Anno 1483. *Venetiis*; JOANNES dictus *Magnus* HERBORT *de Siligenstat Alemannus*; ANTONIUS *de Stratâ Cremonensis*; PLATO *de Benedictis*; BERNARDINUS *de Benaliis Bergomensis*; [8] JACOBUS BRITANNICUS *Brixianus* & [9] JOANNES *de Forlivio*; NICOLAUS *de Contengo Ferrariensis* & [10] PETRUS MAUFER; [11] BERNARDINUS *de Celeris de Luere*:
Brixiæ; MINIATUS DELSERA *Florentinus* & [12] BONINUS DE BONINIS *de Ragusiâ* socii:

Anno

1 Idem (ut non dubito) qui antè 1480. & postea 1483. vocatur BONINUS de BONINIS.

2 Vide ann. 1485. in Catalogo sequente.

3 Hic solebat suis Editionibus adjicere duas sui nominis litteras majusculas initiales simul in unam conjunctas AM.

4 Constat hunc BARTHOLOMÆUM fuisse Typographum ex inscriptione Libri, quæ in sequenti Catalogo legitur. Sed olim idem erat Typographus & Bibliopola; & nescio an non optandum esset, ut etiam nunc utroque officio unus fungeretur. Turpissima virorum illiberalium avaritia cum rerum omnium præterquam lucri ignorantiâ intolerabili conjuncta hanc nostro sæculo invidit felicitatem.

5 Ii eodem hôc anno *Argentinâ Lutetiam* migraverunt.

6 Nulla in iis Locis Typographorum nomina affert JOANNES LA CAILLE.

7 Loco non nominato.

8 Hic postea imprimebat *Brixiæ* 1485.

9 Hic JOANNES cum fratre suo excudebat anno 1481.

10 MAUFER cùm antea *Paduæ* 1474, *Veronæ* 1480. Artem exercuisset, tertiò migravit *Venetias*, quò tunc omnes confluebant Typographi, tanquam ad suæ Artis arcem & metropolim.

11 Hôc anno Locus, ubi imprimebat, non adjicitur; at proximo, *Venetiis*.

12 BONINUS anno 1480. imprimebat solus.

Digitized by Google

Anno 1483. *Parisiis*; ANTONIUS CAILLAUT, & LUDOVICUS MARTINEAU:
Lugduni; GULIELMUS LE ROY vel [1] REGIS:

Anno 1484. *Venetiis*; ANDREAS *de* BONETIS *de Papiâ*; BERNARDINUS *de Novariâ* & [2] BERNARDINUS CELERIUS *de Luere* socii:
Lubecæ, STEPHANUS ARNOLDI:
Coloniæ; [3] JOANNES GULDENSCHAYFF:
Noribergæ; GEORGIUS STUCHS *de Sultzbach*:
Viennæ; [4] PETRUS SCHENCK:
Parisiis; GEORGIUS MITTELHUS; [5] DIONYSIUS JANOT:

Anno 1485. *Venetiis*; PAGANINUS DE PAGANINIS *Brixienſis*; PEREGRINUS DE PASQUALIBUS & [6] DIONYSIUS DE BERTOCHIS *Bononienſes*; ANTONIUS BACTIBOVIS *Alexandrinus*:
Lugduni; JOHANNES FABRI:
Antuerpiæ; [7] GERARDUS LEEU:
[8] *Cremonæ*, *Heildelbergæ*, & [9] *Gandavi* ——

Anno 1484. *Lipſienſibus* primùm innotuit Typographia; de cujus in eam Urbem introductæ historiâ optimè meruit vir clariſſ. [10] GOTTFRIDUS

1 Sic nomen vernaculum *Latinè* vertit ann. 1488.

2 Hic BERNARDINUS *Tarviſio*, ubi ann. 1480. imprimebat, *Venetias*, magnum illud Typographiæ receptaculum, ſe recepit.

3 JOANNES LA CAILLE. (p. 27.) alium affert *Colonienſem* Typographum, JOANNEM GULDEM: quem (donec fiam certior) ſuſpicor non alium fuiſſe à GULDENSCHAYFF, ſed abbreviato tantùm inter imprimendum nomine.

4 Hic anno 1500. Artem *Lugduni* exercuit.

5 CAILLE pag. 62.] „ DENIS JA„ NOT épouſa JEANNE *de* MARNES „ fille de Libraire, de qui il eut DENIS. „ Il avoit pour deviſe autour de ſa mar„ que, *Amor Dei omnia vincit*, Amour „ par tout, tout par amour, par tout a„ mour.

6 Notandum eſt anno 1486. nominari *Pelegrino di Pasquali* & *Domenico Bertocho da Bologna compagni*. Neſcio an idem hic, qui anno 1485. DIONYSIUS dicitur, aut huic aliquâ cognatione proximus. Præterea anno 1481. memoratur alius DIONYSIUS BERTOCHUS *Regienſis*, *Vicentia* tunc Typographus, postea ann. 1496. *Regii*. Denique DIONYSIUS hic BERTOCHUS ſolum quater vertiſſe videbitur; ejus enim prima mentio *Vicentiæ* anno 1481, *Tarviſii* anno 1482. cum ſocio ſuo PEREGRINO quem eundem eſſe puto ac PEREGRINUM *de* PASQUALIBUS) *Venetiis* anno 1485, denique *Regii* anno 1496.

Feliciter certè Arti typographicæ id ceſſit, quòd ejus profeſſores locum ſæpe mutarent. Crebris enim hujusmodi migrationibus faciliùs & citiùs ſpargebatur illius notitia.

7 Is antea ann. 1480. *Gondæ* imprimebat.

8 Harum Urbium meminit JOANNES LA CAILLE (p. 84.) ſinè nomine Typographorum.

9 Conſule *Bibliothecam* ADRIANI PAUW, ubi etiam tacetur Typographi nomen.

10 Lege ejus *Bibliothec. Lipſiens.* ann. 1721.

Digitized by Google

FRIDUS CHRISTIANUS GOËTZIUS *Lipsiæ* Prætor & Bibliothecarius, cujus ipsa verba hic excerpta subjicere non pigebit.

„ ——— haud erit, cur tradamus oblivioni *MARCUM* „ *BRANDT*, primum Artificis nomen, quod investigare licuit, „ sub cujus incude [a] ALBICI Archiep. *Pragenſis* & *Bohemiæ* Regis „ olim Archiatri *Praxis medendi* &c. A. M. CCCC. LXXXIV. in „ 4. prodiit aut *GREGORIUM BOETTICHER*, qui *ICtorum* nonneminis *Prælectiones publicas in Authent. habit.* &c. M. „ CCCC. XCIII. in fol. formis ſuis impreſſas dedit. Multo minus „ ad tenebras relegandus *Wolffgangus MOLITOR*, aliàs STOECKLIN dictus, de *Monaco*, Baccalaureus *Erffurtenſis* & civis *Liptzenſis*, qui [b] doctorum virorum fuit fautor excellentiſſimus, & M. „ CCCC. XCVI. [c] PRISCIANUM duobus libris minoris formæ „ distinctum, ÆNEÆ item SYLVII Opuscula nonnulla in 4. plu„ rimáque alia in ſequentibus annis ſtanno ſuo deſcripſit. Hujus ſup„ par fuit ætati *Jacobus THANNER*, ſeu, ut *Latinè* vocitari ma„ lebat, ABIEGNUS, *Herbipolenſis*, magnam in Autoribus veteris „ & recentioris ævi vulgandis laudem adeptus, inter quos OVIDIUM „ *de remedio Amoris* M. CCCC. XCVIII. & LUCIANUM *de Vitis* „ *omnis generis variarúmque Sectarum Philoſophorum* M. CCCC. XCIX. „ excuſum referre poſſumus: utique cùm VIRGILII *Æneida* MDV. „ publicaret ejusdem non minùs quàm Urbis honori hoc tetrastichon „ cecinit GREGORIUS LATICEPHALUS *de Konitz*:

„ Hoc opus Abiegnus vir doctus in arte Jacobus
„ Abſolvit nitidum: Lips ubi pulchra nitet:
„ Lips urbes vincit ſtudiis doctiſſima cunctas;
„ Hic totas ſedes diva Minerva tenet.

„ Æquales ferè THANNERO dixeris Baccalaureum *MARTI*„ *NUM LANTZBERG*, itidem *Herbipolenſem*, *MELCHIO*„ *REM BAERNIUM*, *VALENTINUM SCHUMANN*, „ omnes in re chalcographicâ verſatiſſimos. Veruntamen intrà incu„ nabula ſua primáque tyrocinia tum temporis ſubstitiſſe judicabimus „ Artium nobiliſſimam: ſiquidem characteribus utebatur antiquum „ ſcribendi ductum æmulantibus multíſque abbreviaturis non ſinè le„ gentium tædio refertis; ad maturitatem autem robúrque virile de„ mum perveniſſe, cùm *VALENTINUS PAPA*, & quem ar„ tis ſuæ *Dædalum* rectè nominaveris, *ERNESTUS VOEGE*„ *LINUS Constantienſis*, officinas hic ſuas aperiiſſent. Hæc enim „ præ-

[a] SCHENCK. *Biblioth. Med.* p. 21. Lipſ. 1606. *impr.*
[b] V. PETR. RAVEN. *Comp. Jur. Can.* [c] ANDR. RIVINUS *de Typogr.* pag. 20.

„ præcipuè inter reliquas tantùm *caput extulit*, *quantùm cupressi inter*
„ *lenta viburna*; atque exterorum etiam gymnasiis typographicis, vel
„ *Aldinis*, vel *Juntinis*, vel *Gryphianis*, vel *Plantinianis*, & siquod
„ aliud celebrius istâ vidit ætate *Europa*, seu æris fusilis, tam *Græci*
„ quàm *Latini*, elegantiâ, seu curatissimâ descriptione nequicquam
„ facilè conceſſit. Ingens illa optimorum Librorum brevi produxit
„ agmen, cujus primum quasi pilum constituunt, quæ JOACHI-
„ MUS CAMERARIUS *Papebergensis* —— emisit —— scripta ——
„ Quò magis itaque miramur & MALLINCKROTIUM & CAIL-
„ LIUM —— hanc tam splendidam, tam præstabilem officinam silen-
„ tio planè præteriviſſe. Sanè quanto amore complexus sit VOE-
„ GELINUM CAMERARIUS —— & quale precium incudi ejus
„ chalcographicæ statuerit, vix meliùs quàm ex ipsiusmet Epistolâ
„ ad GEORG. SIGISMUNDUM SELDIUM Consiliarium Cæsareum
„ M. D. LXIV. scripta * cognoscemus. *Est apud nos vir cùm litte-*
„ *rarum doctrinâ non vulgariter instructus, tum ingenio valens, & studio*
„ *industriâque spectatus* ERNESTUS. *Is Officinam exprimendi Libros typis*
„ *chalcographicis instituit. Adhibet autem multo majorem & delectum eden-*
„ *dorum Scriptorum & in elaborando diligentiam, quàm vulgus eorum, qui*
„ *modò quæstum istum frequentant, facere consuevit: atque in apparando penè*
„ *fortunas facultatésque suas omnes consumpsit. Tantum enim abest, ut cona-*
„ *tus ipsius adjuventur à Bibliopolis, ut, nescio quâ invidiâ, horum ille etiam*
„ *iniquitate non parum prematur. Nunc confugit ad spem propemodum extre-*
„ *mam obtinendæ defensionis & protectionis suorum operum, laborum, sump-*
„ *tuum ab Imperatoriâ Majestate, quâ fretus* &c. Summa totius Epis-
„ tolæ huc redit, ut Privilegium Cæsareum VOEGELINO exoraret:
„ quo etiam impetrato explicatioribus velis is navigare, novisque
„ subinde typis fundendis sumtus suggerere potuit. Quin & Tabernam
„ librariam simul exercuit, preli sui usum ANDREÆ SCHNEI-
„ DERO, JO. RHAMBÆ & JO. STEINMANNO institoribus
„ fortè suis qui in calce Librorum nominati occurrunt, permittens,
„ eâ tamen lege, ut typorum vel impensarum præstitarum honorifica
„ mentio fieret, nec minus *Arcæ Fœderis* imaginem insigne suum, illi
„ semper præfigerent. Sub idem tempus MICHAEL LANTZEN-
„ BERGER, JACOBUS APEL aliique operas etiam alebant typo-
„ graphicas: quanquam *Vogeliniana* Officina singulis palmam præripe-
„ ret; quippe quæ in filiis VALENTINO, PHILIPPO & GOTT-
„ HARDO aliquandiu floruit, & *Heidelbergam* quoque nobilem colo-
„ niam ablegavit. —— quæ præ cæteris *Germaniæ* Urbibus *Francofur-*
„ *ti* ad *Mœnum* Lares suos stabiliverat negotiatio Libraria, huc sensim
„ diverteret hospitalem dextram porrigentibus GROSSIIS & SCHU-
„ RERIS, Bibliopolis ista tempestate longè latéque clarissimis.

In

* LII. Ep. 6. pag. 116. sequ. ed. *Wechel.*

Digitized by Google

In deſcribendis *Lipſienſis* Typographiæ origine & incremento ſentio me ultra hujus centuriæ limites longè evagatum ; ſed malui ſub uno intuitu omnia Lectori exponere, quàm, quæ de illâ clariſſ. Goëtzius ſimul ſcripſit, distrahere, & in alium locum differre. Nunc in ordinem redeo.

Annus 1484. meruit maximè celebrari, quòd tunc *Soncini* (quod eſt Ducatûs *Mediolanenſis* oppidulum) *Judæorum* Typographorum *Italorum* operâ *Hebræi* characteres lucem primùm aſpexerint.

Pauciſſimos *Hebraicè* impreſſos ante ann. 1500. Libros inſpicere mihi contigit : viz. *Pentateuchum Hebraïcum* cum *Chald. Paraphraſ. Ulyſſipone* 1491. fol. & *Biblia Hebraïca*, *Brixiæ* 1494. 8°. in quibus memoratu dignum eſt, quòd, quoties in textu Dei nomen occurrit, littera Daleth pro He ſubſtituatur ; v. g. יהוד pro יהוה, אלדים pro אלהים. Id, monente viro doctiſſimo Jacobo le Long, obſervavi.

Libet hìc, quæ clariſſimus * Chevillerius de *Hebrææ* Typogra-

* Chevill. p. 264, 265.] „ Les premieres Impreſſions en Langue & Caractére *Hebraïques*, ont été faites par les *Juifs* d'*Italie* à *Soncino*, petite Ville du Duché de *Milan*, & les premiers Imprimeurs furent le Rabbin *Joſué* ; & le Rabbin *Moyſe* fils du Rabbin *Iraël Nathan* de *Soncino*, qui deſcendoit d'un *Juif Allemand* de la Ville de *Spire*. Cette famille ſe multiplia, & porta l'Imprimerie dans quelques Villes d'*Italie*, comme à *Breſcia*, à *Boulogne*, à *Rimini*, à *Fano*, à *Peſaro*, où ont été faites des Impreſſions *Hebraïques*, avec l'inſcription, que c'étoit par des Imprimeurs de *Soncino*, ou de la famille de *Soncino*. Après ce premier tems les *Juifs* & les *Chrétiens* firent des Impreſſions en *Hébreu* dans pluſieurs autres Villes de l'*Europe*, à *Veniſe*, à *Cremone*, à *Mantouë*, à *Sabionetta*, à *Verone*, à *Ferrare*, à *Padouë*, à *Livourne*, à *Naples*, à *Riva*, à *Iſna*, à *Baſle*, à *Cologne*, à *Hanau*, à *Francfort* ſur l'*Oder*, à *Prague*, à *Lublin*, à *Cracovie*, & autres Lieux, & dans quelques unes de la *France*, de l'*Eſpagne*, de l'*Angleterre* & de la *Hollande*. Le Rabbin *Ghedalia*, dans ſon Livre intitulé *Scialſcheleth Hakkabala*, marque le tems, que commença l'Impreſſion des Livres *Hébreux*, & dit que ce fut l'an du Monde 5240, qui revient à l'année *Chrétienne* 1480. Le Pere *Jules Bartolocci*, qui a fait la recherche des premieres Impreſſions de ces Livres, rapporte ſes paroles, que voici en *François* : *En ce tems les Imprimeurs de* Soncino *étoient en reputation. Ils exercerent l'Art de l'imprimerie pluſieurs années, & mirent ſous la Preſſe un grand nombre de Livres* Hébreux, *au grand avantage de la Nation* Juifve.

„ De cette Imprimerie de *Soncino* ſont ſortis, le Livre intitulé *Miuchar Happeninim*, qui fut imprimé *in quarto* l'an du Monde 5244. c'eſt-à-dire, l'année *Chrétienne* 1484.

Idem. p. 265, 266.] „ Ce fut ce R. *Gherſon* qui porta l'Imprimerie à *Conſtantinople*, où il fit pluſieurs Impreſſions jusqu'en l'année 1530. en laquelle fut imprimé le Livre intitulé *Michlol*. Les *Juifs* l'établirent auſſi à *Salonique*, & dans quelques autres Villes de l'Empire *Ottoman*. Mais ce ſont ces deux Villes-là où ils ont le plus imprimé de Livres *Hébreux*. On en voit d'imprimez à *Salonique* en l'année 1493. & à *Conſtantinople* en l'année 1506. dans le Siécle précedent : & dans le préſent Siécle l'année 1652.

Idem. p. 266, 267.] „ Avec toutes ces recherches de l'origine de l'Impreſſion *Hébraïque*, s'il eſt vrai ce que *Buxtorfe* écrivoit l'année 1613. que *Joſeph Scaliger* avoit une Grammaire *Hébraïque* du Rabbin *Moyſe Kimhi* intitulée, *Mahala Sceviele Haddas*, qui avoit été imprimée en

„ *Sicile*

Digitized by Google

pographiæ origine tradidit, ipſius verbis (cùm accuratioribus non poſſim) deſcribere.

„ *Sicile* il y avoit plus de 152. ans : *Habuit* „ Joſepus Scaliger *impreſſum in* Sicilià *ante* „ *annos* 152. (Paroles que *Buxtorfe* ſon fils „ n'a point changées dans la ſeconde Edi- „ tion qu'il a fait faire du Livre de ſon pe- „ re l'année 1640. *in* 8°. à *Basle*;) on pour- „ roit dire, que l'Impreſſion *Hébraique* a „ commencé bien plûtôt que ne dit le Rab- „ bin *Ghedalia*, & avec lui le P. *Bartolocci*; „ qu'elle a paru en *Sicile* avant les Impri- „ meurs de *Soncino* environ l'année 1461. „ & que c'eſt cette Grammaire de *Moyſe* „ *Kimhi*, qui eſt le plus ancien Livre im- „ primé en *Hébreu*. Il eſt bien certain, „ qu'on a de très-anciennes Impreſſions de „ cette Grammaire. Il y en a une dans la „ Bibliotheque de *Sorbonne*, qui eſt faite à „ *Ortona* dans l'*Abruzzo* au Royaume de „ *Naples*, la ſeconde année de *Charles* Roi „ de *Sicile* & de *Jeruſalem*, c'eſt-à-dire, „ de *Charles* VIII. Roi de *France*, qui eſt „ celle de 1496. où il eſt marqué, que c'eſt „ la troiſiéme Impreſſion de cette Gram- „ maire. Ce qui eſt un témoignage, qu'il „ y en avoit encore deux autres Editions „ plus anciennes. *Corneille Beughem*, dans „ ſa Liſte intitulée *Incunabula Typographiæ*, „ parle d'une ancienne Edition *Hébraique*, „ qui fut faite à *Boulogne* en *Italie* l'année „ 1471. page 126. *R. Obadia Sephorno*, *Lux* „ *populorum. Liber Hebraicus ſic dictus. Bo-* „ *nonia* 1471. Mais pour aſſûrer la verité „ de ces anciennes Impreſſions, & faire „ ceſſer tout le doute qu'on peut en avoir, „ il faut attendre qu'on marque les Biblio- „ theques, où elles ſont gardées, & que „ quelcun en donne plus de lumiere.

Biblia Latina: *per Franciscum de Hailbrun.* 4to.	Venetiis.	1480.
Eadem: *impens. Octaviani SCOTI.* (a) 4to.	Venet.	1480.
Ead. cum summariis & concordantiis Menardi Monachi: *per Jo. Zainer.* (b) fol. .	Ulm.	1480.
Ead. *per Anton. Coburger.* (c) fol. . .	Noriberg.	1480.
Ead. cum postillis Nicolai de Lyrâ, 7 vol. (d) fol.	Colon.	1480.
Bibl. Germanic. 2 vol. *per Antonium Sorg.* (e) fol.	Aug. Vind.	1480.
Beati Hieronymi Epistolæ. (f) fol. *in Urbe*	Parmensi.	1480.
Eusèb. Præparat. Evangel. Latinè, interprete Georg. Trapezuntio: *impressis Michaël Manzolinus.* (g) fol.	Tarvis.	1480.
Vita del Sancto Hieronimo: *per Michaele Manzolo da Parma.* (h) 4to. . .	Tarvis.	1480.
JOSEPHI OPERA Latinè, Ludovico Condratâ interprete: *per Petrum Maufer Gallicum.* (i) fol. *in inclytâ civitate* . .	Veronæ.	1480.
Josephus de la bataille Judaïque translatée de Latin en *FRANÇOIS*: *pour Antoine VERARD.* (k) fol.	Pariſ.	1480.
Duranti Rationale Divinor. Officiorum: *per Hermannum Lichtenſtein.* fol. . .	Vicent.	1480.
Joan. de Turre-cremata tractatus de *POTESTATE PAPAE & CONCILII* generalis: *per Henricum QUENTEL.* (l) fol. . .	Colon.	1480.
Beat. *GREGORII* magni *MORALIUM* opus per Bartholomeum Cremonen. correctum: *per Reynaldum de Novimagio Teutonicum.* (m) fol.	Venet. Hugon.	1480.

(a. b) Long, *Biblioth. Sacr.*
(c) Long, *Biblioth. Sacr. Maii Kl. Octavo decimo.*
(d. e) Long, *Biblioth. Sacr.*
(f) Pars 1a. *M.CCCC.LXXX. die XVIII. Januar.* Pars 2a. *M.CCCC.LXXX. Id. Maii.*
(g) *Prid. Id. Januar.*
(h) *XXVIIII. de Marzo.*
(i) *Octav. Kal. Jan. Pont. Max. Sixto IV. Venetorum duce Joanne Mocenigo.*
(k) 7me. *de Decembre. M.CCCC. quatre vings.* (l) Caille, p. 26.
(m) *Quarto decimo Junii, duce Joanne Mocenigo.*

Digitized by Google

Hugon. Cardinal. ſpeculum Eccleſiæ, & ſacerdotum; Guillelmi Saphonenſis modus conficiendi Epiſtolas; ſpeculum aureum animæ peccatricis: *per Udal. Gering & G. MAYNYAL.* (a) 4to. . . . . Pariſ. 1480.

Summa in virtutes Cardinales & vitia illis contraria, eorúmque remedia, ad partem tertiam libri de naturalibus exemplis: *per Ulric. Gering & G. Maynyal.* (b) fol. . . . . Pariſ. 1480.

Le Pelerinage de l'Ame: *per Antoine GERARD.* (c) fol. . . . Pariſ. 1480.

Matthei ſylvatici liber Pandectarum medicinæ, emendat. per Matthæum Moretum Brixianum: *impendio Joannis Coloniæ Agripinenſis Joannisque Manthen Gheretzem ſociorum.* (d) fol. . Venet. 1480.

Platynæ opuſculum de *OBSONIIS*, ac de honeſtâ voluptate, & de valetudine: *impenſis & expenſis Gerardi de Flandriâ.* (e) 8o. *in Civitate* . . . . . Auſtriæ. 1480.

Thymage or myrrour of the world translated from French into Engliſh: *by Caxton.* (f) fol. . . 1480.

History of England, together wth. the History of Ireland, taken out of Polychronicon. (g) fol. . . . . Weſtminſt. 1480.

Franchini *GAFURII* Laudenſis Theorica *MUSICÆ*: *per FRANCISCUM de DINO Florentinum.* — 4to. . . . Neapol. 1480.

Chronica, nunc ſecundò emendata: *impreſſ. curâ impreſſique Erhardi Ratdolt de Auguſtâ.* (h) fol. . . . . Venet. 1480.

Strabo,

(a) CHEVILL. p. 70. 29. *April.*
(b) CHEVILL. p. 71. 16. *Aug.*
(c) CAILLE, p. 62.
(d) 6. *Id. Octob.*
(e) *Venetiarum duce inclyto Johanne Mocenico, nono Kalendas Novembris.*
(f) *Began the ſecond of January M.CCCC. LXXX. and finiſhed the VIII. of March the ſame year.* CAXTON *me fieri fecit.*
(g) *Aug.* 18. Nec dubito, quin per CAXTON.
(h) *XXIIII. Novemb.*

Strabo, Latinè Guarino interprete: *per JOHANNEM Vercellenſem.* (a) fol. . . . . 1480.

Solini rerum memorabilium collectanea: *per Andream Portiliam.* (b) 4to. . . . . Parmæ. 1480.

Solin. de mirabilib. mundi: *per BONINUM de BONINIS de Ragusiâ.* (c) . Brixiæ. 1480.

Ex geſtis Romanorum Historiæ notabiles moralizatæ: *per Girardum LEEU.* (d) 4to. . Goudæ. 1480.

DIONYS. HALICARN. HISTOR. Latine, Lappo Birago interprete: *per Bernardinum CELERIUM de Luere.* (e) fol. . Tarviſii. 1480.

Tit. Liv. *per Anton. Zarotum.* (f) fol. . Mediolani. 1480.

Tit. Liv. *per Michaelem Manzolinum Parmenſem.* fol. . . . . 1480.

Pauli *POMPILII* Liber. L. Annæi *SENECÆ VITA* ad Joannem Lopim decanum Valentinum: *per Eucharium SILBER aliàs Franck.* (g) 4to. . . . . Romæ. 1480.

Cæſar. Comment. *per Michaelem Manzolinum Parmenſem.* (h) fol. . . . . Tarviſii. 1480.

Valer. Maxim. *per Leonardum Pachel & Uldericum Scinczenzeller.* (i) fol. . . . Mediolan. 1480.

Cicer. de Finibus: *per Philippum Condam Petri.* (k) fol. . . . . Venet. 1480.

Cicer.

(a) *Joannes Vercellenſis propriâ impenſâ viventibus posterisque exactiſſimâ diligentiâ imprimi curavit. M. CCCC. LXXX. Septimo Kal. Septemb.* Hic *Tarviſii* ann. 1482, 1485. *Venetiis* imprimebat anno 1486.

(b) *XIII. Cal. Januar.*

(c. d) Caille, p. 42.

(e) *Biſſexto Kal. Martias.*

(f) *Has tres Titi Livii decadas Petrus Justinus Philelfus quàm diligentiſſimè recognovit: impreſſit Mediolani opifex conſummatiſſimus Antonius Zarotus operâ & impenſis Johannis Legnani. 10. Cal. Novemb. regnantibus Mediolani ducibus Bonâ & Johanne Galeatio Mariâ Sphortiâ. anno* 1480.

(g) *Die Martii XVI. menſis Februari.*

(h) *Quos Michael Manzolinus Parmenſis Librariorum ſolertiſſimus ſuo ſumptu fieri curavit, Tarviſii* M. CCCC. LXXX. *Prid. Cal. Quintil. Recognitore Hieronymo Bononio Tarviſino.*

(i) *Sexto decimo Kalendas Auguſtas.*

(k) *Die 6. Novemb. regnante Johanne Mocenego.*

Digitized by Google

Cicer. Orationes: *per Nicolaum G.* (a) fol.	Venet.	1480.
Cicer. Epistol. Famil. cum Comment. Hubertini Clerici Crescentinatis. fol. . .	Venet.	1480.
Virgil. cum Comment. Servii: *arte Petri PIASII Cremonensis, Bartholomæi BLAVII Alexandrini & Andreæ TORESANI de Asulâ.* (b) fol.	Venetiis.	1480.
Terent. cum castigationib. Pomp. Læti. (c)	Parmæ.	1480.
Horatii Epistolæ. (d) . . .	CADOMI.	1480.
Ovidii opera: *per me Baldaserem de Azzoguidis civem Bononiensem.* fol.	Bononiæ.	1480.
Ovidii omnes libri qui extant: *eos quàm accuratissimè emendatos à Barnabâ Celsano Vicentino impressit Hermanus Colonensis Lichtensteiu.* (e) fol.	Vicentiæ.	1480.
Ovid. Metamorphos. edente Domitio Calderino: *operâ & impensâ Andreæ Portiliæ.* (f) fol.	Parmæ.	1480.
Eædem: *arte Jacobi de Rubeis natione Gallici.* (g) fol.	Pinerolii.	1480.
Sil. Italic. (h) fol.		1480.
Juvenal. cum Comment. Calderini: *per Henricum LIBERARIUM.* —— fol. . .	Vicentiæ.	1480.
Martial. cum Comment. Calderin. & Georg. Merulæ. fol.	Venet.	1480.
Alberti de Eyb Margarita, sive Oratorum omnium, Poetarum, Historicorum ac Philosophorum Eleganter dicta. (i) fol.		1480.

Joh.

(a) X. *Martii. G.* (ut opinor) significat *Girardengum*, cujus mentio ann. 1479. facta est.
(b) *Die primo Augusti.*
(c) FABRIC. *Supplem. Biblioth. Lat.* pag. 10.
(d) FABRIC. *Biblioth. Lat.* p. 239.
(e) *Sex. Id. Maii.*
(f) *Id. Maii. Joanne Galeazio Mariâ Mediolani illustrissimo duce regnante feliciter.*
(g) *M. CCCC. Octuagesimo. intrâ Kal. Febr.*
(h) Biblioth. HEINS.
(i) *Decimâ quintâ Julii.* finè Typographi & Loci nomine.

Digitized by Google

Joh. Bochacii ad Flametam Pamphili amatricem libellus, materno ſermone editus. (a) 4to. . . 1480.

Conſtant. Lascaris compendium 8. orationis partium Gr. Lat. Joanne Monacho Placentino interprete. —— 4to. . . . Mediolan. 1480.

Non. Marcell. & Feſt. Pomp. & Varr. de Ling. Lat. (b) fol. . . . . Parmæ. 1480.

Francisci *NIGRI GRAMMATICA LATINA* : *per Joan. Lucilium SANTRITER & Franc. THEODORUM.* (c) 4to. . Venet. 1480.

Tortellii Commentarii : *per Herman. Liechtenſtein Colonienſem.* (d) fol. . . . Vicentiæ. 1480.

Junia-

(a) *Die XX. Septemb.*
(b) Bibliothec. BARBERIN. & MAZARIN.

(c) *C. Joannes Lucilius Santreiter de Fonte ſalutis : omnibus ſtudioſis adoleſcentib. fœlicitatem dicit.*

Expulerat triplici faciles gens barbara Rhero
Pierides quondam Caſtaliaque Deas.
&c. &c. &c. &c.

Tunc ego, quem Muſis genuit Cyllenius aptum,
Quid facerem, poſtis artibus usque meis.
&c. &c.
Et patriam liqui tunc patriòsque Lares.
Ac Venetas ſubitò cœpi luſtrare lacunas.
&c.
Tunc mihi ſe læta retulerunt undique nymphæ.
&c. .
Et ducunt placidas Francisci protinus ædes:
* *Quem nympha genuit Niger avitus Aruns.*
&c.
Hic mihi prima mea viſa eſt fortuna ſalutis:
&c. &c.
† *Et quia non aliud eſt charitas major*
Officium, prompſi grammata docta Nigri:
Hos quibus adductus Parnaſſi ad limina ſacri
Impreſſi libros & monumenta ſui.
&c. &c.

* † Hi verſus mendoſe ſic exeudantur.

Sed quia jam Rhenus faciles admittere Muſas
Dicitur &c. &c.
Nunc tua me lætum excipient bona mœnia civem,
Inque ſinu patriæ nunc moriturus ero.
Sed prius à nobis parva hæc munuscula ſume,
Quæ mihi doctoris ſunt monumenta mei.
Cui referes dignas quum tanto munere grates,
Lucili memor es, patria chara, tui.
Valete amici.
Santriter Helkronnâ genitus de gente Joannes
Lucilius prompſit grammata docta Nigri.
Herbipoli ſique ſatus ſocio ſudore lacunis
Hoc Venetis Francus fert Theodorus opus.

Anno ſalutis M. CCCC. LXXX. XII. *Cal. April. Impreſſum eſt hoc opus Venetiis duce Virtute & comite fortunâ.*

Hæc exſcripſi, ut nonnullam LUCILII SANTRITER notitiam Lector non deſideret.

(d) *Die Ultimâ menſis Octobris.*

TORTELLII Opus hoc inſigne excudi inprimis curaverat HIERONYMUS BONONIUS, ex cujus dedicatoriâ ad CONSTANTINUM ROBEGANUM Notarium *Tarviſanum* Epiſtolâ excerpere nonnulla viſum eſt.

—— *Ante laborioſiſſimum hoc opus quæ Orthographiæ apud* Latinos *habebatur ratio? Nulla prorſus.* Latinitas Græcitatis *commercio ezebas; usque adèo ut neutram meritò neſſe puta-*

Digitized by Google

Juniani Maii Parthenopei liber de priscorum proprietate verborum : *Bartholomæus Confalonerius Brixienſis impreſſor ſolertiſſimus impreſſit.* (a) fol. : . . . : . Tarviſii. 1480.

Biblia Latina. (b) fol. : . . : . . . 1481.

Ead. Gothicè : *per Leonardum Wild de Ratisbonâ.* (c) fol. . . . . Venet. 1481.

Biblia Latina cum poſtillis Nicolai de Lyrâ : *impenſis curâque Johannis de Coloniâ, Nicolai Jenſon & ſociorum.* (d) fol. . . . . 1481.

Eadem :

puaretur, qui alteram tantum ſciret. Græcæ dictiones ex cujuſque arbitrio ſcribebantur : nec ullus rationi aderat modus. — profiteor — me — operam dediſſe, ut archetypa haberentur in exemplar — cujus rei Blaſium Lignaminium Patavinum — *teſtem appello. Is* Tortellii *ſui pro ſolitâ in omnes humanitate mihi copiam cum faciſſet, omne hâc in re conſilium meum plane intellexit. — ſi qui tamen characteres inverſi ; littera duplicata, ubi ſimplices debuiſſent poni, aut è contra ; alia pro aliâ, exilis pro denſâ, repetita ſyllaba, aut praetermiſſa inter legendum occurrerint ; non meæ inſcitiæ, verùm celeritati Librariorum tribuatur. Nec tamen tales hi erunt errores, ut non facillimè caſtigaturus ſit culpam in me nullam relaturus benignus interpres. —*

Ejusdem Hieronymi *Carmen in primi Impreſſoris commendationem.*

Tingere diſpoſitis chartas quicunque metallis
Cœpit, & inſignes edidit are notas;
Mercurio genitore ſatus, genitrice Minervâ,
Proditus atherea ſemine mentis erat.
Non illum Cereris, non illum cura Lyæi,
Terrena tenuit non opis ullus amor.
Copia librorum cupidis modò rara Latinis
Cum foret, auſpitiis illius ampla venit.
Improbus innumeris librarius anſà talentis
Quod dabat, exiguâ nunc ſtipe vendit Opus.
Hiſtoria venere Titi, ſe Plinius omni
Gymnaſio jactant Tullius, atque Maro.
Nullum opus (ô noſtri felicem temporis artem!)
Celat in arcano bibliotheca ſitu.
Quem modò rex, quem vix princeps modò rarus habebat,
Quisque ſibi librum pauper habere poteſt.
Redditus hâc etiam nuper Tortellius arte
Plurimus &c. —

(a) *Prid.* Kal. *April.* Ex Epiſtolâ recognitoris habe, Lector, hæc pauca, quæ ſequuntur. *Bartholomæus Parthenius Gir. Francisco Throno Ludovici F. Patritio Veneto S.*

— Noster fecundus huic Operi labor non mediocriter profuit, Nam praeterquam quòd multa addidimus, qua Impreſſorum culpâ (ut puto) in Latinum omiſſa erant, innumerabilibus etiam ferè dictionibus Gracis adjunximus derivationes : quandoquidem hiſce in Codicibus, qui tam Neapoli quàm alibi impreſſi fuerant, ubique Graca dictiones deeſſent — Nostram igitur recognitionem — tibi dicamus &c.

(b) Long, *Biblioth. Sacr.*] Characterе perpulchro, absque nomine Loci & Typographi, cum his verſibus ad calcem :

Fontibus ex Gracis & Hebraorum libris
Emendata ſatis & decorata ſimul
Biblia ſum; præſens Superos ego tutor & Aſtra,
Eſt impreſſa mei in Orbe nihil ſimilis.
rat, nisi ut gloriam & laudem, quam nacta fuerat, tueretur & amplificaret; caverétque, ne per supinam Artificum inertiam litteræ ad paucos (utì olim) recíderent. *Italiæ* hæc prima Artis hactenus debemus incrementa, nec deinceps in illâ *Europæ* parte felicissimâ defuerunt, qui operam haud indiligentem darent, ne minùs sibi quàm anteccssoribus à posteris deberetur. Quamvis autem *Italiæ*, quod meruit, invidere nolim, quæ facem præferens suo exemplo aliarum studium excitaverit & accenderit; nolo tamen harum meritis quicquam detrahere, quæ exemplis tam nobilibus commotæ nil solennius habuerunt, quàm ut exemplaria sibi proposita imitarentur, & aliquando excederent. Suos *Gallia* paulatim educavit & protulit Typographos, qui (ut in proximâ centuriâ describetur) diu hujus Artis principatum tenuerunt: cujus quoniam hìc mentio incidit, tacere non possum JOANNEM TRECHSEL natione *Germanum*, qui anno 1487. *Lugduni* Officinam aperuit typographicam. Ex hujus filiâ JODOCO BADIO *Ascensio* in matrimonium datâ orta est Typographiorum prosapia illustris, quorum operibus litterariis *Galliam* adeo ornatam & ditatam postea cernemus, ut priorum nulli cesserint, primásque sibi usque vindicaverint *Parisienses* Typographi. Sed de his suo loco.

Variis in *Europæ* locis famam adepti sunt sequentes Typographi:

Anno 1486. *Moguntiæ*; ERHARDUS REUWICH de *Trajecto* inferiori:
Monasterii; JOANNES LIMBURGUS:
Ulmæ; JOHANNES REGER, operâ & impensis JUSTI DE ALBANO de *Venetiis*:
Venetiis; [1] GULIELMUS de *Tridino* de *Monteferrato*;
[2] BERNARDINUS de *Tridino* ex *Monteferrato*:
Papiæ; [3] ANDREAS BONETIS;
Vicentiæ; HENRICUS *à Sancto Urso*:
Veronæ; PAULUS FRIDENPERGER:
Lovanii; ÆGIDIUS *vender* HEERSTRATEN:
Abbatis-Villæ; [4] JOANNES DU PRE' & PETRUS GERARD:
Basileæ; [5] NICOLAUS KESLER:

Parisiis;

1 Is cognominabatur *Animamia*. Vide ann. 1490. in Catalogo.

2 Nescio, an is BERNARDINUS ullâ cognatione GULIELMUM attigerit, aut tantùm fuerint conterranei.

3 CAILLE, p. 40. Suspicor tamen errorem hanc esse, nam ANDREAS *de* BONETIS *Venetiis* imprimebat anno 1484; cùm autem esset *Papiensis*, JOHANNES LA CAILLE credidit hunc *Papiæ* artem exercuisse.

4 Hic JOANNES ánn. 1488. *Parisios*, 1489. *Lugdunum* migravit.

5 Hic 1487. impressit *Amurpiæ*.

Digitized by Google

Anno 1486. *Parisiis*; [1] ROBINET MACE'; [2] JOHANNES BONHOMME:
[3] *Meminingæ*; *Toleti*; oppido Sti. *Albani* ——

Anno 1487. *Reutlingæ*; JOHANNES OTHMAR:
Venetiis; [4] JOANNES HAMMANI *de Landoiâ*, & Jo. EMERICH *de Udenheim*; BONETUS LOCATELLUS impensis OCTAVIANI SCOTI; [5] BARTHOLOMÆUS DE ZANIS *de Portesio*; [6] HERMANNUS LICHTENSTEIN:
Bononiæ; JOANNES WALBECH & [7] HENRICUS *de Harlem*:
Parisiis; PETRUS LEVET; JOANNES CARCHAGNI; [8] PETRUS RUBEUS:

Anno 1488. *Augustæ Vindelicorum*; [9] ERHARDUS RATDOLT:
Argentinæ; JOHANNES PRUS:
Gaietæ; [10] JUSTUS:

Tubin-

1 „ Il eut pluſieurs Freres, qui exerce-„ rent la Libraitrie; JEAN MACE' Librai-„ re demeurant à *Rennes*, & RICHARD „ MACE' Libraire en l'Univerſité de *Caen*. CAILLE, p. 49. & 62.

2 Frere de PASQUIER (1476.) CAILLE, p. 62.

3 Neſcio nomina Typographorum.

4 Is JOANNES HAMMAN *de Landoiâ* dictus erat *Hertzog*. Vide ann. 1492. in Catalogo.

5 Hic Libris ſuis litteras B. Z. initiales ſui Nominis aliquando imprimere ſolebat. Hunc morem antea jam notavi frequentiſſimum; quæ ſatis diu increbuit conſuetudo.

Sic V. S. i. e. *Uldericus Scinfcenzeler*. LUCAN. 1491.
A. L. *Antonius Lambillio*. VIRGIL. 1492.
I. T. *Joannes de Tridino*. JUVENAL. 1492.
Z. T. Idem *Joannes de Tridino*. PERS. 1499. & SALLUST. 1500. Nam *Zane* pro *Joanne* apud *Italos*.
F. M. *Franciscus de Maxalis*. DIONYS. HALIC. 1498.
B. R. *Bernardus Rizus de Novariâ*. Supplement Chronic. 1490.

Sic etiam post 1500. I. P. *Joannes Parvus*; H. S. *Henricus Stephanus*; S. C. *Simon Colinæus*; I. L. *Joannes Lodoicus Tiletanus*. &c. Longum eſſet ſingula hujusmodi exempla enumerare. Typographi quidam ſuis ſcutis Libros conſignabant, uti *Schoefferus*, & inter *Pariſienſes* poſt ann. 1500. *Gourmontius* &c. Alii inſignibus, quæ ad ſuum nomen alluderent, utebantur; uti *Benedictus Fontana*, qui ſumptus *Philippo Pincio* ſuggerebat, adjiciebat fontem cum litteris B. F. & poſt ann. 1500. *Simon de Colines*, cuniculos cum litteris S. D. C. *Federicus Morellus*, morum *cæt.* Plures epigraphas & lemmata in variis Linguarum generibus, quisque ad ſuum arbitrium, nec rarò ratione ſui nominis habitâ, addebant.

6 Hic ann. 1475. *Vicentiæ* imprimebat.

7 Hic priùs anno 1482. innotuerat.

8 Ante hunc *Petrum Rubeum*, neminem ex Typographis novi, qui impreſſoris Regii titulum gereret. Hic forſan affinis fuit *Jacobo Rubeo* antea anno 1474. memorato.

9 Hic cùm apud *Venetos* Arte imprimendi plus decennium excelluiſſet, *Augustam* migravit famam non minorem conſecuturus.

10 Hic JUSTUS forſan idem eſt, cujus mentio priùs anno 1486.

Digitized by Google

Anno 1488. *Tubingæ*; FREDERICUS MEYNBERGER:
Eistetæ; MICHAEL REISER:
Venetiis; THEODORUS DE RAGAZONIBUS [1] *de Azulâ* [2] *Brefanus*; BERNARDINUS DE CORIS *Veronenſis*; GEORGIUS ARIVABENUS *Mantuanus*; [3] JOANNES RUBEUS [4] *de Vercellis*; HIERONYMUS *de Sancti Veneti* & JOHANNES LUCILIUS [5] SANTRITER *de fonte ſalutis* impenſis BOLANI patritii:
Mediolani; BENIGNUS & [6] JOHANNES ANTONIUS *de* BONASO fratres:
Mutinæ; DOMINICUS ROCOCIOLA:
Bononiæ; BENEDICTUS HECTORIS Librarius operâ [7] PLATONIS Impreſſoris *Bononienſium*:
Lugduni, MICH. TOPIE *Pedemontanus*; & JACOBUS HERENBERCLE *Alemanus*; [8] JANON CARCAIGNI:
Rothomagi; JOHANNES *le* BOURGOIS:
[9] *Toloſæ* ——

Anno 1489. *Argentinæ*; [10] JOHANNES REYNARDUS aliàs *de* GRUNYNGER *Argentinenſis*:
Venetiis; MATTHÆUS CAPEASA *Parmenſis* impenſâ & operâ LUCANTONII *Florentini*; SIMON *de Luero* & [11] BERNARDINUS *de* CHORIS *de Cremonâ*; CHRISTOPHORUS *de* PENSIS *de Mandello*:

Bononiæ;

1 Vide ann. 1490. in Catalog.
2 Vide ann. 1495. in Catalog.
3 Neſcio, an hic RUBEUS eâdem familiâ ortus fuerit cum JACOBO & PETRO antè nominatis.
4 Vide ann. 1490. in Catalog. Idem dicitur JOANNES ROSSO *Vercellenſis*, qui anno 1495. operam locabat LUCÆ ANTONIO JUNTÆ. Et hunc non alium arbitror, quàm qui anno 1480. dictus eſt JOANNES *Vercellenſis*.
5 Hujus SANTRITER mentio priùs facta eſt anno 1480.
6 Hic jam inclaruerat anno 1482.
7 Hic vocatur etiam PLATO *de Benedictis*. Vide Catalog. ann. 1491. Neſcio annon idem ſit, qui anno 1499. JOANNES ANTONIUS *Platonides Benedictorum* Bibliopola civis *Bononienſis*.
8 Hic forſan affinis fuit JOHANNI CARCAGNI, qui ann. 1487. *Pariſiis* imprimebat.
9 CAILLE, p. 46. nomen Typographi non indicat.
10 Quamvis hic nomen Urbis non adjiciatur, vix tamen dubito de *Argentinâ*, ubi annis 1496. & 1498. eum impreſſiſſe certum eſt. Affinis forſan fuit MARCI REYNHARDI *de Argentinâ*, cujus mentio 1482.
11 Hic anno præcedente memoratur.

Digitized by Google

Anno 1489. *Bononiæ* ; [1] BACIELIERIUS cognomento *de* BACIELIERIIS *Felſineus* civis:
Papiæ ; ANTONIUS *de* BIRRETIS , & [2] FRANCISCUS *de* GIRARDENGHIS:
Pariſiis ; [3] GULIELMUS CARON , JOHANNES BELIN & [4] JOHANNES DU PRÉ ; [5] GUIDO MERCHANT ; [6] PHILIPPUS PIGOUCHET ; [7] DURANDUS GERLIER ; [8] MICHAEL LE NOIR:

1 Idem forſan , qui BAZALERIUS *de Bazaleriis* , & BASALERUS *de Baſaleris* ann. 1493.

2 Hic FRANCISCUS *de* GIRARDENGHIS de *Papiâ* migravit postea *Venetias*, ubi floruit anno 1492. Affinis forſan fuit NICOLAI GIRARDENGI , qui ann. 1479. *Venetiis* imprimebat.

3 Affinem puto fuiſſe PETRO CARON, de quo 1474.

4 Hic anno præcedente *Pariſiis*, & anno 1486. *Abbatis-Villa* Artem exercebat. JOHANNES LA CAILLE, pag. 41. ſcribit eum hôc anno 1489. & postea 1493. *Lugduni* Libros edidiſſe. Niſi error alicubi lateat, eum oportet eodem anno 1489. *Pariſiis* & *Lugduni* habitâſſe.

5 CAILLE, p. 66.] „ Il avoit pour „ marque *le chant gaillard* repréſenté par les „ deux notes *ſol*, *la*:



„ Avec une Foy repréſentée par deux „ mains jointes enſemble , pour faire allu- „ ſion à ces paroles *ſola fides ſufficit* , tirées „ de l'Hymne *Pange lingua*.

6 CAILLE, p. 66.] „ Il mettoit ordi- „ nairement au bas de ſes Livres ; *impreſ- „ ſum autem fuit opus præfatum Pariſiis cha- „ ractere nitidiſſimo & jucundiſſimo.*

7 CAILLE, p. 65.] „ Libraire juré. Il „ avoit pour déviſe *l'etrille ſauveau*, repré- „ ſentée par une étrille , une faux & un „ veau, avec ces mots , *Deum time , pau- „ peres ſustine , memento finis. JESUS.* „ De Librariis juratis & non-juratis CHEVILLERIUS conſulendus eſt , qui hâc de re fuſe differit Part. 4. Cap. 3. PASCHASIUS BONHOMME admiſſus eſt Juratus Librarius Univerſitatis 1475. 6. *April.* Ibid. p. 345.

8 CAILLE, p. 64, 65.] „ Il avoit pour „ marque une roſe en face ſur un fond „ de ſable ſoutenus par deux Mores, & une „ autre pour timbre , le tout faiſant alluſion „ à ſon nom avec ces vers;

„ *C'eſt mon deſir de Dieu ſervir ,*
„ *Pour acquerir ſon doux plaiſir.*

„ Il eut pluſieurs enfans , & eſt un de „ ceux , qui ont le plus imprimé de ſon „ temps. Voici ſon Epitaphe , qui ſe lit „ dans l'Egliſe de Saint Benoît.

„ *Cy-deſſous giſt honnorable homme MI- „ CHEL LE NOIR , en ſon vivant Li- „ braire , & Bourgeois de* Paris , *qui trépaſſa „ le XXIX. jour de* Septembre *mil VC. XX. „ lequel enſemble* Jeanne Teppere *ſa fem- „ me , ont fondé en l'Egliſe de ceans tous les „ Samedis de l'an à perpetuité une Meſſe baſſe „ du jour avec memoire des Trepaſſez , que les „ Marguilliers de ladite Egliſe ſont tenus fai- „ re dire à ſix heures du matin , & faire tin- „ ter l'une des cloches de lad: Egliſe. Et à la „ fin le Preſtre dira* De profondis, Inclina, „ Deus veniæ , & Fidelium , *& aſperſerà „ de l'eau benîte ſur la foſſe dudit Defunt. „ Et pour aſſigner ladite fondation, qui eſt au- „ toriſée par Meſſieurs les Chanoines & Cha- „ pitre de lad: Egliſe , ont donné pluſieurs „ biens plus à plein declarez es titres ſur ce „ faits. Et s'il étoit que ladite rente fuſt ra- „ chetée , lesdits Marguilliers ou ſucceſſeurs „ ſeront tenus convertir lesdits deniers en une „ autre rente , tellement que ladite Meſſe puiſ- „ ſe avoir cours à toûjours.*

„ *Priez Dieu pour eux , & pour tous Tre- „ paſſez.*

Digitized by Google

NOIR ; [1] WOLFGANGUS HOPYL *Alemanus*.

Anno 1489. *Lugduni* ; JOHANNES CLEIN *Alemanus* ; MATTHIAS HUSM *Alemanus* :

[2] *Agro Caregio* : *Senis* — — —

Anno 1490. *Venetiis* ; BERNARDINUS *de* RENATIS ; [3] BERNARDUS RIZUS *de Novariâ* ; [4] JACOBUS *de* PAGANINIS *Brixienſis* ; PETRUS *Veronenſis* :

Mediolani ; PHILIPPUS *de Montegatiis* impenſis [5] presbyterorum ANDREÆ LELII & FRANCISCI TANTII :

Florentiæ ; FRANCISCUS BONACCORSI :

Papiæ ; GABRIEL *de* GRASSIS :

Mantuæ ; [6] VINCENTIUS BERTOCHUS [7] *Regienſis* :

Anno

1 CAILLE, pag. 65.] „ Il avoit pour „ marque un Chesne & une Cigogne. „ Anno 1501. habitabat in vico *divi Jacobi* ad inſigne *Sancti* GEORGII. Multa ſunt, quare non ægre credam in ejus officinâ HENRICUM STEPHANUM primum Artem didiciſſe ; cùm duo ſimul excuderint anno 1502 ; & ex characterum ſimilitudine facilè pateat longam fuiſſe inter eos conſuetudinem.

2 Sine nomine Typographorum.

3 Idem (ut puto) qui ann. 1492. BERNARDUS RICIUS *de Novariâ* ; qui imprimébat impenſâ JOANNIS DOMINICI DE NIGRO Medicinæ Doctoris. Neſcio tamen an idem ſit, qui antea ann. 1486. BERNARDINUS *de Novariâ*.

4 Fuit ex eâdem (ut opinor) familiâ, quâ PAGANINUS *de* PAGANINIS *Brixienſis* ann. 1485.

5 Sic ſolebant illis temporibus viri cujuscunque ordinis rei typographicæ ſuppetias ferre.

6 Eâdem (ut ſuſpicor) ſtirpe ortus, quâ DOMINUS BERTOCHUS, qui *Bononiæ* excudebat ann. 1474. Eodem etiam nomine DIONYSIUS *de* BERTOCHIS, ſed *Bonomienſis*, qui floruit *Venetiis* annis 1485. & 1490. uti & DOMINICUS BERTOCHUS itidem *Bononienſis* anno 1486.

In multis antiquorum horum Typographorum appellationibus confuſionem, quam dirimere difficile eſt, parit ſæpe notationis varietas. Nonnunquam ſolum agnomen aut cognomen exprimitur, unde, cùm idem plurimis ex familiâ diverſâ ortis agnomen, aut ex eâdem cognomen eſſe poſſit, inter homonymos discrimen non ſemper ſit obvium. Porrò quoniam nihil frequentius occurrat, quàm varia nominum, præcipuè barbarorum, orthographia, & crebra barbarorum nominum in *Græca* aut *Latina* (ut molliora fiant pronuntiatu) deflexio, hinc etiam error vel attentiſſimo poteſt ſubrepere. Denique agnomini aut cognomini nomen aut urbis aut patriæ aut utrumque adjicitur ; & ibi facilior, quàm in aliis, habebitur diſtinctio. Præterea Typographis mos erat cognationis aut commercii aut utriusque ſocietatem mutuam jungere. Alii aliquando ſuo, aliquando alieno ære ; aliquando ſoli, aliquando conjuncti Typographiam exercebant ; impenſam hic, ille operam ſuppeditabat : Sic onus, quoties uni gravius videbatur, inter binos aut plures diviſum fiebat levius. Quidam Typographi in uno loco continere ſe nolentes ſolum ſæpe vertebant, ut Ars ſua foret communior & utilior. Omnia hæc attentè & ſigillatim excutienda ſunt, ſiquis historiam condere velit typographicam ; multas oportet ſcrutari Bibliothecas, pluréſque Libros omnimodi generis evolvere ; qualem certè laborem non defugi aut defugiam, quoties ulla mihi laboris & temporis in hisce rebus impendendi ſe dabit occaſio. Lector interim his parvulis meis conatibus & conjecturis ignoſcet, quandocunque in flexuoſis itineris tam inexplicabilis anfractibus aberrare contigerit.

7 Vide annum 1492. in Catalog.

Digitized by Google

Anno 1490. *Genevæ*; JACOBUS ARNOLLET:
Lugduni; PETRUS MARESCHAL; JOANNES *de la* FONTAINE:
Parisiis; [1] GODEFRIDUS *de* MARNEF; [2] JACOBUS MALIETI:

Nullibi, quantum novi, (si *Venetias* excipias) magis quàm *Parisiis* increvit Typographorum numerus, quorum Ars (uti in primis dictum est) suam *Sorbonæ* debet originem. [3] Res *Lutetiæ* Libraria, quæ Scribis sive Stationariis, Bibliopolis, Religatoribus, & Illuminatoribus constabat, multis jam annis ante Typographiæ inventionem, erat penès Universitatem. Regiis diplomatibus plena in illam hujus authoritas diu steterat communita. Nihil enim est æquius, quàm illos, qui Libris serviunt, his, qui præsunt, subjici; illos, qui eis compingendis & distrahendis solùm operam dant, ab ipsis eorum Authoribus aut Censoribus leges accipere. Pacto vix ullo faciliùs, altiùs aut latiùs, quàm Libris malis, universæ reipublicæ noceri potest. Iis porrò, qui boni sunt & utiles, multum utilitatis decrescit, nisi tersè & emendatè exeant. Præterea plerique imperiti (qualibus nil quicquam injustius) hoc genus homines mercenarii ad omne turpe lucrum emancipati mercibus his librariis pretium justo grandius statuunt, quod fraudi sit emptoribus tenuioris fortunæ, quorum inter litteras longè major copia reperitur. Hisce incommodis ut occurratur, visum est totum librariæ rei jus potestatémque iis permittere, quibus curæ esset, ne per malos Libros sani mores detrimentum acciperent, & ut nimia Librariorum avaritia, certum cuique Libro pretium indicendo, coerceretur. Ea igitur cura Universitati *Parisiensi* antiquitus fuerat delegata. [4] Eandem illam potestatem post Typographiæ inventionem Universitas exercuit. Nemo enim non videt majus tunc, quàm antea, fore periculum, si istud Universitatis imperium abrogaretur. Quin imò Typographi in suorum Librorum inscriptionibus sese Universitatis ministros libenter agnoscebant, cum se sæpius nominarent,

[1] Uni-

1 *Guido Mercator Godfrido de Marnef imprimebat.* CAILLE, p. 66, 70. „ Ils étoient „ trois freres, tous habiles Imprimeurs & „ Libraires, qui ont été associez, & ont „ imprimé quelquefois ensemble. Ils avoient „ une marque representée par trois symbo„ les, des Grues qui font un nid en volant, „ un Perroquet qui parle, un Pelican qui „ donne la vie à ses petits, & trois bastons „ sur lesquels sont les premieres lettres de „ leurs noms; sçavoir G. qui signifie *Geof„ froy*, *E. Enguilbert*, & *J. Jean. EN„ GUILBERT* eut plusieurs enfans, en„ tr'autres *JEAN*, & *ENGUILBERT*, „ qui allerent s'établir à *Poitiers*, où ils „ imprimerent plusieurs Livres vers l'an „ 1550.

2 Impressionis locus licèt non adjiciatur, vix dubito, quin idem sit, qui vocatus JACOBUS MAILLET anno 1491. impressit.

3 Lege CHEVILL. p. 301. usque ad p. 320.

4 Lege CHEVILL. pag. 320. usque ad pag. 410.

Digitized by Google

[1] Universitatis *Parisiensis* Librarios, Bibliopolas, Librarios juratos; in Universitate Bibliopolas, aut Chalcographos adscriptitios; Librarios Regios & Universitatis Religatores, aut è contra Universitatis Librarios & Regis Religatores. Hic obiter placet observare varia eorum, qui in re librariâ occupabantur, ante & post Artis inventionem, nomina; Scribas seu Stationarios, Bibliopolas, Religatores, Illuminatores, Typographos seu Chalcographos vel Impressores. Scribarum officio finem imposuit Typographiæ usus. Illuminatorum artificium locum diutius obtinuit, donec apud Typographos litteras [2] in Librorum & Capitum initiis omittendi consuetudo teneretur: loco tamen paulatim cessit, postquam initiales illæ adhiberi & demum florentes (quas vocant) litteræ frequentari cepissent. Illæ diu ante ann. 1500, Hæ post illas apud celebriores [3] Typographos, introductæ sunt. Initialibus illis abstinendi mos serò admodum penitus exolevit. [4] Sunt enim, qui in ejusdem Libri editione alicubi omiserunt, alibi admiserunt. [5] Sunt etiam, qui in diversis ejusdem Operis locis & initiales negligebant, & florentes inducebant. Porrò cùm primùm initiales in usum venerunt, erant plerumque [6] minusculæ; spatiúmque relinquebatur à Typographis vacuum, quod literas istas minusculas producendo & coloribus variis ornando Illuminatorum operâ repleretur. Minuscularum initialium usum longo tempore continuaverunt non

1 Chevill. p. 321, 322.

2 Mallinkrot. p. 102. — „ Fuisse „ antiquitus simpliciorem & minùs venus„ tam Typographiæ faciem ex iis qui su„ persunt Codicibus videre est. Et si enim „ in principio, quæ scriptis Libris mango„ nizandis adhiberi consueta erat miniatu„ ra, etiam ad impressos translata fuerit; „ tamen celeriter illa, utpote operosior & „ plurimum temporis absumens, desiit, „ postquam venditores animadvertissent, „ merces suas etiam isto lenocinio destitu„ tas, facilè emptorem invenire. Hinc eve„ nit, ut plurimi adhuc superstint Codices „ primævo illo tempore excusi, quibus ca„ pitales quæ vocantur literæ penitus ab„ sunt, eò quod impressoribus propositum „ fuisset, absolutâ excusione illas è minio „ adjicere, quod postmodum, festinatâ in „ avidos emptores distractione, integrum „ non fuit: prout etiam non paucos illo„ rum temporum reperias, quibus miniatæ „ illiusmodi initiales literæ non typorum, „ sed pennæ ministerio ac pictæ conspi„ ciuntur. Ut autem ab ipsis titulis & in„ scriptionibus incipiam, nihil hôc tempo„ re, ut publicè scimus, Librorum fron„ tispiciis pulchrius est, quando vix alicu„ jus nominis & pretii Liber exit, qui non „ chalcographicarum imaginum Emblema„ ta præferat (hoc novitium admodum in„ stitutum est, & nostrâ demum memoriâ „ usurpari cœptum) ac præterea Librorum „ contenta copiosissimâ ferè rubricâ pro„ scribat, licèt fatendum sit, ut est omnium „ rerum abusus & ambitus, quòd jactantior „ & ventosior titulatura credulos emptores „ subinde miserè decipiat.

3 Has, & quidem pulcherrimas, usurpaverunt Joannes Tacuinus, Henricus Stephanus primus, Colinæus, Robertus Stephanus, & Vascosanus: Vide Ovid. *Fast.* apud Jo. Tacuin. 1502. *Psalter. Quinc.* apud H. Steph. 1509. *Promptuar.* Monthol. apud H. Steph. & S. Colin. 1520. *Bibl. Lat.* apud R. Steph. 1527. Cicer. *Tuscul. Quæst.* apud Vascos. 1533. *&c.*

4 Dionys. Halic. Latinè, apud Franc. de *Mazalis* 1498.

5 Ovid. *Trist.* apud Jo. Tacuin. 1499.

6 Sophолog. *Paris.* 1477.

Digitized by Google

non inferioris notæ Chalcographi, ALDUS putà (præsertim in Libris *Italico* charactere impressis) & [1] COLINÆUS in utroque. Quod spectat ad Capitales sive Majusculas, & Florentes litteras, Illæ ab [2] *Argentoratensibus*, hæ à *Venetis* primùm impressæ sunt. Has *Venetiis* anno circiter 1477. [3] ERHARDUS RATDOLT *Augustensis* fertur invenisse; illas eodem tempore *Parisiis* [4] ERHARDUS WINSBERG excoluisse. Sed postquam hæc breviter in transcursu de initialibus (seu capitalibus sive minusculis) & florentibus dicta sunt, à diverticulo sermo repetendus est, & ad reliquas Artis Librariæ administros revertendum. Unus olim opifex Librarius trium aliquando res agebat, Typographi scilicet, Religatoris & Bibliopolæ. In variis illis mihi jam enumeratis eorum, qui circa Librorum opificium versantur, classibus primæ videntur Typographis deferendæ, proximæ Bibliopolis, Religatoribus & (quos nunc vocamus) Stationariis chartaceæ supellectilis venditoribus postremæ. In illis enim vulgarem (si res ista rectè administraretur) requirimus [5] eruditionem. In his ultimis, nihil aliud desideratur, quàm ut album à nigro sciant distinguere; & horum plerique vix altiùs crumenâ sapiunt. Ars illorum proximè ad liberales assurgit; horum ad mechanicas & plebeias est relegenda.

[6] Totum Librariorum *Parisiensium* corpus parebat Universitati. Illi non alii, quàm hujus ministri, censebantur: huic jusjurandum præstare; hujus judicium subire; hujus decretis & sententiæ se subjicere, quoties in delinquentes aut multâ aut amotione animadvertere visum esset, tenebantur. Bibliopolarum & Typographorum officinas visitandas obeundi, Librorum [7] pretium statuendi, censuram agendi,

[1] *Characlere Romano*, SALLUST. 1543. *Italico*, LUCAN. 1543.

[2] MENTEL. *de Typogr. Orig.* p. 64. — „ ab Arte inventâ triginta plus annis ab *Ar*„ *gentoratensibus* primò impressæ, & capi„ tales ideo nuncupatæ; quòd ab iis (ait „ *Godefridus de Tory*, Opere dicto, *Champ* „ *Fleury*) suas editiones inciperent, & Li„ brorum capita ordirentur.

3 Idem MENTEL. p. 65. — „ quas „ à florum figuris, quibus erant intermix„ tæ, *Florentes* dixere.

In Libro, cui titulus *Coriolani Cepionis Dalmate Petri Mocenici imperatoris gesta*, 8vo. *Venet.* per BERNARD. PICTOREM & ERHARDUM RATDOLT cum PETRO LOSLEIN, ann. 1477. folium secundum habet 2 Capitalem non illuminatum, sed impressum.

4 Lege priùs in Catalog. CICER. *Rhetor. ad* HERENN. & *Tuscul. Quæst.* ann. 1477.

5 Lege CHEVILL. pag. 347. quod ex antiquâ consuetudine nemo nisi idoneus & sufficienti litteraturâ instructus Librarii officium capessere permitteretur.

6 CHEVILL. p. 327. usque ad p. 410.

7 CHEVILLERIUS pag. 373. optimè observat, quantum inter veteres & recentiores Librarios interfit. Illi emptores pretio exiguo invitabant, hi immodico absterrent. Illi igitur sæpe damnum faciebant, horum plurimi ingentem quæstum. En Epigrammatum, quibus illi alliciebant emptores, nonnulla.

BURIDAN. *Dialectic. per* JO. CARCAIN. 1487.

Eia, age, & exiguis eme docta volumina nummis;
Atque cupita brevi culmina calle pete.

Digitized by Google

di , [1] privilegia concedendi integra huic erat potestas.

Typographi *Parisienſes* ſe in Univerſitatis fide & clientelâ eſſe palàm profitebantur, cùm ejus inſignia ſuis Libris affigerent: [1] quidam ſola, [2] alii cum Regis ſcuto conjuncta; [3] nonnulli Regis, *Pariſienſis* Urbis & Univerſitatis arma conſociabant. Mos tamen ille publica illa

Corp. Jur. Canonic. per GERING. 1500.

Ne fugite ob pretium; divesque pauperque, venite; Hoc opus excellens venditur ære brevi.

Theſ. Lat. Ling. per ROB. STEPHAN. 1543.

Immenſum modico vænundatur ære Volumen: Uberior fructus: conſule quaque boni.

Audiamus jam contrà aliquot verſus ex CORNELII KILIANI Epigrammate, in quo ſic emptores alloquitur Bibliopola:

Nemo horum inviſus noſtra intret limina porta, Nulli horum libros noſtra taberna negat; Si mercem carè caram ſibi comparat emptor, Et pretium largus multiplicè numerat. &c.

Ingens ille & injuſtus, qui ex merce librariâ conraditur, quæſtus accrevit (ut puto) maximè, ex quo Typographus, Religator & Bibliopola in uno non convenerunt. Ars enim illa non illos, qui in Libris imprimendis & amiciendis tantum laboris impendunt, ſed hunc, qui venalem proponit, ditat. Typographi mercenarii querelam à CORNELIO KILIANO ſcriptam (CHEVILL. p. 578.) hi duo verſus concludunt:

Noſter alit ſudor te, Bibliopola, tuique Conſimiles; quibus eſt vile laboris opus.

Nihil tamen horum velim dictum intelligi in Bibliopolas, qui lucro honeſto contenti, omnem bonæ mentis conſcientiam nondum abegerunt. Eſt etiam, cùm vectigal Libris indictum juste cauſari poſſint. Infelicia tempora, per quæ Muſis immunibus eſſe non licet!

CHEVILL. p. 368. & 315.] Univerſitas olim *Pariſienſis*, quò Librariorum avaritia coerceretur, Librorum *Taxatores* ſolebat inſtituere; per quos cavebat, ut ſingulorum pretium ſingulis adjiceretur. Catalogi (pag. 371.) habentur ann. 1546, 1552, 1562. unà cum pretiis impreſſi Librorum à LODOICO TILETANO, REGINALDO CALDERIO & CHRISTIANO WECHELO excuſorum. Habetur & SIMONIS COLINÆI. Sunt Indices Librorum in ROBERTI STEPHANI Bibliopolio venalium tum à STEPHANO patre, tum à COLINÆO vitrico excuſorum: uti & Librorum in ROBERTI STEPHANI officinâ, ann. 1546. & 1552. atque GULIELMI MORELII, ann. 1560. & CHRISTIANI WECHELI in GESNER. *Pandect.* lib. 13. His omnibus pretium, quo Liber quisque conſtabat, additur.

1 CHEVILL. p. 391.] Poſt publicum approbationis teſtimonium ab Univerſitate denunciatum imprimendi privilegium à Rege aut Curiâ indulgebatur (vide CLICTOV. *Anti-Luther.* apud SIM. COLIN. 1524. & *Comment.* ANSELM. *in Epiſtol.* PAUL. *apud* PONCET. LE PREUX. 1533.) aliquando à *Pariſienſi* Prætore aut Suppræfecto (vide *Hiſtor. Typographor.* Pariſienſ. pag. 21.)

2 WOLFGANG. HOPYL. & H. STEPHAN. in Aſtronomic. 1503. H. STEPHAN. & S. COLIN. in MONTHOLON. *Promptuar.* 1520.

3 CHEVILL. p. 323.] ANTON. CAILLAUT in *Meditat.* BERNARD. 1485.

4 DURANDUS GERLERIUS in GAGUIN. *Compend. de geſt.* FRANC. 1497. ubi in Libri initio cernuntur rubro colore depicta tria ſcuta, Regis ſuperne, ſubtus Univerſitatis ac Urbis, cum his Verſibus circumcuntibus:

Honneur au Roy & à la Court;
Salut à l'Univerſité,
Dont ſire bien procede & court;
Dieu gart de Paris la cyté.

Lege plura apud CHEVILL. p. 323. usque ad 326. & *Hiſtor.* STEPHAN. p. 9. *Hiſtor. Typograph.* Pariſienſ. p. 7. Hic obiter notandum eſt apud CHEVILLERIUM (p. 324.) GERLERIUM perperàm DAVIDEM nominari.

Digitized by Google

illa insignia Libris apponendi nec ab omnibus neque semper fuit receptus. Maluerunt plurimi propria sibi quædam insignia additis sæpe lemmatibus illustrata excogitare. Neque ullo [1] fas erat alterius insigne usurpare; ut scirent emptores, ex quâ officinâ Liber, quemcunque voluerunt, petendus esset.

In honorem Universitatis antiqui plerique *Parisienses* Typographi ad suarum Editionum calcem ejus [2] mentionem non sinè laude faciebant.

[3] Librariis *Parisiensibus* locus commorandi antiquitus pro cujusque sententiâ non erat, sed intrà Universitatis aut Palatii limites terminabatur; qui cùm postea angustiores viderentur, [4] alibi etiam officinas passim sitas legimus.

1 Lege *Code* HENRY. Liv. II. Tit. II.

2 DION. *Areop.* per HIGMANUM & HOPYLUM in almâ *Parisiorum* Scholâ. 1498.

Psalter. Quinc. per HENR. STEPHAN. in clarissimo *Parisiorum* Gymnasio. 1508.

CLICTOV. *improbat. Articul.* LUTHER. impress. in almâ *Parisiorum* Academiâ in officinâ SIMONIS COLINÆI. 1533.

Ejusd. *Propugnac. contra* LUTHER. apud celeberrimam *Parisiorum* Academiam in officinâ SIM. COLIN. 1526.

RAVIS. TEXT. *de clar. mulierib.* opus excudebat SIMON COLINÆUS in celeberrimo totius terrarum orbis *Parisiensis* gymnasio. 1521. Lege plura apud CHEVILL. p. 326.

3 Lege CHEVILL. p. 364. UDALRICUS GERING & BERTHOLD. REMBOLT in vico *Sorbonico* (ann. 1494.) in Regali Academiâ *Parisiensi* (ann. 1500.) commorabantur. In vico Sancti *Jacobi* ann. 1477. erat Typographêum. Is vicus à Typographis solebat maximè frequentari (*Histor. Typograph.* Parisiens. p. 95.) è regione Scholæ decretorum habitabant HENR. STEPHANUS (Vide *Promptuar.* MONTHOL. 1520.) & ejus filii ROBERTUS & CAROLUS (vide *Histor.* STEPHANOR.) & COLINÆUS (vide *Histor. Typograph.* Parisiens.)

4 Lege CHEVILL. p. 365, 366. *Dialectica* BURIDANI ann. 1487. habet hos versus:

Parisii Sancti Pons est Michaëlis in Urbe.
Multa illic Ædes: notior una tamen.
Hanc cano, qua sacri Baptistæ fronte notata est:
Hic respondebit Bibliopola tibi.
Vis Impressoris nomen quoque nôsse? Joannis
Carlain nomen ei est: ne pete plura. Vale.

VERARDUS super Pontem vulgò dictum *Nôtre Dame* (ann. 1488.) ædes habuit.

Digitized by Google

Bibl. Latin. (a) fol. . . . . 1486.

PROPHETÆ PRIORES HEBRAICE absque punctis cum Comment. R. David. Kimhi. (b) fol. . . . . Soncini. 1486.

Pſalter. Græc. *per ALEXANDRUM.* (c) 4to. . . . . Venet. 1486.

S. Augustin de la cité de Dieu, en FRANCOIS : *par Jean du PRE' & Pierre GERARD.* (d) fol. . . . . ABBEVILLE. 1486.

Div. Thom. continuum in quatuor Evangelistas : *per Andream de Aſulâ & Thomam de Alexandriâ.* (e) fol. . . . . Venet. 1486.

Libri XXII. Ultimi de Morali di S. Gregorio Volgarizati : *per Nicolo Lorenzo della magna.* Firenze. 1486.

Sanctarum *PEREGRINATIONUM* in montem Syon ad Christi Sepulchrum in Jeruſalem, atque in montem Synai ad divam Virginem & martyrem Katherinam opusculum : *per Erhardum REUWICH de Trajecto inferiori impreſſum.* (f) fol. . . in civitate . Mogunt. 1486.

Breviarium *PAULINI* Florentini. (g) MEMININGÆ. 1486.

Petri *XYMENES* Confutatorium errorum contra claves Eccleſiæ nuper editorum. (h) TOLETI. 1486.

Concordantiæ Bibliorum & Canonum : *per Henricum de Colonià.* (i) fol. . . Bonon. 1486.

Joan.

(a. b) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(c) LONG, *Biblioth. Sacr. In nomine Sanctæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritûs Sancti; excudebat hunc librum ego Alexander ex Chandace urbe Cretæ, filius ſapientiſſimi & celeberrimi Domini Georgii Presbyteri τῦ Ἀλεξάνδρου anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto, menſis Novembris die decimâ quintâ, Venetiis.*

(d) „ Dix premiers livres de Monſeigneur S. Augustin de la cité de Dieu „ translatés par Raoul de Preulles. Imprimé en la Ville d'Abbeville par Jean du „ Pré & Pierre Gerard merchans libraires, „ achevé le XXVIII. de Novembre, l'an „ mil quatre cens quatre vingt & ſix. Les „ ſept derniers livres imprimez par les mêmes à Abbeville, VII. d'Avril, mil quatre cens quatre vingt & ſix, après Pas- „ ques.

(e) *XV. Cal. Mai.*

(f) *XI. Febr.*

(g. h) CAILLE, p. 45.

(i) CAILLE, p. 29.

Digitized by Google

Joan. de *BECTIS* Ord. Carmelit. Expoſitio in Decalogum : *per Ægidium VENDER HEERSTRATEN.* (a) fol. . . Lovan. 1486.

Le *DIALOGUE* du Crucifix & du Pelerin par Guillaume *ALEXIS* : *per Robinet MACE.* (b) . . . . . Pariſ. 1486.

Justiniani Inſtitutiones cum gloſâ : *per Michaelem Wenkler.* fol. . . . . Baſil. 1486.

Abuchare *MUGAMEL* inſignis medici opera : *per Jacobum Britannicum.* (c) fol. . Brixiæ. 1486.

Jo. Michael. *SAVONAROL.* de ægritudinib. à capite ad pedes : *per Andream Bonetis.* (d) fol. . . . . Papiæ. 1486.

SIMON. Senuenſ. clavis Sanationis : *per GULELMUM de TRIDINO de Monteferrato.* (e) fol. . . . . Venet. 1486.

Gaëtani Thienenſis expoſit. in Aristot. de Animâ : *per HENRICUM à SANCTO URSO.* (f) fol. . . . . Vicent. 1486.

Textus Sententiarum : *per Nicolaum KESLER.* (g) fol. . . . . Baſil. 1486.

The lynage of Coot Armuris; & how gentillmen ſhall be knowyn from ungentylmen &c. The blaſyng of all maner armys in Latyn, French & Engliſh. The bokys of hawkyng & huntyng with other pleſuris dyverſe &c. fol. translatyt and compylt togedyr at ſeynt ALBONS. 1486.

Matthæi

(a) CAILLE, p. 31.
(b) CAILLE, p. 62.
(c) CAILLE, p. 43.
(d) CAILLE, p. 40.
(e) CAILLE, p. 23.
(f) CAILLE, p. 39. hunc vocat *Hieronymum à Sancto Viſio.* Neſcio, an erraverim reponens *Henricum à Sancto Urſo*, ut ſcilicet idem ſit, qui imprimebat *Vicentiæ* anno 1488.
(g) *Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, octavo Nonas Martii, non atramentali pennâ cannâve ſed quâdam ingenioſâ arte imprimendi, cunctipotenti aſpirante Deo, in egregiâ urbe Baſileenſi Nicolaus Keiler feliciter conſummavit.*

Digitized by Google

Matthæi *COLACII* cognomento Siculi Calabræ urbis Neocastri civis libellus de verbo *CIVILITATE* & de genere Artis, in Victorinum & Quintilianum; de Rhetoricæ fine; & quædam epistolæ : *per Bernardinum de Novariâ*. 4to. . . . . Venet. 1486.

Book of good manners compoſed by frere Jaques le *GRAUNT* Religious of the order of St. Augustin: *per Caxton*. fol. . . . . 1486.

Leonardi *NOGAROLI* de mundi æternitate liber : *Henricus Librarius Vincentinus impreſſit*. (a) fol. . . . . 1486.

Le Livre des *RURAULX* compoſé par Pierre des Creſcens, & translaté en *FRANCOIS*: *imprimé par JEHAN BONHOMME*. (b) fol. . . . . Pariſ. 1486.

La *FONTAINE* de toutes ſciences du Philoſophe Sydrack: *pour Ant. Verard*. (c) fol. Pariſ. 1486.

IKKARIM per R. Joſeph. Albo. (d) Soncini. 1486.

Ptolom. Geographia Latinè, Nicolao Donis Germano interprete : *per Johannem REGER*. (e) fol. . . . . Ulmæ. 1486.

Joſeph. Antiquit. Ruffino interprete : *per Joannem Vercellenſem*. (f) fol. . . Venet. 1486.

Johan. Simonetæ Commentarii rerum geſtarum à Francisco Sfortiâ Mediolan. Duce : *per Anton. Zarotum*. (g) fol. . . . Mediol. 1486.

Plin. Natur. Histor. (h) fol. . . Venet. 1486.

Cicer.

(a) *Prid. Kal. Febr.*
(b) *XV. d'Octobre. M. CCCC. IIII XX & ſix.*
(c) *XX. de Febr. Mil CCCC. huitante & ſix.*
(d) CHEVILL. p. 265.
(e) *Impreſſ. Ulmæ operâ & expenſis Justi de Albano de Venetiis per proviſorem ſacum Johannem Reger anno* 1486. 12. *Cal. Aug.*
(f) *XXIII. Octob.*
(g) *Novo Kal. Octob.*
(h) *Bibliorth.* BIGOT.

Digitized by Google

Cicer. Libri duo de Inventione cum Franc. Maturantii & Ant. Mancinelli Comment. (a) Venet. 1486.

Aul. Gell. (b) fol. . . . . Venet. 1486.

HOMERI BATRACHOMUOMACHIA Græcè, cum Græcis Scholiis: *per LEONICUM Cretenſem.* (c) 4to. . . Venet. 1486.

Virgil. cum Comment. Servii: *per ANTONIUM Antonium Bartholomei impreſſorum diſcipulum.* (d) fol. . . . . Venet. 1486.

Lucretius cum Argumentis rerum: *per Paulum FRIDENPERGER.* (e) fol. . Veron. 1486.

Ovid. Metamorphoſ. de remed. amor. in Ibin. Faſt. Triſt. Pont. de Pulic. Philomel. Medicam. Faciei. Nuce, Conſol. ad Liv. (f) fol. . Venet. 1486.

Horat. cum comment. Landini: *per BERNARDINUM de Tridino ex Monteferrato.* fol. Venet. 1486.

Catull. cum comment. Parthenii (g); Tibull. cum comment. (h); Propert. cum brevib. elucubration. (i) *per Boninum de Boninis de Raguſiâ.* fol. . . . . Brixiæ. 1486.

Perſius cum notis Joannis Britannici Brixiani: *per Jacobum Britannicum Brixianum.* (k) fol. . . . . Brixiæ. 1486.

Juvenal. cum comment. Georg. Vallæ: *per Anton. de Stratâ Cremonenſem.* (l) fol. . Venet. 1486.

Lucanus

(a) FABRIC. *Supplem. Biblioth. Lat.*
(b) FABRIC. *Biblioth. Lat.*
(c) 22. *April.*
(d) *Menſe Octobri.*
(e) *Paulus hunc impreſſit Fridenperger in Veronâ, Qui genitus eſt in Pataviâ Alamagna Ab incarnatione Chriſti M.CCCC.LXXXVI. Die Vigeſimo octavo Septembris. Calen. Octobris.*
Notandum eſt *Alamagna* hîc poni pro *Alemania* i. e. *Germania*; & *Pataviâ* ſignificare *Paſſaw.* At diei & menſis notationem non intelligo.
(f) FABRIC. *Biblioth. Lat.* pag. 266, 279.
(g) *XI. Cal. Mai.*
(h) *XVIII. Febr.*
(i) *XVII. Cal. April.*
(k) *XVII. Febr.*
(l) *Die VIII. Novembris: Auguſtino Barbarico imperante.*

Digitized by Google

Lucanus cum omniboni Vicentini Commentariis : *per Jacobum Britannicum Brixianum.* (a) fol. . . . . Brixiæ. 1486.

Rudolphi *LANGII* nobilis Weſtphali & Monasteriensis Canonici *CARMINA* : *per Joannem LIMBURGUM.* (b) . . MONASTERII. 1486.

Petrarch. Sonetti è Canzone con interpretatione del Francisc. Philelf. *per Pelegrino di Pasquali e DOMENICO BERTOCHO da Bologna compagni.* (c) fol. . . . . Venet. 1486.

Andreæ *BUTTERII* Cerasiani *GRAMMATICA* Latina: *Elaborata in Officinâ Michaelis Wenkler.* fol. . . . . Basil. 1486.

ALEXANDER Grammaticus cum brevi & utili expositione. (d) fol. . . . Basil. 1486.

Bibl. Latin. (e) fol. . . . . 1487.

Eadem. (f) 4to. . . . . Venet. 1487.

Eadem: *per Nicol. Kesler.* (g) fol. . . Antverp. 1487.

Eadem. (h) fol. . . . . Basil. 1487.

Eadem cum postillis Nic. de Lyrâ, 5. vol. (i) fol. . . . . Noriberg. 1487.

Biblia Gallica: *per Anton. Verard.* (k) fol. Paris. 1487.

Biblia Germanica. (l) fol. . . . Aug. Vind. 1487.

Psalter.

(a) *VI. Non. Maias.*
(b) MALLINKROT. p. 89.
(c) *VIII. April.*
(d) Per eundem, ac præcedens Liber, Typographum, ut ex characteris similitudine conjicio.
(e. f. g. h. i) LONG, *Biblioth. Sacr.*
(k) LONG, *Biblioth. Sacr.*] Vulgò *Bibla Hystoriale* vel *Historiée*, charactere Gothico, ex versione GUIARII *dei* MOULINS cum ejus glossis ex scholasticâ PETRI COMESTORIS historiâ excerptis, & cum prologo JOANNIS DE RELY, cujus operâ hæc editio jussu CAROLI VIII. *Francorum* Regis adornata est & recognita. 2 vol. in folio. *Parisiis*, ANTONII VERARD, anno non indicato, circa annum 1487.
(l) LONG, *Biblioth. Sacr.*

Digitized by Google

Pſalter. Belgicè. (a) 8°. . .	Delph.	1487.
S. CHRYSOSTOM. libri tres de *PROVIDENT.* Latinè : *per Theodoricum Martini.* (b) 4to.	Aloſt.	1487.
S. Augustin. *OPERUM* Vol. *PRIMUM*: *per Johannem TRECHSEL.* (c) fol. .	Lugdun.	1487.
MISSALE ad uſum Eccleſ. Pariſienſis : *per Jo. HAMMANUM de Landoiâ & Jo. EMERICH de Udenhem.* (d) fol. . .	Venet.	1487.
Opus Originale *RUPERTI* Abbatis Tuicienſis de *VICTORIA* Verbi Dei : *per Antonium Sorg civem Augustenſem.* fol.		1487.
JOANNIS Friburgenſis Summa Confeſſariorum : *per Joannem OTHMAR.* (e) .	Reutling.	1487.
	Guidon.	

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(b) *Edit. à fratre Ambroſio Abbate generali ordinis Camaldulen. qui transtulit è Graco in Latinum vitam Sancti Joannis Criſoſtomi, quam dicavit Sigismundo Imperatori: Impreſſ. per me Theodoricum Martini, in oppido Aloſten. Comitatûs Flandria, die XXII. Marcii Anni* 1487. Idem hic THEODORICUS MARTINI excudebat *Aloſti* cum JOHANNE *de Weſtphaliâ* anno 1474. Excudit etiam postea *Antuerp.* 1509. & *Lovan.* 1516. Inſigne habuit ſcutum viti appenſum duabus litteris T. M. ſui nominis initialibus inſcriptum ; ſubjecto ſuo nomine integro *THEODRICI MARTINI* : aliquando ancoram duplicem ſuſpendebat, quæ hanc geſſit inſcriptionem *THEODO. MARTIN. EXCUDEBAT* ; quam hæ cingebant ſententiæ,

H' IEPA ΑΓΚΥΡΑ. *Sacra ancora.*

Sacra hæc ancora non feſellit unquam.
Semper ſit tibi nixa mens honeſto.
Ne tempeſtatum vis auferat, ancora ſacra,
Quò mentem figas, eſt jacienda tibi.

ἐν ὕσῳ ἀκλόνητα.
Πολλάκις ἐν ὅσῳ κρατεῖν τὴν ναυηγεῖ.

(c) CAILLE, p. 40.

(d) CAILLE, pag. 23. & CHEVILL. p. 112.] „ Meſſieurs de l'Egliſe de *Paris* „ firent imprimer leur Meſſel à *Veniſe* l'an„ née 1487. Il y a de l'apparence, que c'eſt „ la premiere impreſſion, qui en fut faite. „ —— Je n'ai point pû decouvrir, où on „ gardoit cette ancienne Impreſſion du Mes„ ſel de *Paris*; mais il eſt bien certain, qu'el„ le eſt dans cette Ville, puiſque l'Univer„ ſité dans le *Recueil d'Actes* imprimé *in* 4to. „ l'année 1652. dont nous parlerons dans „ les Chapitres premier & cinquiéme de la „ quatriéme Partie, cite cette Edition, & „ rapporte ces termes du commencement „ & de la fin. [*Incipit Miſſale ſecundum „ uſum Eccleſia* Pariſienſis. . . . . *Ad „ laudem Dei omnipotentis ejuſque intemera„ te genetricis & Virginis, in cujus honorem „ fundata eſt Sacra Eccleſia* Pariſienſis, *to„ tiuſque Curia cœleſtis*, &c. *Aſſum & „ completum extat arte Impreſſoriâ in* Ve„ netiarum *preclarâ Urbe*, &c. *Impreſſoribus quidem* Jo. Hammani de Landoia & Jo. Emerich de Udenhem *anno Domini* „ 1487. *die* 10. *menſis* Novemb.]

(e) CAILLE, p. 26.

Digitized by Google

Guidon. de Monte-rocher. Manipulus curatorum: *per Petrum LEVET.* (a) 4to. . Pariſ. 1487.

Boet. de Conſolat. Philoſophic. & de Scholarium disciplinâ, cum Comment. Thom. de Aquin. fol. . . . . 1487.

JOANNES Magistri *QUÆSTIONES* ſuper totâ philoſophiâ naturali: *per Bonetum LOCATELLUM expenſis Octaviani Scoti.* (b) 4to. . . . . Venet. 1487.

Summæ Anthonini Archi-præſulis Florentini pars prima: *operâ ac impenſis Petri Drach Conſularis Spirenſ. Civitatis.* (c) fol. . . . . 1487.

Joannis *BURIDANI* Summula de Dialecticâ: *per Joannem CARCHAGNI.* (d) fol. . Pariſ. 1487.

Quodlibeta Guillermi Holkam minoritæ: *per Petrum RUBEUM impreſſorem Regium.* 4to. Pariſ. 1487.

Johannis *SERMONETÆ* disputata: *per Uldericum Scinzenzeler.* (e) fol. . . . Mediolan. 1487.

Tho. à Kemp de Imitat. Christi: *per Andr. Frisner de Wunſidel & Joan. Senſenſchmid.* (f) Noriberg. 1487.

Mich. Savonarol. medici opus de *PULSIBUS*, urinis &c. *per Henricum de Harlem & Joannem WALBECH.* (g) fol. . . Bonon. 1487.

PETRI de Abbano & *ARNALDI* de Villâ novâ tractatus de Venenis: *per Matheum Cerdonis.* (h) 4to. . . . . 1487.

Barthol. *MONTAGNAN.* de urinarum judiciis: *per Matthæum Cerdonis de Windiſchgrez.* (i) 4to. . . . . Paduæ. 1487.

Plin.

(a) Caille, p. 64.
(b) 3. *Cal. Jun.*
(c) *M. CCCC. Octuageſimo ſeptimo. Kaland. Octob.*
(d) Caille, p. 63.
(e) *XXII. Novemb.*
(f) Caille, p. 28.
(g) Caille, p. 29.
(h) *Per Matheum Cerdonis de Windiſchgretz* t. 4. 8. 7. *die* 18. *Decemb.*
(i) Caille, p. 31.

Digitized by Google

Plin. Natur. Histor. *per Martinum Saracenum.* (a) fol. . . . . Venet. 1487.

Valer. Maxim. cum Omniboni Leoniceni interpretatione: *per Leonardum Pachel & Uldericum Sinſcenceler Theutonicos.* (b) fol. . . Mediola. 1487.

Valer. Maxim. cum comment. Oliv. Arzignan. *arte & impenſis Joannis Forlivienſis Gregoriiq; fratrum.* (c) fol. . . . . Venet. 1487.

M. Anton. Sabellici Decades rerum Venetarum: *arte Andreæ de Toreſanis de Aſulâ.* (d) fol. Venet. 1487.

Cicer. de Divinat. (e) fol. . . . Venet. 1487.

Cicer. Epistol. Famil. cum comment. Hubertin. Clerici Creſcentinatis. fol. . . Venet. 1487.

Joannis Jacobi Canis pro Jurisconſultorum collegio in adventu Petri Barocii Episc. Patavini *ORATIO* habita Paduæ. (f) 4to. . . . . 1487.

Antonii *URSATI* in adventu Petri Barocii ad populum *CONGRATULATIO.* (g) fol. habita in gymnaſio . . . Patavino. 1487.

Terent. cum comment. Donati & Calphurnii: *per Andream de Paltaſcichis Catarenſem.* (h) fol. . . . . Venet. 1487.

Ovid. Epistol. cum comment. Volſci; Sapph. & Ibis cum comment. Domitii: *per BARTHOLOM. de ZANIS de Portеſio.* (i) fol. . Venet. 1487.

Tibull. cum comment. *per Andream de Paraſcischis Catarenſem.* (k) fol. . . . Venet. 1487.

Catull. cum comment. Anton. Parthenii Laſcii Veronenſis. (l) fol. . . . Venet. 1487.

Juvenal.

(a) *Die XIIII. Maii: regnante Auguſtino Barbarico.*
(b) *Die 7. Maii.*
(c) *VIII. Martii.*
(d) *XXI. Madii.*
(e) FABRIC. *Biblioth. Lat.*
(f) *Habita die XXV. Junii.*
(g) *Habita ſecundo Kal. Julii.*
(h) *V. Id. Novemb.*
(i) *XXIIII. Novemb.*
(k) 18. *Cal. Jan.*
(l) FABRIC. *Biblioth. Lat.*

Digitized by Google

Juvenal. cum comment. Calderini : *per Bartholom. de Zanis de Portesio.* (a) fol. . . . Venet. 1487.

Michaëlis *VERINI* Florentini Disticha Moralia. (b) . . . . . Florent. 1487.

BAPT. MANTUANI carmen contra poëtas impudicè loquentes. (c) 4to. . . . Rom. 1487.

Bartholom. *PAGANELLI* Prignani Mutinensis poema de vitâ quietâ : *per Albertum de Mazalibus* (d) 4to. . . . . Rhegii. 1487.

Il commento delli triumphi del Petrarcha composto per il philosopho Bernardo de monte Illicinio da Siena : *per Bernardino da Novara.* (e) fol. . . . . Venet. 1487.

Gli libri del Cecho Asculano : *per Bernardinum de Novaria.* (f) 4to. . . . . Venet. 1487.

Catholicon Frat. Johannis Genuensis : *per Hermannum Liechtenstein.* (g) fol. . . Venet. 1487.

Biblia HEBRAICA cum punctis : *per ABRAHAM fil. Rabb. Hhaiim.* (h) fol. . Soncini. 1488.

Psalter. Latin. *per Petrum Levet.* (i) 4to. . Paris. 1488.

Psalter. cum Hymnis secundùm Curiam Romanam: *per THEODORUM de RAGAZONIBUS.* (k) 4to. . . . . Venet. 1488.

Aurea

(a) 3. *Octob.*

(b) Fabric. *Supplem. Biblioth. Lat.* p. 290.] Ejus disticha moralia viderunt lucem *Florent.* A. 1487. quo ipso ille diem obiit.

(c) *Die XX. Octobris.*

(d) *XI. Cal. Sept.*

(e) *a di XVIII. Aprile.*

(f) *XVIIII. Decemb.*

(g) 7. *Cal. Decemb.*

(h) Chevill. pag. 265. Long, *Biblioth. Sacr.*] Ad calcem Pentateuchi leguntur hæc verba : *Et absolutum est opus ministerii, Viginti quatuor, sapiens ad docendum legem in Israel excellens & Illustris Josua Solomo (videat semen, producat dies vitæ, amen) filius illustris sapientissimi Israel Nathan, feriâ tertiâ XI. mensis Iiar anno* בכח *juxta minorem supputationem, manu minimi in familiâ suâ, fidelis chalcographi, Abraham F. illustris Rabbi Hhaiim Salitis memoria, ex viris piis terra Pisauri Bononiæ, impressum opus Soncini.*

(i) Long, *Biblioth. Sacr.*

(k) *XXVI. Septemb.*

Digitized by Google

Aurea Hymnorum expoſitio : *per Petrum Levet.* (a) 4to. . . . . Pariſ. 1488.

Opuſculum Thomæ Aquinatis de Eſſe ac Eſſentiâ : *impreſſione Joannis Lucilii Santriter de fonte Salutis, & HIERONYMI de Sancti Venesi Sociorum, impenſis Francisci Bolani patritii.* (b) 4to. . . . . Venet. 1488.

Dialogo de Sto. Gregorio Papa: *impreſſo per maestro Justo.* (c) fol. . . . . in GAIETA. 1488.

S. Thom. Opuscula castigata & correcta per P. Soncinatem Ord. Præd. *per BENIGNUM & Joannem Antonium de Bonaſo fratres.* (d) fol. Mediolan. 1488.

ROSARIUM Virg. Mar. *per Janon. CARCAIGNI.* (e) 4to. . . . . Lugduni. 1488.

Comment. Tho. de Valois in S. Augustin. de Civit. Dei. (f) . . . . . TOLOSÆ. 1488.

Augustin. de Civit. Dei, cum Comment. Tho. Valois & Nicol. Triveth : *per Joannem Weſtfal.* (g) fol. . . . . Lovan. 1488.

OBSEQUIALE ſive Benedictionale Eistetenſe: *per Michaëlem REISER.* (h) . *EISTETÆ.* 1488.

Gabrielis *BIEL* expoſitio Canonis Miſſæ : *per Fredericum MEYNBERGER.* (i) 8vo. *TUBINGÆ.* 1488.

DIRECTOIRE de la Conſcience par l'Evêque de Cavaillon. (k) fol. . . . . à Lyon. 1488.

Jacobi de Voragine liber Sanctorum ac Festorum. (l) 4to. . . . . Venet. 1488.

Divæ

(a) *IX. Decemb.*
(b) *XIX. Cal. Mart.*
(c) *M. CCCC. Octanto Octo. XXIIII. de Marzo.*
(d) CAILLE, p. 32.
(e) CAILLE, p. 40.
(f) CAILLE, p. 46.
(g) *Impreſſ. in almâ Univerſitate Lovaniensi, quæ Brabantiam haud parum præ ceteris ornatam reddit ; ingenio ac industriâ Joannis Weſtfalensis. Anno M. CCCC. LXXXVIII. XIIII. Kalendas Octobris.*
(h. i) CAILLE, p. 46.
(k) 20me, *de May.*
(l) 3 *Nov. Nov.* Quamvis Typographi nomen non adjiciatur, facile eſt OCTAVIANUM SCOTUM *Mediolanenſem* conjicere ex ſymbolicâ ejus notâ cum initialibus ſui nominis litteris O S M

Divæ *CASSANDRÆ* Fidelis Virginis Venetæ Epistolæ : *diligentiâ Lucillii Santriter Helbronenſis.* 4to. . . . . 1488.

Joannis Gerſon Cancellarii Pariſienſis liber de imitatione Chriſti, & de contemptu omnium Vanitatum mundi : *arte atque impenſis Erhardi Ratdolt viri ſolertis.* 4to. . . . . Augustæ. 1488.

Opus Pandectarum medicinæ : *per Martinum Saraceni.* (a) fol. . . . . Venet. 1488.

SALADINI medici compendium Aromatariorum : *per BENEDICTUM HECTORIS Bononienſem.* (b) fol. . . . . Bonon. 1488.

Boët. de Conſolat. Philoſoph. cum comment. & Gerſon. de Conſolat. Theolog. *per Joannem Koelhoff de Lubeck Coloniæ civem.* (c) fol. . . . . 1488.

Boetii Arithmetica : (d) 4to. *impreſſa per Erhardum Ratdolt viri ſolertiſſimi eximiâ induſtriâ & mirâ imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc excellet nominatiſſimus* —— . . . . Augustæ. 1488.

Alexandri Aphrodiſii *PROBLEMATA* Georg. Vallâ Placentino interprete ; Ariſtotelis *PROBLEMATA* Theodoro interprete ; & Plutarchi *PROBLEMATA* Joanne Petro Lucenſi interprete à Calphurnio emendata : *per Antonium de Stratâ Cremonenſem.* (e) fol. . . . . Venet. 1488.

Albert. Magn. *COMMENT.* in lib. *PHYSICOR. per Johannem de Forlivio.* (f) fol. . Venet. 1488.

Ariſtot. *ETHIC. GALLICE.* (g) fol. . Pariſ. 1488.

Apulcii opera : *per Henricum de Sancto Urſo.* (h) fol. . . . . Vicent. 1488.

Premier

(a) CAILLE, p. 23.
(b) CAILLE, p. 29.
(c) *Ipſo die beati Johannis Chryſoſtomi.*
(d) *Menſis Maii die Vigeſimâ.*
(e) *III. Non. Januarii.*
(f) CAILLE, p. 23.

(g) *VIII. de Septembre, mil CCCC quatre vingt & huitt ſur le pont Notre Dame à l'image de St. Jehan l'Evangeliſte.* Hinc ANTONIUM VERARD ſine dubio conjicio.
(h) *Die nonâ Auguſti.* cum Epiſtolâ JOANNIS ANDREÆ Epiſcopi *Hylarienſis* (ſic

Premier Volume de la *FLEUR* des *HISTOIRES* : *par Pierre le Rouge imprimeur du Roy*. (a) fol. . . . . Paris. 1488.

Tierce partie de Lancelot du Lac ; compilé par Gaultie Map : *imprimé par Jehan du Pré*. (b) fol. . . . . Paris. 1488.

Roman du Roy Artus & des compagnons de la table ronde : *ce preſent & premier Volume a été imprimé en l'hôtel de Gaillard le Bourgois par Jehan le* BOURGOIS. (c) fol. . . . ROUEN. 1488.

PEREGRINATION de oultre mer en terre ſaincte par frere Nicole le Huen : *imprimé par Michelet* TOPIE *de Pimont & Jacques* HEREMBERCLE *d'Alemagne*. (d) fol. . à Lyon. 1488.

Joannis *ANGELI* artium liberalium magiſtri opus Aſtrolabii plani : *per Erhard. Ratdolt*. (e) 4to. . . . . Aug. Vind. 1488.

Rufi Feſti Avieni Interpret. Phœnomen. Arat. & Dionyſ. de ſitu Orb. & deſcript. Oræ Maritimæ ; item Arati interpret. per Germanic. & Cicer. & Seren. de Medicin. *arte Antonii de Strata Cremonenſis*. (f) 4to. . . . Venet. 1488.

COMMENTAIRES de Ceſar translatés par Robert Gaguin (g) fol. . . . . 1488.

L'Art de *CHEVALERIE* ſelon Vegece : *par Ant. Verard*. (h) fol. . . . Paris. 1488.

Valer.

(ſic falſò vocatur pro *Alerienſis*) ad BESSARIONEM Cardinalem editioni olim *Romanæ* 1469. præfixâ ; in quâ ANDREÆ verba hæc de PLINIO majore habentur. — *C. Plinium difficillimum illum omnium, qui ſcripſerunt, propter mendas Auctorem, quem in præſentiâ cum meo Theodoro Gazâ eruditiſſimo in manibus teneo, vel mediocriter abſolvam* —— Hâc APULEII *Vicentinâ* 1488 uſus eſt PRICÆUS in ſuâ Metamorphoſeôn editione.

(a) *Mil CCCC IIIIxx & VIII. au mois de Juillet.*

(b) *Mil CCCC IIIIxx & VIII. XVI. de Septemb.*

(c) *L'an mil CCCC. IIIIxx & huict. XXIIII. de Novemb.* (d) 28. *Novemb.*

(e) *Erhardi Ratdolt Auguſtenſis viri ſolertis eximiâ induſtriâ & mira imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc Auguſtæ Vindelicorum excellet neminatiſſimus. 27. Cal. Nov.*

(f) *Octavo Cal. Nov. Victore Piſano recognitore.*

(g) *l'An Mil CCCC. Octante VIII.*

(h) *XXVI. de Juing, mil CCCC. quatre vings & huit.*

Valer. Max. cum interpretatione Oliverii Arzignanenſis : *arte & impenſis Bernardini de Benaliis.* (a) fol. . . . . Venet. 1488.

Cicer. Epistol. Familiar. cum comment. Hubertini Clerici Creſcentinatis : *per BERNARDINUM de CORIS Veronenſem.* (b) fol. Venet. 1488.

Cicer. Philippic. cum enarrationibus Franciſci Maturantii Peruſini : *per Henricum de Sancto Urſo.* (c) fol. . . . . Vicent. 1488.

Homeri *OPERA OMNIA* Græcè : *labore & industriâ DEMETRII Mediolanenſis Cretenſis ſumptibus BERNARDI & NERII TANAIDIS NERILII Florentinorum.* (d) fol. . Florent. 1488.

Propert.-cum comment. Volſci : *per Andream de Paraſciſchis Catarenſem.* (e) fol. . . Venet. 1488.

Martial. cum duob. comment. (f) fol. Venet. 1488.

Juvenal. & Perſ. cum not. Calderin. (g) fol. Venet. 1488.

SIDON. APOLLIN. cum comment. (h) fol. . . . . Mediolan. 1488.

EPISTOLARUM proponendarum *IMITATIONES* Lovanii in collegio Lilii editæ ac emendatæ à Carolo Viruli : *per magrm Guill'm Regis.* (i) fol. . . . . Lugduni. 1488.

Baptistæ Mantuani *PARTHENICE*, Bononiæ edit. III. Id. Febr. M. CCCC. LXXXI. *Impreſſ. caſtigatiſſimè curâ Cæſaris de Nappis, impenſâ Benedicti Hectoris librarii, operâ PLATONIS diligentiſſimi impreſſoris Bononienſium.* (k) 4to. . . . . Bononiæ. 1488.

Bartho-

(a) *VIIII. Nov.*
(b) *V. Decemb.*
(c) *VIIII. Junii.*
(d) *Nono Decemb.*
(e) *Kal. Febr.*
(f. g) *Biblioth.* Adr. Pauw.
(h) *Biblioth.* Wittiam. pag. 71. At Fabricius *Biblioth. Lat.* p. 635, 636. ſcribit lucem adſpexiſſe Sidonii Carmina & Epistolas *Mediolani* primùm ann. 1498.
(i) *Die prim. Jul. milleſimo CCCC. octuageſimo octavo.*
(k) *XVI. Cal. Nov.*

Digitized by Google

Bartholom. Paganelli Prignani Mutinenſis *ELEGIÆ*: *per Dominicum ROCOCIOLAM.* (a) 4to. . . . . *MUTINÆ.* 1488.

Sonetti di Petrarcha con la interpretatione di Francesco Philelfo: *per Bernardino da Novara.* (b) fol. . . . . Venet. 1488.

Triumphi del Petrarcha con expoſition. Bernardo da monte Illicinio da Siena: *per Pelegrino di Pasquali e Domenico Bertocho da Bologna compagni.* (c) fol. . . . . Venet. 1488.

Francisci Philelfi Epistolarum libri ſedecim: *ſtudio & diligentiâ Joannis RUBEI.* (d) fol. Venet. 1488.

Francisci Nigri *OPUSCULUM* ſcribendi epistolas: *arte & impenſis Hermanni Liechtenſtein Colonienſis.* (e) 4to. . . . . Venet. 1488.

DIONYSII Novarienſis *COMM.* Ling. Lat. (f) fol. . . . . 1488.

VARILOQUUS compilatus per Johannem *MELBER*: *per Johannem PRUS.* 4to. . Argent. 1488.

Jo. Sulpicii Verulani de 8. partib. Orat. libellus. 4to. . . . . Venet. 1488.

Lascaris Grammatica Græca interpretata per Joannem monachum Placentinum: *per Leonardum de Baſileâ.* (g) 4to. . . . Vicent. 1488.

Prisciani opera: *per Georgium ARIVABENUM Mantuanum.* (h) fol. . . Venet. 1488.

Nestoris Dionyſii Vocabularium: *per Gulielm. de Tridino.* —— fol. . . . . 1488.

Bibl.

(a) *VII. Octobr.*
(b) *à die XII. Zugno, imperante Auguſtino Barbadico.*
(c) *VIII. Aprile.*
(d) *XXVIII. Januar.*
(e) *Nonis Februariis.*
(f) *Biblioth.* BERNARD.
(g) CHEVILL. pag. 236.] 18. *Kal. Julii.*
(h) CAILLE, p. 23.

Digitized by Google

Bibl. Latin. *impenſ. Octaviani Scoti.* (a) fol. Venet. 1489.

BERACHOT & BEITZA. (b) . Soncin. 1489.

S. Augustin. *EXPLANATIO PSALMORUM: per Johannem de Amerbach.* fol. . Baſil. 1489.

Liber expoſitorius totius Bibliæ, ac aliorum, quæ in Eccleſiâ recitantur, qui Mammotrectus appellatur. fol. . . . . Argent. 1489.

Rob. *HOLCOT* in Librum Sapientiæ. (c) 4to. . . . . 1489.

Miſſale ad uſum Eccleſ. Pariſienſis : *per Guiielm. CARON, Joan. BELIN, & Joan. Dupré.* (d) fol. . . . . Pariſ. 1489.

Breviarium Argentinenſe : *impreſſ. per Johan. REYNARDUM aliàs de Grunynger.* 8vo. . . . . 1489.

Jo. Nyder. manuale confeſſorum : *per Jo. Bonhomme.* (c) 4to. . . . . Pariſ. 1489.

Guid. de Monte rocher. manipulus curatorum : *per Philippum PIGOUCHET.* (f) 4to. . Pariſ. 1489.

Guillermi Pariſienſ. Epiſc. liber ſuper ſeptem Sacramentis : impreſſ. per Johannem Bonhomme librarium Univerſitat. Pariſienſ. 4to. . Pariſ. 1489.

Idem : *impreſſ. per Georgium Mittelkuf prope parvum pontem in interſignio argenteæ clavis.* (g) 4to. Pariſ. 1489.

BONAVENTUR. Cardin. *DIALOGUS* hominis interioris reſpondentis & animæ quærentis: *in campo Gaillardi per Guidonem Marchant.* (h) 4to. . . . . Pariſ. 1489.

JOHAN-

(a) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(b) CHEVILL. p. 265.] Deux traitez du Talmud.

(c) 21. *Octob.* CHEVILL. p. 98. hunc Librum impreſſis à GERING & REMBOLT annumerat.

(d) CHEVILL. p. 111. Sed CAILLE, pag. 66 per DUPRE' ſolum.

(e) CAILLE, p. 63. & *Biblioth.* MAZARIN.

(f) CAILLE, p. 66.

(g) *In Vigiliâ Sancti Mathei.*

(h) *Anno milleſ. quadringe. octuageſimo. die duodecimâ Martii.*

Digitized by Google

JOHANNIS de Sancto Geminiano Sermones funebres : *per Johannem CLEIN Alemanum.* (a) 4to. . . . . Lugduni. 1489.

Opus perutile Sermonum Dominicalium totius anni Theſaurus novus nuncupatus : *per Martin. Flach.* fol. . . . . Argent. 1489.

Johannis *ESCHUID* viri Anglici ſumma *ASTROLOGIÆ* : *operâ & curâ Joannis Lucilii Sanctiter Helbronenſis Germani, impenſis Francisci Bolani eloquentiſſimi olim viri Candiani patritii Veneti.* (b) fol. . . . . Venetiis. 1489.

COMPILATIO LEUPOLDI Duc. Auſtriæ filii de Astrorum Scientiâ : (c) 4to. *Erhardi Ratdolt Augusten. Viri ſolertis eximiâ induſtriâ & mirâ imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc excellit nominatiſſimus* —— . . . Augustæ Vindelii. 1489.

ALBUMASAR de magnis conjunctionibus & annorum revolutionibus : *per Erhard. Ratdolt.* (d) 8vo. . . . . Aug. Vindel. 1489.

COMMUNILOQUIUM ſive ſumma collationum Joannis Gallenſis. (e) fol. . . Argentin. 1489.

Fr. Baptistæ *TROMALAM* Ord. Min. Roſella caſuum : *per Joannem ANTONIUM de BIRRETIS & FRANCISCUM de GYRARDONGHIS.* (f) 4to. . . Papiæ. 1489.

SUMMA Joannis de Turre-crematâ : *per Eucharium Silber aliàs Franck Alemanum.* (g) fol. . . . . Rom. 1489.

Hiero-

(a) CAILLE, p. 41.
(b) *Non. Jul.*
(c) *Quinto Id. Jan. M. CCCC. LXXXIX. currente.* Hanc editionem ERHARDUS RATDOLT ipſe dedicat : *Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Udalrico de Fronsperg Pontifici Tridentino Erhardus Ratdolt Augusten. impreſſor ſalutem p. dicit.*
(d) *Magistri Johannis Angeli viri peritiſſimi diligenti correctione, Erhardique Ratdolt viri ſolertis eximiâ induſtriâ & mirâ imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc Augusta Vindelicorum excellit nominatiſſimus: pridie Kal. Aprilis.* 1489.
(e) *Finita in die Sancti Urbani.*
(f) CAILLE, p. 40.
(g) CAILLE, p. 18.

Digitized by Google

Hieronymi *MANFREDI* centiloquium de medicis & infirmis : *Hoc opus exactum per BACIELIERIUM cognomento de Bacielieriis Felfineum civem.* (a) 4to. . . . Bonon. 1489.

Lombardi Sententiæ cum concluſionibus Henrici *GORICHEM : impenſis & operâ Nicolai Keslers civis Baſikeenſis.* (b) fol. . . . . 1489.

MARTIN. Magiſt. de Fortitudine : *per Wolfgangum HOPYL Alemanum.* (c) fol. . Pariſ. 1489.

Aristot. *POLITIC.* & OEconomic. Gallicè : *par Ant. Verard.* (d) fol. . . . Paris. 1489.

MENSA PHILOSOPHICA. 4to. *opus impreſſum* . . . . . Heidelberg. 1489.

Philoſophia Naturalis Joannis *VERSORIS* philoſophi : *per Matthiam HUSM Alemanum.* Lugdun. 1489.

Jo. Buridan. Quæstiones in libros Ethic. *per Durandum GERLIER.* (e) fol. . . Pariſ. 1489.

NICOLAI de Orbellis Logic. Summula unà cum textu Petri Hispani cum aliis quibusdam : *impreſſ. per Bernardinum de Choris de Cremonâ & Simonem de Luero.* (f) fol. . . . Venet. 1489.

A book of X̄pyne of Pyſe drawn out of Vegecius de re militari. (g) fol. . . . . 1489.

Le Chevalier deliberé en la mort du Duc de Bourgogne : *par Michel le NOIR.* (h) 4to. Paris. 1489.

Pompon. Læti compendium Historiæ Romanæ : *per Bernardinum Venetum.* (i) 4to. . Venet. 1489.

Deſi-

(a) *XII. Cal. Decemb.*

(b) *Anno poſt milleſim^o. quatérque centeſ^o. octogeſ^o. nono. Tert. Cal. Decemb.*

(c) CAILLE, p. 65.

(d) *VIIII. d' Aouſt, mille quatre cens quatre vings & neuf, par Antoine Verard demourant à Paris ſur le Pont Nostre Dame à l'image St. Jehan l'Evangeliste.*

(e) CAILLE, p. 65.

(f) *7. Novemb.*

(g) *Translated from French into Engliſh by the Command of Henry VII. XXIII. of January the IIII. year of his reign by Will. Caxton : which translation was finiſhed the VIII. of July the ſame year, and emprynted the XIIII. of July next following.*

(h) CAILLE, p. 64.

(i) *XXIII. April.*

Digitized by Google

Desiderii *SPRETI* de amplitudine Urbis Ravennæ : *per Matthæum CAPCASAM Parmensem.* (a) 4to. . . . . Venet. 1489.

Imperatorum Romanorum Vitæ à Julio Cæsare ad Numerianum ex variis Scriptoribus : *per Bernardum Novariensem.* (b) fol . . Venet. 1489.

NUPTIÆ illustrissimi Ducis Mediolani, Stephano Dulcinio authore : *per Anton. Zarotum.* (c) 4to. . . . . Mediol. 1489.

Auctores cum glossâ octo libros subscriptos continentes, videlicet Catonis, Theodoti &c. *per Johannem Dupré.* (d) 4to. . . . Lugduni. 1489.

Cicer. de Oratore ad Herenn. cum comment. *per Ulder. Scinzenzeller.* (e) fol. . . Mediola. 1489.

Virgil. Bucol. Georg. Æneid. cum comment. Servii, Donati, Landini & Calderini; Veggei lib. 13. Æneid. Catalecta, Priapeia, Eleg. in Mecænat. obitum, Coppa, est & non, vir bonus, Rosæ, Culex, Diræ, Ætna, Ciris, Moretum, cum comment. Calderini : *per Georgium Arrivabenum.* (f) fol. . . . . Venet. 1489.

Ovidii opera : *impensâ & operâ LUCANTONII Florentini à Matheo Capcasâ Parmensi accuratissimè impressa.* (g) fol. . . . . 1489.

Manilii Astronomicon, P. Stephano Dulcinio emendante : *per Anton. Zarot.* (h) . . Mediola. 1489.

Aul. Gell. *per Bernardinum de Choris de Cremonâ & Simonem de Luero.* (i) fol. . . Venet. 1489.

Baptist.

(a) 4to. *Septemb.*
(b) *Kal. Octobr.*
(c) *Operâ & impensâ spectabilis Viri D. Jo. Antonii Corvini de Arretio vir in hâc re ingeniosissimus Antonius Zarotus Parmensis impressit Mediolani M. CCCC. LXXXVIIII. Idib. Aprilib.*
(d) CAILLE, p. 41.
(e) *X. Febr.*
(f) *Quinto Quintil.*
(g) *Prid. Cal. Jan.*
(h) *5. Id. Sept.*
(i) *Die XIII. Aug.*

Digitized by Google

Baptiſt. Mantuani de *CALAMITATIBUS* ſuorum temporum libri : *impreſſi ſolerti animadverſione Franciſci Cereti Parmenſis, impenſis Benedicti Hectoris Bibliopolæ Platoniſque ejusdem Impreſſoris civium Bononienſium.* (a) 4to. . . Bonon. 1489.

CLAUSULÆ Epistol. Ciceronis. (b) fol. à *SIENNE.* 1489.

Franciſci ars Epistolandi : *per Girardum Leeu.* (c) 4to. . . . . Antverp. 1489.

Sulpicii Verulani libellus de 8. partibus orationis; Donati de figuris opusculum; Verulani de componendis epistolis, de ſcanſione & ſyllabarum quantitate: *per CHRISTOFORUM de PENSIS de Mandello.* (d) 4to. . . Venet. 1489.

Marſ. Ficin. de *TRIPLICI VITA.* (e) 8vo. . . . . in agro CAREGIO. 1489.

Bibl. Latin. Gothicè, correcta per Stephanum Pariſetti : *per Jacobum MALIETI.* (f) fol. . . . . 1490.

Bibl. Germanica. (g) 4to. . . Auguſt. 1490.

Eadem. (h) 4to. . . . . Noriberg. 1490.

Pentateuch. Hebr. & Chald. absque punctis, cum comment. Raſi. (i) 4to. . . . . 1490.

JAD HASAKA Rambam. (k) fol. . Soncini. 1490.

Lactant. *per Theodorum de Ragazonibus de Azuld.* (l) fol. . . . . Venet. 1490.

S. Hieron. Epistolæ : *per BERNARDINUM de RENATIS.* (m) fol. . . . Venet. 1490.

Sermo-

(a) *Cal. April. regnante Joanne Bentivolo ſecundo.*
(b) CAILLE, p. 47.
(c) CAILLE, p. 46.
(d) *IIII. April.*
(e) *XVI. Septemb.*
(f. g. h. i) LONG, *Bibliogr. Sacr.*
(k) CHEVILL. p. 265.
(l. m) CAILLE, p. 23.

Digitized by Google

Sermones D. Augustini ad Heremitas : *per Bernardinum RIZUM de Novariâ.* 8vo. .	Venet.	1490.
S. Augustin. de Civit. Dei, cum not. Nicol. de Triveth. (a) fol.	Basil.	1490.
S. AMBROS. opera : *per Leonardum Pachel.* (b) fol.	Mediol.	1490.
S. EPHREM opera : *per Jacobum Britannicum.* (c) fol.	Brixiæ.	1490.
PASSIONALE Christi : *per Jacobum ARNOLLET.* (d)	Genevæ.	1490.
Opus *TRIPERTITUM* : *per Petrum MARESCHAL.* (e)	Lugd.	1490.
USUARDI MARTYROLOGIUM ad usum Ecclesiæ Parisiensis : *per Guidonem Mercatorem.* (f) fol.	Paris.	1490.
Machabri chorea versibus Alemanicis edita, & à Petro Desrey Tricatio emend. *per Guid. Mercatorem pro GODEFRIDO de MARNEF.* (g) fol.	Paris.	1490.
Opuscula S. Thomæ de Aquino : *ingenio & impensâ Hermanni Lichtenstein Colonienſis.* (h) 4to.	Venet.	1490.
ALEX. HALENS. Summa universæ Theologiæ : *per Joh. Ant. de Bivetis & Franc. Girardengum.* fol.	Papiæ.	1489. 1490.
CONTEMPLATIONES Joan. Cardin. de Turre crematâ : *per Steph. Planck.* fol.	Romæ.	1490.
TRACTATO de la Patientia compilato dal compositore Spechio di croce : *impress. per Dionysio de Bertocho da Bologna.* (i) 4to. . .	Venet.	1490.

PE-

(a) *Biblioth.* ADR. PAUW.
(b) CAILLE, p. 32.
(c) CAILLE, p. 43.
(d) CAILLE, p. 42.
(e) CAILLE, pag. 41.] „ contenant „ trois Traitez, *des Commandemens de Dieu, „ de la Confession*, & *l'Art de bien mourir*, „ traduit de JEAN GERSON.
(f. g) CAILLE, p. 66.
(h) *VII. Idus Septembris, Augustino Barbadico Venetiarum principe.*
(i) *a dì XX. de Decembrio.*

Digitized by Google

PETRI de Aliaco Cardinalis Cameracenſis *CONCORDIA* Astronomiæ cum Theologiâ & Historicâ narratione : (a) 4to. *Johannis Angeli correctione Erhardique Ratdolt mirâ imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc excellit nominatissimus* . . . . . Auguſt. Vindel. 1490.

SUMMA ANGELICA authore Angelo de Clavaſio : *per Theodoricum Martinum Alostanum.* (b) . . . . . Alosti. 1490.

Liber de medicinâ Averrois : *per Joannem de Forlivio & Georgium fratrem.* (c) fol. . Venet. 1490.

La *CHIRURGIE d'ALANFRANC* trad. du Latin par Guillaume Yvoire : *par Jean de la FONTAINE.* (d) 4to. . . . . Lyon. 1490.

PETR. de *APONO CONCILIATOR* differentiarum philoſophorum, & præcipuè medicorum : *per GABRIELEM de GRASSIS.* (e) fol. . . . . Papiæ. 1490.

Galeotti *MARCII* Narnienſis Liber de Homine, cum Georg. Merul. in Galeot. & rurſus Galeotti refutatione objectorum : *impreſſ. per PHILIPPUM de Montegatiis impenſis Presbyterorum Andreæ LELII & Francisci TANTII.* (f) fol. . . . . Mediola. 1490.

Præclarum opus Valesci de Tharanta medici, quod PHILONIUM dicitur : *per Joan. Trechſel.* (g) fol. . . . . Lugd. 1490.

Faſciculus temporum : fol. . . . Venet. 1490.

Supplementum Chronicarum : *per Bernardum Rizum de Novariâ.* (h) fol. . . . Venet. 1490.

(a) 4. *Nonas Januarii.*

Erhardi Ratdolt fœlicia conſpice ſigna,
Tentata artificem, quâ valet ipſe, manum.

(b) MALLINKROT. p. 89.
(c) CAILLE, p. 23.
(d) CAILLE, p. 41.
(e) CAILLE, p. 40.
(f) *Tertio decimo Calendas Decembres.*

(g) CAILLE, p. 40. A la fin duquel ſont ces rimes:

„ Laus & honor ſint noſtro Creatori,
„ Qui finem impoſuit præſenti labori:
„ Completum eſt Philonium juſſu Salva-
„ toris;
„ Liber utiliſſimus & magni valoris.

(h) *Decimo quinto Madii regnante inclito duce Augustino Barbadico.*

Joh.

Digitized by Google

Joh. Simonet. Comment. rerum gestar. à Franc. Sfortiâ, Italicè, interprete Christophoro Landino: *per Anton. Zarotum.* —— fol. . Mediola. 1490.

Cæsaris commentarii cum Raymundi Marliani indice urbium, fluminum, locorum: *per Theodorum de Ragazonibus de Asulâ.* (a) fol. . Venet. 1490.

Historiæ Augustæ Scriptores sex; sive Vitæ Imperatorum Romanorum à Julio Cæsare usque ad Numerianum à diversis auctoribus eleganter compositæ: *per Joannem Rubeum de Vercellis.* (b) fol. . . . . Venet. 1490.

Sueton. de Vit. Cæsar. cum comment. Sabellici: *per Baptist. de Tortis.* (c) fol. . . Venet. 1490.

Pauli Pompilii liber de L. Annæi Senecæ Vitâ: *impress. per Eucharium Silber alias Franck.* (d) 4to. . . . . Rom. 1490.

Sallust. *per Eucharium Silber.* 4to. . . Rom. 1490.

Diogen. Laert. Latinè, Brognolo interprete: *impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis.* (e) 4to. . . . . Venet. 1490.

RAPHAELIS REGII Epistolæ Plinii, quâ libri Historiæ Natural. Vespasiano dedicantur, enarrationes; ejusdem in quibusdam locis Persii, Val. Maximi, Tullii de Officiis, Quintiliani, disputationes: *per Gulielmum Tridinensem cognomento Anima mia.* (f) 4to. . . Venet. 1490.

Senec. opera Philosophica, Declamatoria & Moralia; *per Bernardinum de Cremonâ & Simonem de Lucro.* (g) fol. . . . Venet. 1490.

Plinii

(a) *XIII. Jul.*

(b) *Habes, candide lector, Cæsarum Vitas parvo ære, quas olim anxius quærebas, maximâ lucubratione à viris præstantissimis emendatas. Quæ omnia accuratissimè Venetiis impressa sunt per Joannem Rubeum de Vercellis anno M.CCCC.LXXXX. XV. Julii.*

(c) *XV. Febr.*

(d) *Die Martii XVI. Mensis Februarii.*

(e) *Decimo quinto Calend. Januar.*

(f) *10. Cal. Jun.*

(g) *V. Octob.*

Digitized by Google

Plinii Epistolæ : *per Eucharium Silber aliàs Franck natione Alemanum.* (a) 4to. . .	Romæ.	1490.
Matthæi *ROSSI* Epistolæ familiares : *per Vincentium BERTOCHUM.* (b) fol .	Mantuæ.	1490.
RECUEIL des Histoires Troyennes composé par Raoul le Fevre : *imprimé par Michel Topie & Jaques Herenbercb.* (c) fol. . .	Lion.	1490.
Cicer. de Invent. cum comment. Victorini. (d)	Venet.	1490.
Cicer. Rhetoric. cum comment. G. Vallæ. (e) fol.	Venet.	1490.
Cicer. Epistol. ad Brut. Quint. Attic. ex recognitione Bartholomæi Saliceti Bononiensis & Ludovici Regii : *per Eucharium Silber alias Franck natione Alemanum.* (f) fol. . . .	Romæ.	1490.
Plauti Comediæ, olim magnâ ex parte emendatæ per Georg. Merulam Alexandrinum, nunc recognitæ per Eusebium Scutarium Vercell. *Impressæ in officinâ egregii mancipis Ulderici Scinzenzeler ipsius & magistri Joannis Legnani operâ & impendio.* (g) fol.	Mediolan.	1490.
Virgil. cum commeat. Servii : *per Udalr. Scinzenzeler.* fol.	Mediolan.	1490.
Virgil's Æneis translated or rather epitomiz'd from the French in prose by Caxton : printed by him. (h) fol.		1490.
Horat. cum comment. Acron. Porphirion. & Landini : *per Georgium Arrivabene Mantuanum.* (i) fol.	Venet.	1490.

Stat.

(a) *Post diem XIIII. Calendarum Aprilis.*
(b) CAILLE, p. 42.
(c) *Le dixième d'Octobre, mil quatre cens quatre vings & dix.*
(d) FABRIC. *Bibliorb. Lat.*
(e) *Bibliorb.* ADR. PAUW. p. 208.
(f) *Post. XVI. Calend. Augusti.*
(g) *Kalend. Decemb. Joanne Galeatio Maria Sf. Vic. Sex. Duce.*
(h) 22. *Jun.* 1490. cum Symbolici WILHELMI CAXTONI notâ, ejusque nominis compendio W. C.
(i) *Prid. Non. Febr.*

Digitized by Google

Stat. Theb. Achill. & Sylv. cum comment. Lactant. & Calderini : *per JACOBUM de PAGANINIS Briſienſ.* (a) fol. . . Venet. 1490.

Martial. Epigram. cum comment. Calderini : *per Uldericum Scinzenzeler.* (b) fol. . . Mediola. 1490.

Auſonii Peonii poëtæ epigrammata : *per Ulderichum Scinzenzeler.* (c) fol. . . . Mediolan. 1490.

Æſop. Latin. carm. cum commento optimo : *per JACOBUM de Bredâ.* (d) 8vo. . Davent. 1490.

Ioan. Jovii Pontani lib. de Fortitudine bellicâ & heroicâ : *per Mathiam Moravum.* (e) 4to. Neapoli. 1490.

Franc. Petrarch. Capitul. è Sonetti con comment. *per PIERO Veroneſe.* (f) fol. . Venet. 1490.

HISTORIA de Calumniâ novercali : *per Gerardum Leeu.* (g) 4to. . . . . Antwerpiæ. 1490.

Convivio di Dante Alighieri Fiorentino : *per Ser Franciſco BONACCORSI.* (h) 4to. . Florentiæ. 1490. Jun.

(a) *XXIIII. Decemb.*

(b) *Die XX. Septemb.*

(c) *XV. Septemb.* curâ *Julii Æmylii* FERRARII *Novarienſis*, qui in fine ſic Librum claudit : — *Habes, Ambroſi,* (Ambroſio enim Variſio Roſat. Librum dicat) *Auſonium impreſſum & à multis expectatum, quem ſi depravatum offenderis, tum impreſſorum incuriæ tum mihi Competitorum certaminibus vexato & curis ingentibus obruto imputabis, qui impreſſoribus aſſidere nec præeſſe quivi* ——

(d) Ad calcem. *Finit Æſopus fabulator præclariſſimus cum ſuis moraliſationibus ad noſtram inſtructionem pulcherrimè oppoſitis. Impreſſus Daventriæ per me Jacobum de Bredâ, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo. quartâ die menſis Novembris.*

(e) Cum his verſibus;

Emptor, ſiquid habet viri hic libellus
Pontani modò promptus è Minervâ,
Moravi & modo preſſus officinâ;
Nil magnum, nihil eſt quod eximetcas,
Peccat neſcia quid leve & puſillum.
Quod peccat, tamen hâc tibi in tabellâ
Monſtrat, ne retinendus eſſe poſſit,
Neu fidem illius uſpiam requiras.

Hic ſubjicitur Catalogus erratorum quatuor.

Reliqua accuratiſſimè impreſſa leges.

Impreſſ. Neapoli per Mathiam Moravum atque emendatiſſimum accuratiſſimè anno M. CCCC. LXXXX. XV. Septemb. regnante Ferdinando rege inclyto.

(f) *Soneti coreti & caſtigati per me Hieronymo Centone Paduano. a dì XX. de April.*

(g) *VI. die Novemb.*

(h) *Nel anno mille quatro cento novanta, a dì XX. di Septembre.*

Digitized by Google

Jun. Mai. de Proprietat. (a) fol. . . . . 1490.

Ultimâ

(a) *XXIII. Februarii.* BAYLE, *Dictionn.* dans les Remarques B.] *Mainus publia un Livre à Naples l'an* 1475. de priscorum proprietate verborum ; *qui fut reimprimé dans la même Ville l'an* 1490. *La seconde impression eſt pleine de fautes d'impreſſion* (Vide Nicol. Toppi Bibliothec. Neapolit. pag. 168.) *mais il ſe loue beaucoup des imprimeurs de la premiere.* Accedit (*ſic in præfatione alloquitur* Ferdinandum *Regem*) ad hæc, quòd *Germani* ſolerti ac incredibili quodam invento nuper novam quandam imprimendi rationem invenerunt ; præcipuè *Matthias Moravus* vir ſummo ingenio ſummâque elegantiâ in hôc genere impreſſionis effloruit. Quem conſilio *Blaſii* monachi *Romerii* viri ſacris litteris inſtituti ac ſanctis moribus probati hâc noſtrâ urbe excepiſſe gratulamur : qui quidem tantum Librorum omnis generis proventum attulit, ut magnam adepti opportunitatem videantur, qui litterarum ſtudio ad gloriam comparandam eniturtur. *In* BAYLII *Dictionario non fit mentio editionis ſecundæ anno* 1480.

Digitized by Google

Ultimâ Centuriæ decimæ quartæ decade ineunte laudem inter primos meruit *Joannes* [a] FROBENIUS Typographus *Basilienſis*.

Hic *à puero ad bonas incubuit litteras, atque primis rudimentis in patriâ* Hammelburgi Franconiæ *perceptis ad* Baſilienſem *Academiam ſe contulit. Ibi magnâ diligentiâ Artibus & Linguis operam dedit, & eruditionis non gregariæ nomen ſibi comparavit. Poſtea ut litterarum ſtudia, quod unicè in votis habebat, commodiùs juvaret & illuſtraret, typographicis ſeſe dedidit.* [b] *Conſilio deinceps non contemnendo, unà cum* Adamo Petri de Langendorff *oriundo eodem ex* Hammelburgo *populari, celeberrimorum tunc temporis Typothetarum* Joh. Ammerbachii *&* [c] Joh. Petri *amicitiam & amorem ſibi conciliavit. Eóque favore impetrato labores ſuos illis uterque obtulerunt, in corrigendos Codices impendendos. Nec minùs acceptis promiſſis ſeduló admodum ea, quæ facienda ſuſceperant, peregerunt. Unde factum eſt, ut tanto in hanc ipſam Artem, omnium Artium certè utiliſſimam, amore flagrare* Frobenius *inciperet, à quo retrahi haud unquam potuit.* Quo anno FROBENIUS hic noſter in lucem editus ſit, certò ſcire nondum licuit. Si conjecturæ detur locus, temporiſque, [d] quo floruerit AMMERBACHIUS, [e] quo FROBENIUS ipſe Artem exercere cœperit, [f] quóque obierit, ratio justa habeatur, ſub [g] ipſis Typographiæ initiis ortum fuiſſe probabile eſt. Vix quicquam majus aliud in re litterariâ urbi *Baſileæ* contigit, quàm quòd ibi ſuam officinam instituerit FROBENIUS, haud ſinè *Deſiderii* ERASMI auxiliis. Binos hos viros coætaneos & [h] coævos, licèt non populares, idem erga litteras ſtudium ita conjunxit, ut mutuo amore, & [i] plusquam fraterno, hic illum proſequeretur.

Quoniam autem major temporis, quod FROBENIUS Libris excudendis impendit, portio ultra annum 1500. excurrit, plenior FROBENII notitia in illum locum, ad quem magis pertinet, rejicienda eſt. Interim lector *Baſileâ Lutetiam* ad *Pariſienſem* Typographum, cujus antea memini, revocandus eſt.

Ulricus GERING, cujus amicum erga Patres *Sorbonicos* animum antea laudavi, anno 1493. eosdem beneficio afficiendi occaſionem datam am-

a Lege ADAM. in *Vit.* German. *Philoſoph.* pag. 63.

b ZELTNER. Corrector. Centur. pag. 202. 203.

c Legimus apud LA CAILLE, pag. 34. Concordantias Bibliorum à *Joanne* FROBENIO patre cum *Johanne* PETRI *Langendorf* anno 1496. (ſic enim legendum, non 1596.) excuſas. Id etiam affirmat CHEVILLERIUS pag. 129. Non tamen *Johannis* PETRI mentionem facit. Quo affinitatis gradu ſe attigerint *Adamus* & *Johannes* PETRI *de Langendorf*, nil certum habeo.

d Ann. 1481.

e Ann. 1491.

f Ann. 1527.

g Ann. circiter 1460.

h ERASMUS natus anno 1466. mortuus 1536.

i ERASM. in *Epiſtol. ad* EMSTEDIUM dat. 1527. *Fratris Germani mortem moderatiſſimè tuli*, Frobenii *deſiderium ferre non poſſum.*

Digitized by Google

amplexus, id viciſſim ab eis accepit, quo potiri ſemper exoptaverat. Cùm enim camera, ubi ſita erat antiqua Collegii Bibliotheca, præ vetuſtate concidiſſet, patribúsque ad detrimenta ædium collapſarum ſarcienda nihil ſuppeteret, quinquaginta libras Turonenſes in præſentiâ contulit, totidem brevi ad ædificium perficiendum in promptu fore, & plura majoráque deinceps in commune ſocietatis commodum à ſe deſtinatum iri pollicitus. Domûs *Sorbonicæ* Proviſor & ſocii eo dono (neque ſumma, leviuscula licèt nunc videatur, istis temporibus erat erubescenda) promiſſisque amplioribus vehementer permoti, ut benefactis cum viro tam liberali certarent, ei jus hospitii perpetuum &c [b] litteris ſuo ſigillo obſignatis ratum fecerunt.

Eodem

[a] Chevill. p. 84.

[b] Litteras illas (utì à Chevillerio pag. 85. usque ad p. 88. deſcribuntur) ſubjiciam.

Copie des Lettres d'Hospitalité dans la Maiſon de Sorbonne, données à Ulric Gering premier Imprimeur de Paris, par M. le Proviſeur de cette Maiſon.

„ JOANNES Luillier Sacræ Theolo-
„ giæ Profeſſor, miſeratione divinâ Mel-
„ denſis Epiſcopus, Proviſor Domûs ſeu
„ Collegii de Sorbonâ Pariſiùs fundati, di-
„ lectis nobis in Chriſto Priori, & Colle-
„ giatis dictæ Domûs, ſalutem in Domino
„ & ſinceram charitatem. De vitæ ac mo-
„ rum honeſtate providi viri Ulrici Gue-
„ rin Impreſſoris Librorum Conſtantienſis
„ Diœceſis ſufficienter informati, eóque
„ ſpecialiter moti, quòd idem Ulricus pro
„ ædificatione cameraram loci dictæ do-
„ mûs, in quo erat antiqua Libraria præ-
„ dicti Collegii, eidem Collegio liberaliter
„ dedit & conceſſit ſummam quinquaginta
„ librarum Turonenſium pro unâ vice, ſpe-
„ rantes eundem Ulricum ampliora dicto
„ Collegio bona facturum, ipſum Ulricum
„ id inſtanter requirentem, in hospitem
„ dictæ Domûs admittendum duximus,
„ eidémque manſionem, hospitium, & ca-
„ meram in ipſâ Domo, quandiu vixerit
„ in humanis, & ibidem habitare voluerit,
„ decernimus fore aſſignandas, prout aſſig-
„ navimus, aſſignamus & concedimus per
„ præſentes: ita ut ſibi liceat in dictâ Domo
„ Sorbonæ reſidere, nec non cum cæteris
„ ſocius, ſicut eorum alter, ſe habere, ac
„ liberè hospitari, hospitióque hujusmodi
„ exinde in futurum ejus vitâ comite uti &
„ gaudere, absque eo quod à cameră ei-
„ dem pro ſuâ habitatione in dicto Colle-
„ gio conceſſâ disturbari, & à quoquam
„ etiam ſocio dictæ Domûs expelli, aut ad
„ transportandum de eâ ſua mobilia bona
„ cogi valeat, & absque eo quod locagium,
„ ſeu aliquam ratione dicti hoſpitii & habi-
„ tationis dictæ cameræ penſionem nobis,
„ ſeu dicto Collegio impoſterum ſolvere
„ teneatur. Nos enim ab hujusmodi loca-
„ gio & penſione præstandis, mediante
„ prætactâ quinquaginta librarum Turo-
„ nenſium ſumma, per eum, ut præmitti-
„ tur, pro unâ vice prærstitâ & datâ, quie-
„ tum, liberum & immunem eſſe voluis-
„ mus, volumúsque ac nos voluiſſe decla-
„ ramus.

„ Quocirca vobis Priori, & Collegiatis
„ antedictis earundem mandamus ſerie Li-
„ terarum, quatenus dictum Ulricum in
„ Hospitem dictæ Domûs recipere, & ad-
„ mittere cum ſuis mobilibus bonis, came-
„ râmque in ipſâ Domo eidem distribuere,
„ & realiter aſſignare, nec non ipſum a
„ præstatione locagii & penſionis ſupradic-
„ tæ liberum & immunem tenere, ſeu ea
„ omnia & ſingula fieri facere curetis. Da-
„ tum apud Germiniacum Epiſcopi, Mel-
„ denſis Diœceſis, ſub figillo Cameræ nos-
„ træ, anno Domini 1493. die Sabbathi
„ poſt Aſcenſionem Domini 18. menſis Maii.
„ DEJOCI, de mandato Domini.

Extrait de l'Acte, par lequel la Societé de Sorbonne confirme à Ulric Gering le droit d'hospitalité.

„ FURENT preſens en leurs perſon-
„ nes venerables & ſcientifiques Perſonnes,
„ Mai-

Digitized by Google

Eodem circiter tempore *Ulricus Bertholdum* REMBOLT populareм ſuum, ſed diœceſis *Argentoratenſis*, in re typographicâ ſocium ſibi adſcivit; ambóque in *Sole aureo* vici *Sorbonici* usque ad ann. 1508. omni ſtudio Arti incubuerunt.

Ulricus, poſtquam jam hactenus ab initio typos *Romanos* Libris imprimen-

„ Maitres Guillaume de Querquu Compa-
„ gnon & Prieur, Jean Cordier, Jean Ja-
„ quelin, Pierre Voleau, Gilbert Fournier,
„ tous Compagnons Bourſiers & Maitres
„ en Theologie: Charles Guerin, Pierre
„ de Fontenay, Claude Rongnart, Fran-
„ çois de Sagonge Procureur, & Jean
„ Boyan, tous Bacheliers en Théologie,
„ Compagnons & Bourſiers dudit College
„ de Sorbonne, fondé à Paris, faiſans &
„ repreſentans la plus grande & ſaine partie
„ des Compagnons & Bourſiers d'icelui
„ College, d'une part: & Ulry Guerin Im-
„ primeur de Livres, & Ecolier étudiant
„ en l'Univerſité de Paris, demeurant à
„ Paris en la rue de Sorbonne en ſon nom,
„ & pour lui, d'autre part: Diſant leſdites
„ Parties, *&c.* Et finablement pour con-
„ ſideration de ce que dit eſt, & auſſi en
„ faveur des grands biens, que ledit Ulry
„ Guerin a eu propos & volonté de faire,
„ & qu'il a faits audit College, & qu'il eſpe-
„ roit que plus fera au temps avenir, &
„ moyennant la ſomme de cinquante livres
„ tournois par lui de nouvel baillée & déli-
„ vrée audit College, ſe tiendroient & tien-
„ nent pour contens, & en quitteroient &
„ quittent ledit Ulry, *&c.* Iceux Prieur &
„ Compagnons Bourſiers d'icelui College
„ de Sorbonne de leur bon gré, bonne vo-
„ lonté, propre mouvement, & certaine
„ ſcience, ſans force, fraude, erreur, ſe-
„ duction, contrainte, ou décevance au-
„ cune, ſur ce bien conſeillez, pourvûs,
„ aviſez & déliberez, comme ils diſoient,
„ reconnurent, & confeſſerent és Preſen-
„ tes, & par devant leſdits Notaires, *&c.*
„ iceux don, & Bail (du Proviſeur) deſſus-
„ dits, avoir ratifiez, confirmez & approu-
„ vez, & par la teneur de ces preſentes
„ Lettres, ratifient, confirment, approu-
„ vent, & ont pour bien agréables, vou-
„ lans & conſentans qu'ils vaillent, tien-
„ nent & fortifient leur plein & entier ef-
„ fet, force & vertu, en tous leurs points
„ & articles. Et d'abondant, au lieu d'icel-
„ le chambre ainſi à lui indiſtinctement
„ baillée par ledit Proviſeur, iceux Prieur
„ & Compagnons Bourſiers dudit Colle-
„ ge, baillerent & donnerent, baillent &
„ donnent par ces Preſentes audit Ulry
„ Guerin ladite Hospitalité, avec un bû-
„ cher par bas, deux chambres faiſant les
„ ſecond & tiers etages, & tout le deſſus,
„ le tout ayant vûë ſur rue, & étant des
„ appartenances dudit College, *&c.* avec
„ faculté de pouvoir faire par ledit Ulry,
„ tenir audit bûcher toutesfois que bon lui
„ ſemblera, & de pouvoir mettre eſdits
„ lieux, ainſi à lui baillez, un homme étu-
„ diant, & un Clerc ou deux, de bonne
„ vie & renommée, & honnête converſa-
„ tion, pendant le temps qu'il ne ſe tien-
„ dra pas esdits lieux, ſans & que ores ne
„ pour le temps avenir ledit Ulry ſoit tenu
„ ſa vie durant en payer autre choſe audit
„ College, que ladite ſomme de cent li-
„ vres tournois ainſi par lui baillée à deux
„ fois audit College, ne qu'on le puiſſe
„ mettre hors desdits lieux ſa vie durant, non
„ plus que l'un desdits Compagnons Bour-
„ ſiers dudit College. Leſquelles ratifica-
„ tion, confirmation, approbation, con-
„ ſentement, bail, don, & toutes & cha-
„ cune les autres choſes deſſus dites, & en
„ ces lettres contenues & écrites, leſdits
„ Prieur, Compagnons & Bourſiers deſſus
„ nommez, promirent & jurerent par la
„ foi & ſerment de leurs, la main miſe au
„ pix, en paroles de Prêtres, avoir agréa-
„ bles, tenir fermes & ſtables à toûjours,
„ ſans aller, venir, faire ou dire contre
„ par eux, *&c.* Furent faites & paſſées
„ doubles, *&c.* c'eſt à ſçavoir par leſdits
„ Cordier, Jaquelin, Voleau, Guerin,
„ Sagonge, Fontenay & Rongnart, le
„ vendredy neufieme; par ledit Fournier le
„ Samedy dix-ſeptiéme; & par ledit Quer-
„ quu le Mercredy vingt & uniéme jour de
„ May l'an 1494. Signé, Lorage & Lau-
„ teault.

Digitized by Google

primendis adhibuiſſet, ad [a] *Gothicos* uſurpandos ſeſe cum aliis *Pariſienſibus* Typographis, ad quos mos ille à *Germanid* aliiſque exteris Nationibus deductus fuerat, rapi unà paſſus eſt.

[b] VIRGILIUM tamen illum Poetarum principem, qui ab ipſius officinâ ann. 1498. emiſſus eſt, *Romano* charactere excudit. Hoc opus iterum recognovit *Paulus* MALLEOLUS in Univerſitate *Pariſienſi* Regentis & in Eloquentiâ Profeſſoris muneribus functus. Quam enim antea hujus editionem fecerat, ob characteris deformitatem & immenſam erratorum copiam pro ſuâ agnoſcere noluit. [c] In Epiſtolâ dedicatoriâ dolet *rei-publicæ & calamitatem & ruinam cominus ingruentem ob Impreſſorum incuriam, ignorantiam, vecordiam atque execrabilem congerendi & accumulandi libidinem.* Queritur inſuper, quòd, ſiquem Librum bonum & utilem diligenti operâ magnisque ſumptibus à quovis impreſſum viderint, *ii mox arrepto exemplari, non tam ſpe quæſtûs quàm æmulatione ducti, ab archetypo usque adeò exorbitantes, inconcinnè ac miſerè illud opus imprimant, imò opprimant.* Incuſat *temerarios quosdam, ne dicam falſarios, qui audent aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum*, Urbis ſcilicet ob Artem typographicam claræ nomen ſuis turpiſſimis impreſſionibus, [d] pretii augendi gratiâ, affigentes. Aliis porrò [e] *prævaricatoribus Chalcogra-*

a CHEVILL. p. 104. 105. 106. recenſet nomina Typographorum tum *Pariſienſium*, cùm aliorum, qui iis uſi fuerunt.

b CHEVILL. p. 109. 120. 205. 206. 207. 210. 211.

c CHEVILL. p. 206. 207.

d CHEVILL. pag. 207.] „ Il apporte „ l'exemple d'une Impreſſion des Decreta„ les, dont la plus grande partie des Exem„ plaires coutoient beaucoup plus que les „ autres ſous une fauſſe ſouſcription qu'on „ y mettoit, qu'elles étoient imprimées à „ *Veniſe. Benoiſt Hector*, bon imprimeur de „ la Ville de *Boulogne* en *Italie*, & qui faiſoit de très-belles Editions, voyant qu'on „ mettoit ſon nom à des Impreſſions fort „ imparfaites & peu correctes, pour les „ mieux vendre aux dépens de ſa reputa„ tion, qu'on lui faiſoit perdre par cette „ fauſſeté, fut contraint de prendre un chiffre par où l'on pût connoitre certaine„ ment ſes Editions. Il le dit dans celle „ qu'il fit *in fol.* du *Juſtin* & du *Florus* l'an„ née 1505. *Emptor attende quando vis eme„ re Libros formatos in Officinâ meâ excuſſo„ riâ. Inſpice Signum, quod in Liminari pa„ ginâ eſt, ita numquam falleris. Nam qui„ dam malevoli Impreſſores Libris ſuis ine„ mendatis & maculoſis apponunt nomen „ meum, ut fiant vendibiliores. Quo pacto „ & mihi, & nomini doctiſſimi* Philippi Be„ roaldi *derogant, vel potius derogare inten„ dunt.*

e CHEVILL. pag. 210. 211. *Cet Auteur n'auroit point approuvé ce qu'on appelle les* Variorum *d'Hollande.* Equidem ut verum fatear, pace clariſſ. virorum, qui his [Variorum] Libris manus admoverunt; illa miſcellanea panniculorum hinc indè aſſutorum farrago non mihi magis placet, quàm Horatiana *membris undique collatis tabula.* Id ſcilicet ſibi impenſè plaudunt hujusmodi conſarcinatores, quòd aliorum labori ſumptibúsque levandis conſuluerint, dum operoſas veterum Scriptorum lucubrationes mutilant; criticâque quâdam licentiâ ex multis paucula, quaſi ſola aut potiſſima lectu digna, ſeligunt, ſuóque calculo comprobant; reliqua omnia, tanquam inutilia, cenſoriâ ſuâ falce amputant, ac tenebris damnant. At certè delectus, ubicunque instituendus eſt, nemini vix omni ex parte ſatis placet, niſi quem ſuo quisque judicio habuerit: quique mihi quid placere aut displicere oporteat, pro ſuo arbitrio dictandi jus ſibi inſolenter arrogaverit, haud minùs ridiculè agere videtur, quàm qui ex ſuo gustu, quid mihi ſapiat, æſtimans, quem

ex

cographis, *imò veriùs* κακογεγράφοις crimen intentat; qui, *ut numerum augerent Interpretum*, *nec tamen plus assumerent papyri*, Ant. Mancinellum *in Bucolica Georgicáque adjicientes*, & Servium & Donatum & Landinum *probatissimos Interpretes per universum opus laceros*, *mancos & exanimes reddiderunt*. —— *Quorundam præterea eò malignitatis & impudentiæ processit avaritia*, *ut*, *dum suæ utilitati consulant*, *aliorum & dignitati & famæ insidiari non vereantur*; *qui*, *ut imprimenda per eos venaliora pretiosiòrdque efficiantur*, *ineptissimos quosque Libellos* & [a] *Commentaria eloquentissimorum nominibus titulisque insigniunt*. Hactenus *Paulus* MALLEOLUS; cujus in eos, qui Artem optimam ad vilem usum & sordidum lucrum pessimè convertentes corruperunt, querelæ eò sunt justiores, quòd juxta Adagium *corruptio optimi fit pessima*.

[b] *Ulricus* GERING, cujus industriâ Typographiam *Parisienses* primùm didicerunt, characteres ab initio non nisi *Latinos* habuit; deinceps *Græcos*, sicubi foret necessarium, (& id quidem parcè neque nisi in nonnullis vocibus aut lineis solitariis) introduxit: utì in [c] VIRGILIO & [d] PEROTTI *Cornu-copiæ* passim occurrere observatur.

Corpus

ex variis ferculis appositis cibum sumam, imperare voluerit. Sua cuique est faciendæ optionis libertas, quâ qui cedant, rarissimos invenies.

a CHEVILL. pag. 211.] „ Il apporte „ l'exemple des Commentaires qu'ils mi- „ rent au *Salluste* sous le nom de *Laurent* „ *Valle*: au *Valere Maxime*, & au CICE- „ RON *de Amicitiâ*, sous le nom de *Omni-* „ *bonus Leonicenus*; qu'il appelle *Commen-* „ *tarios nugacissimos falsò inscriptos*. Il n'ou- „ blie point de dire ce qu'on a fait à lui- „ même, & qu'on a mis sous son nom une „ fort méchante Edition du *Virgile*. Et puis „ il se récrie; *Proh Jupiter! ità-ne inverte-* „ *mus* Horatianum *illud*: *Prælforibus atque* „ *Pœtis quodlibet audendi semper manet æqua* „ *potestas*.

b CHEVILL. p. 146.

c CHEVILL. Ibid.

d Hujus Editio lucem vidit ann. 1500. pulcherrima certè, sed abbreviaturis sæpius in Commentariis occurrentibus paulò refertior (CHEVILL. p. 114.) In illâ duplex est characterum genus: *Gothico* titulus Libri, supernique singularum paginarum tituli; *Romano* reliqua omnia exhibentur. Epigrammatum sive MARTIALIS textus litteris largioribus, commentarii minutioribus; in commentariis voces è textu desumptæ, & Authorum, quos citat PEROTTUS, nomina majusculis exprimuntur. Epigrammatis cujuslibet, & in idem commentariorum initialis littera capitalis est, florida, & icunculis plerumque insculptis decorata. Pagina quælibet duabus expanditur columnis: anteriori folii cujuslibet paginæ ciphra superior imprimitur; litterali inferiùs signaturâ singuli distinguuntur quaterniones. Voculæ *reclamantes* nullæ, quarum usus jamdiu inter *Venetos* (ann. circiter 1468. CHEVILL. p. 39.) notus nonnisi serò ad *Parisienses* descenderat; vix ante ann. 1520. (juxta CHEVILL. p. 38.) Has tamen *Ulricus* GERING ann. 1508. (in HUGON. *Expos. in quat. Evang.*) adhibuit. Usus signaturæ *Parisiis* ann. 1476. (PLATEA *de Usur.* Lege CHEVILL. p. 38.) & 1477. (*Sopholeg.*): ciphrarum ann. 1477. (*Sermon.* LEONARD. *de Utin.* Lege CHEVILL. p. 38.) institui cœperat. *Græcum* Alphabetum præfixit *Ulricus* suæ PEROTTI commentariorum editioni, in quâ plurima leguntur *Græcis* litteris excusa; neque tantùm vox passim una aut altera, sed plures interdum lineæ ex ARISTOPHANE (fol. 19.) HOMERO (fol. 48. 106. 202.) GALENO (fol. 81.) PHILOSTRATO (fol. 115.) &c. allatæ; in quibus excudendis majorem desiderarem diligentiam nisi in primis rudimentis erranti faciliùs impetraretur venia.

Digitized by Google

Corpus Juris Canonici, licèt antea variis in Locis & olim [a] *Moguntiæ* (quod notat RHENANUS) *procuſum, cùm impreſſoria Ars id loci felicißimis Germanorum auſpiciis primùm exerceri cœpißet, per annos jam multos* (utì ex *Joannis* [b] CHAPPUIS Epistolâ diſcimus) *frequentißimis omnium votis deſiderabatur.* Opus hoc haud exiguis ſumptibus nec minori labore peragendum *Ulricus* noster, adjutore ſocio *Bertholdo* REMBOLT, adnitentibus unà & notulas quasdam tabulásque adjicientibus viris duobus in hâc ſcientiâ exercitatis *Joanne* CHAPPUIS & VITALI *de Thebis*, ad exitum tribus Voluminibus feliciſſimè tandem perduxit. Paginam unamquamque quinque ſéxve onerant columnæ, distinguit duplex litterarum color, [c] ruber & niger. [d] Epistolam in Typographorum laudem conſcripſit *Joannes* GAISSER; necnon [e] Epigrammata addidit *Joannes* CHAPPUIS, cujus labori in illâ editione corrigendâ & ornandâ plurimum debetur. [f] Quamvìs tamen Opus

a CHEVILL. p. 116.

b CHEVILL. Ibid.

c Quid *Angel.* ROCCHA in *Biblioth.* Vatican. (p. 117.) de rubricis ſcripſerit, omittere hìc nolui. *Phœnix Cadmi frater Phœnicibus litteras tradidiſſe fertur. Phœnix rubedo ſeu purpura interpretatur; & ob hanc cauſam (ut ait Iſidor. Lib. I. Etymolog.) in librorum vel capitum fronte littera rubea ſcribi & imprimi ſolent, ut hòc commento Phœnices litterarum authores oſtendantur. Hinc Ovid. Nec titulus minio cœc.*

d CHEVILL. pag. 117. „ Elle eſt imprimée dans le Sexte. [Joan. Gaiſſer ſocius Sorbon. & in ſacrâ paginâ Baccalaur. formatus, clariſſimis ſolertiſſimisque viris Udalrico Gering & Bertholdo Rembolt, artis Impreſſoriæ Architectis primariis felicitatem. „ *Il dit dans cette Epitre*: „ Ego verò cum Volumen Decretalium ſuperiore anno à vobis impreſſum diligenter revolverem, eximiâ illius pulchritudine, rectiſſimo ordine, & totius operis integerrimâ veritate mirificè delectatus, arbitrabar nullum unquam opus conſummatius imprimi poſſe. Sed vicißtis, fateor, Amantiſſimi Viri, judicium meum hujus Sexti & Clementinarum diligentiſſimâ Impreſſione. „ *Il conclud ſa Lettre par ces termes*: „Simul ut Literati intelligant omnes, quantum vobis debeant, quorum gratiâ præclariſſimum illud opus, nec laboribus, nec impenſis parcentes, abſolutiſſimè impreſſiſtis. Valete felices. Ex famoſiſſimo Collegio Sorbonæ 13. Calend. Decemb. anno 1500.]

e On lit dans le Decret de 1501.

Ante hac tam nitidum Preſſorum ſæcula nullum,
Hoc ut Opus cernis, expoliere manus.
Præclarum torvà non ſpectes fronte Volumen,
Lumina ne tollat ſanguinolenta Deus.

On lit dans les Decretales de 1504.

Helleſpontiacis merge deberet in undis
Auſus tam nitidum carpere livor opus.
Nil facit ad terſos cumulata pecunia libros;
Nulla tenet ſimiles Bibliotheca notas.

On lit dans le Sexte de 1500.

Exiret antè ſuos Juris ſtudioſus amictus,
Quàm tam præclarum non ſibi querat opus.
En age rumpe moras primævo flore Juventus,
Vertice cum cano turba ſenilis ades.

f CHEVILL. p. 110. & 111. „ Le Juriſconſulte Chappüis, qui travailla à l'Edition du Code Juſtinien, que l'on voit dans la Liſte, devoit le faire imprimer de belles lettres & ſans abbreviations, s'il vouloit que les Vœux, qu'il fait pour la durée de ſon Ouvrage, fuſſent accomplis quand il dit:

Iſte recens duret nullo violabilis ævo,
Nec ruat in cineres aut cava buſta Liber.
Et licèt omne rogus vel Templa ſacrata prophanet,
Non rapiat tamen hoc flamma rogalis opus.

„ Et

Opus hoc tanti constiterit, plausúque publico exceptus fuerit, evoluit denique aut periit cum hujusmodi Libris *Gothico* charactere impressis, cujus deformior figura & βαρβαρόφωνα lectoribus temporum recentiorum infrequens & ingrata obstiterunt, quominus ad nostra usque tempora Codices illi suam tuerentur dignitatem, ullúmque vel locum, nisi in obscurioribus Bibliothecarum veterum angulis, haberent.

Ulricus tandem noster, postquam annos quadraginta rebus litterariis promovendis sedulo invigilâsset; nec tantùm Libris sed litteratis etiam, illis lucem donando, horum inopiam sublevando, optimè consuluisset; 23. *Aug.* 1510. *Parisiis* decessit; suíque nominis memoriam intercidere vetuit, suas facultates universas inter *Sorbonæ* & *Montis-acuti* Collegia tabulis supremis partitus. * Horum legatorum inscriptiones in Collegii utriusque ædibus pendent affixæ, hujus *Latino*, illius vernaculo sermone nuncupatæ.

„ Udelricus Guering natione Germanus, unus ex primis Typo-
„ graphis, qui adhuc vivus multas eleemosynas hujus domûs pauperi-
„ bus erogaverat, tandem suo Testamento legavit ipsi Pauperum
„ communitati, anno Domini 1510. mediam suorum bonorum par-
„ tem, & debitorum tertiam; ex quâ pecuniâ empta est Villa d'An-
„ net sita juxta fluvium Matronam. Emptæ sunt quoque domus de
„ Veseley, quæ pars est hujus Collegii protensa à mediâ Areæ parte ad
„ Collegium Divi Michaelis usque, & ædificatæ sunt Grammatico-
„ rum Classes.

„ Ce College de Sorbonne pour le grand Legs Testamentaire, qu'il
„ a accepté & receu, à lui fait par feu de bonne memoire Maître Ul-
„ ric Gering, en son vivant Imprimeur de Livres en cette Ville de
„ Paris, où il trépassa le 23. Août 1510. est tenu & obligé de mettre
„ & entretenir audit College, aux dépens d'icelui par chacun an à toû-
„ jours, quatre Bourses & Boursiers, de la qualité d'autres jadis fon-
„ dez par Maître Robert de Sorbonne, & outre le nombre d'icelui.
„ Item, plus de mettre & entretenir audit College, deux Docteurs
„ ou Licentiez en Théologie, qui seront tenus chacun jour ordinai-
„ rement à toûjours, lire publiquement és Ecoles dudit College la
„ Sainte Bible, l'un le matin du Viel Testament, l'autre après midi
„ du nouvel. Lesquels Lecteurs auront pour ce dudit College, le
„ salai-

„ Et il est arrivé de son Edition Gothique
„ du Gratien tout le contraire de ce qu'il
„ s'étoit flatté, lors qu'il écrit en sa manie-
„ re; qu'on ne la sçauroit payer de l'or; que
„ son Livre demeurera toûjours, & que l'or

Non posset Liber hic salvo mercarier auro.
Hoc perit, hic numquam deperiturus erit.

„ prendra fin. Car les copies de son Edition
„ ont été presque toutes les matieres des
„ flammes, & il en reste peu aujourd'hui
„ dans les Bibliotheques, pendant que l'or
„ demeure toûjours fort précieux & très-
„ bien conservé.

a CHEVILL. p. 89, 90, 91. CAILLE. p. 58, 59. MENTEL. p. 16, 17, 18.

Digitized by Google

„ ſalaire & profit chacun par moitié de quatre autres Bourſes. Le „ tout ſelon qu'il eſt plus a plein contenu en l'Accord & Contract „ ſur ce fait & paſſé, multiplié audit College par devant deux Notai- „ res du Châtelet de Paris le dixiéme jour de Mars 1532. entre les „ Prieur, Compagnons & Bourſiers dudit College, d'une part; & „ Maitre Jean Coignet Prêtre, ſeul ſurvivant Executeur dudit Tes- „ tament, d'autre.

„ *Laus Deo. Pax vivis. Requies defunctis. Amen.*

[a] Huic in extremo vitæ discrimine laboranti adfuerunt *Sorbonæ* Doctores, quorum hospes jam annis plùs tredecim vixerat; nec quicquam auxilii, quo viri tam munifici corpus ægrum animámque recedentem ſolari poſſent, in ſe claudi paſſi ſunt. [b] De ſepulturæ loco inter Hiſtoricos ambigitur; in Collegio *Sorbonæ* alii, alii *Montis-acuti* humatum tradunt. [c] CHEVILLERIUS ex conjecturâ putat ejus cadaver in S^ti. COSMI Æde, quæ ipſius erat parœchia, terræ fuiſſe mandatum, cujus rationes lectori diſcutiendas relinquo. Ubicunque tam inſignis Typographi reliquiæ conquieſcant; hujus certè [d] animæ requiem precandi ex ſolenni ſtatuto 23. *Aug.* quotannis Sodalitium *Sorbonicum* religione perpetuâ tenetur.

Poſt exequias præclaro huic *Germano* Artifici, qui primus *Pariſienſes* Typographicen docuit, ſolutas, altiùs paulò regrediendum eſt, & ex *Galliâ Italiam* verſùs migrandum.

Jam antea obſervavi in *Italiâ* primùm *Græcorum* Librorum Typographiam floruiſſe; *Mediolanúmque*, *Venetiam*, ac *Florentiam* in eâ reliquis præcuriſſe. Laudem illam, quam meruerunt, quomodo ſibi aſſererе, & viam, quam inſtituerunt, tenere perrexerint, ſupereſt inquirendum.

Florentiæ Poetarum Princeps revixerat; [e] *Mediolani* anno 1493. ISOCRATES in Oratorum veterum decuriâ clariſſimus diligentiâ *Demetrii* CHALCONDYLÆ, [f] *Florentiæ* anno 1496. LUCIANUS inter Sophis-

a CHEVILL. p. 95.
b Id. p. 95, 96.
c Id. p. 96, 97.
d Id. pag. 97.
e Ad calcem: Τὸ Μεδιολάνῳ διεχθωδὲν ὑπὸ Δημητρίου Χαλκονδύλου· τυπωθὲν ἦ ὑπὸ Ἐβήσιου τοῦ Γερμανοῦ τῷ Σεβαστιανῷ τῷ Ἐκκοντρεμάλου. Τὸ δ' ἀνάλωμα πεποίηκαν οἱ τὸ ἐγκεκριμένῳ Μεδιολανῶν Βαρθολομαίῳ Σκύσῳ, Βικέντιῳ Ἀλίπερτῃ, Βαρθολομαίῳ Ῥίζῳ ἔτεϊ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ τελέτῳ, Ἰανουαρίου εἰκοστῇ τετάρτῃ.
f Ad calcem: Φλωρεντίᾳ ἔτεϊ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἕκτῳ· Nullum comparet Typographi nomen. Forſan ex *Juntino* prælo prodiit. Character tamen alius mihi videtur, ac ille, quo *Philippus* JUNTA in ORPHEO 1500. uſus eſt. Conjecturæ nihilominus meæ cauſam juvat, quòd illa, quæ titulum gerit, pagina non eodem tempore (nam [A1] primus ſignaturæ numerus non illam, ſed ſequentis ſolii primam afficit) ſed multis poſt annis excuſa & addita fuerit. Fidem ipſe faciet titulus. Τὰ δὲ ἔνιεν ὑπογεγραμμένα τῷ βιβλίῳ. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ. Φιλοσοφίᾳ εἰκόνες. Φιλοσοφίᾳ τιμῶσι εἰκόνες. Τῷ αὐτῷ

Sophistas & Declamatores vario & docto pariter acutóque progymnasmatum genere præcipuus, in publicum prodierunt.

Typographiæ *Græcæ* multum hactenus debebant Grammatica, Poësis & Rhetorica. Neque habebat Historia, cur se prorsus neglectam quereretur cùm HERODOTI inter Historicos antesignani Opusculum *Florentinæ* HOMERI editioni præfixum fuisset. Theologiæ etiam in Psalterio *Mediolanensi* fuerat litatum. Philosophia una restabat, in quâ illustrandâ nullus adhuc sese exercuerat Typographus. Exortus est tandem, qui & hanc hactenus intactam aggrederetur, & illas omnes alias Artes ac Scientias typis suis è tenebris Manuscriptorum, in quibus paucioribus notæ latitabant, in lucem protraheret, *Aldus* MANUTIUS; qui *Romam* & *Venetiam* Urbes *Europæ* celeberrimas, suis illam Natalibus, hanc Arte, celebriores reddidit. Vir ille Typographorum omnium, qui *Græcis* editionibus inclaruerunt, coryphæus, in commune bonarum litterarum commodum natus, cujus [a] *quis industriam, patientiam, vigilias æquet?* qui non unam aut alteram litteraturæ partem, non hunc illúmve in hâc aut illâ Lingua Authorem, sed universam penè disciplinæ ἐγκυκλόπαιδειαν, cunctos penè in illo orbe egregios Scriptores ornavit; vir, inquam, ille dignus est, in cujus vitâ perlustrandâ diutius & attentiùs moremur.

Aldus MANUTIUS *Romanus* [b] anno circiter 1445. natus est; non longo pòst tempore quàm [c] excogitata fuerat Ars Typographica. Commodùm sanè evenit, quòd tam peritus Artifex illi Arti, cujus aliquando futurus erat studiosissimus cultor, ferè coætaneus nasceretur. Educatione doctrinâque puerili liberaliter institutus est; in quibus [d] *se multum debere Veronensibus* agnoscit; *nam à Gaspare Veronensi peregregio Grammatico didicit Romæ Latinas litteras, à Baptistâ Guarino* Veronensi *Ferrariæ & Latinas & Græcas.* Operæ pretium est audire, quid consilii det litterarii ludi-magistris suâ ipsius experientiâ edoctus.

[a] *Alte-*

αὐτῶ Ἡρωϊκά. Καλλιοστόνου ὑφηγήσεις. Τῶ αὐτῶ βίοι σοφιστῶν. In illâ primâ editione LUCIANI solius continentur Opera. PHILOSTRATI autem utriusque imagines & reliqua prodierunt (uti ad horum finem legitur) *Florentiæ sumptu Philippi Juntæ Florentini, anno à Nativitate Domini XVII. supra mille* (centenariis neglectis) *mense Octob. Leone X. Pontif.* Character utriusque editionis non unus est; LUCIANI major, qui ad eum propè accedit, quo SUIDAS 1499. excuditur; reliquorum minor, qualem in Libris post 1500. à JUNTÂ editis cernimus. Utramque tamen, diversis quidem temporibus, at ex eâdem officinâ profectam puto; ut eodem (quod & titulus suprà memoratus faciendum indicat) volumine observavi plerumque compactam.

a Lege Epistol. *Baptist. Egnat.* ad *Erasm.* in Editione Epistol. *Erasm.* 1706. p. 1608.

b *Aldum* haud multò minorem annis septuaginta decessisse testatur *Erasmus* in Epistol. pag. 788. Lege & pag. 507. ubi *Erasmus* affirmat se *Aldum* plus minùs annis viginti grandiorem: eum obiisse anno 1515. ex *Musuri* Epistolâ Grammaticæ *Græcæ* præfixâ, datâ Idib. *Nov.* 1515.

c Lege priùs pag. 6.

d Lege Epistolam *Theocrito, Hesiodo*, &c. ann. 1495. præfixam.

Digitized by Google

• *Alterum eſt* (aſſatur Magiſtros) *quod meminiſſe vos velim, nequid niſi doctiſſimorum Authorum ediſcere cogatis adoleſcentulos; imò ne grammaticas quidem regulas, niſi compendia quædam breviſſima, quæ teneri facilè memoriâ queant. Laudo eos ediſcere, ſed tantùm ut illas aſſiduè, accuratéque legant, nominàque & verba declinare optimè ſciant. Nam dum lucubrationes noſtras vel carmine, vel proſâ oratione, etiam de arte, commendare memoriæ eos cogimus, erramus (ut mihi quidem videtur) multis modis. Primum quòd quæ ſummo labore edidicerunt, dediſcunt paucis diebus: quod ego & puer olim, & juvenis, compoſitis etiam à me regulis, ſum ſæpe expertus. Nam cùm generum regulas, præteritorúmve ſummâ curâ memoriæ mandâſſem, perbrevi obliviſcebar. Idem cæteris quoque evenire exiſtimo. Præterea difficultate tum materiæ, tum ſtyli, eò desperationis veniunt, ut & Scholas, & literas fugiant, & ſtudia, quæ amare nondum poſſunt, maximè oderint. Tum eo ipſo tempore, quo noſtra ediſcunt, facilibus, melióſque vel Ciceronis aliquid, vel Virgilii, aliorúmve illuſtrium poſſent ediſcere, olim & decori, & commodo illis non mediocri futurum. Equidem puero mihi, cùm Alexandri carmen ineptum de arte grammaticâ, præceptore cogente, memoriæ mandabam, non ita contigiſſe, plurimum doleo. Addite quòd cùm incultos, & barbaros diſcimus, tales, ac potiùs incultiores & ipſi evadimus. Solemus enim iis, quos imitamur, plerunque eſſe deteriores. Quapropter optimos, & ſtatim & ſemper legendos putat Quintilianus, atque eorum candidiſſimum quemque, & maximè expolitum. Tum de Cicerone ſic inquit. Cicero (ut mihi quidem videtur) & iocundus incipientibus quoque, & apertus eſt ſatis: nec prodeſſe tantùm, ſed etiam amari poteſt: tum (quemadmodum Plinius præcipit) ut quisque erit Ciceroni ſimillimus.* ALDUS noster ſub præceptoribus ſuis eos fecit profectus, ut ipſe etiam præceptor celebris evaſerit, & [b] *Albertum* PIUM *Carpenſium* Principem *à teneris unguiculis educaverit & inſtituerit.* Sua enim ei doctrina conſuetudinem virorum illâ tempestate inſignium pepererat. En ſpeciminis loco [c] Literas binas inter ipſum & POLITIANUM mutuas.

ALDUS MANUTIUS ROmanus Angelo Politiano, S. D.

Annum abhinc tertium, quo Veneti Ferrariam oppugnabant, me, ut vel Dei (ut aiunt) nedum hominum bellum fugerem, ex urbe Ferrariâ Mirandulam contuli ad Joannem Picum, Principem ætatis noſtræ doctiſſimum, quòd & amaret literatos viros, & faveret ingeniis. Ibi Emanuel Adramyttenus, familiariſſimus meus, tuam mihi græcam, quod ad ſe dederas, oſtendit epiſtolam, ornatè quidem & doctè, atque copioſè ſcriptam: quæ non à Romano viro,

[a] Lege Præfationem ejus Grammatic. Latin.

ſic. ann. 1497. præfixam.

[b] Lege Epiſtolam ARISTOTEL. *Phy-*

[c] Lege POLITIAN. Epiſtol. Lib. 7.

Digitized by Google

viro, ſed à mero Attico, qui Athenis ſemper fuiſſet, elucubrata videbatur. Quamobrem cœpi, mi Angele, amare te vehementer, doctrinam tuam, atque ingenium non mediocriter admiratus. Deinde Emanuel ſuo cum principe Ticinum profectus eſt, ubi paucis antè menſibus, quàm ad te ſcriberem, exceſſit è vitâ. Cujus interitu ita quidem moveor, ut multis annis gravius nihil & moleſtius tulerim. Erat enim homo & moribus apprime ornatus, & græcis literis ſanè quàm doctus, meique amantiſſimus. Non poſſum igitur non mœrere, tali amico orbatus, quamquam meo magìs ipſius incommodo, quàm illius. Nam illi ad ſuperos facillimum fuiſſe curſum, quoniam & bene, & beatè ſemper vixit, non ſum neſcius. Quapropter malum ſi quod accidit, meum eſt. Ivit, inquam, ille Ticinum, ego verò Mirandulâ Carpum perrexi: quò cùm aliquot poſt menſibus veniſſet & Picus noſter, Rusticum mihi oſtendit tuam, quæ, mi Angele, mirificè auxit amorem erga te meum. Ibi enim perſpici facilè poteſt, quantum abundes ingenio, quanti homo ſis ſtudii, quanta tibi bonarum literarum ſit copia. Nec vereor tibi me adulari ducas, τὸ σαυτὸν γνώναι. Scis enim quàm ipſe ſcripſerim eſſe impendio plura. Taceo autem & quæ de te mihi dixit is ipſe Picus, & dicit quoties in tui incidimus ſermonem (nullus es enim dignum præconem laudum tuarum) & quæ retulit mihi Alexander Sarcius Bononienſis, homo verus, ac integer vitæ, ſceleriſque purus, necnon, quantum ex ipſius ſermone colligere potui, tui ſtudioſiſſimus. Quid plura? Hisce tuis impulſus laudibus, nec potui ad te non aliquid literarum dare, ut poſſes omnia de me tibi conſtantiſſimè polliceri. Incredibilis enim erga doctiſſimum quemque meus eſt amor, qui me etiam coëgit, ut ad te ſcriberem, peterémque, ut me, pro tuâ erga ſtudioſos viros humanitate, inter tuos, mi Angele, connumerares: quod ut facias, te, quantum poſſum rogare, rogo. Quod profectò feceris, ſi me uteris familiariſſimè, mihique, quoties uſu venerit, non ſecus juſſeris, ac cuivis ex domeſticis tuis. Sic enim tua virtus poſtulat, facìtque, ut ſim tuus, quoad vivam. Vale. Carpi. V. Calend. Novembr.

ANGELUS POLITIANUS
Aldo Manutio Romano ſuo, S. D.

Redditæ mihi fuerunt literæ tuæ, quæ perſpicuè declarant, non modò quàm ſis homo doctus, verum etiam quàm mei ſtudioſus. Eſt enim ſcribendi genus illud tuum minimè triviale, cultum quinimmò, ſubactúmque velut exercitatione multâ, ſparſúmque denique fruge bonâ veterum lectionum. Tum epiſtolam ſic laudas noſtram, Græcè ſcriptam quippe ad Græcum hominem, magìs ut amorem videaris habuiſſe in conſilio, quàm judicium. Sed tamen utcunque ſit, equidem tibi vel ob id placuiſſe eam lætor, quòd quanto ego tibi fuero doctior, tanto minùs fortaſſe pœnitebit amicitiam te noſtram tam cupidè, tam vehementer expetiſſe. Facit autem, ut in eâ mihi epiſtolâ faveam, nonnihil Emanuel ipſe Adramyttenus, qui reſpondens ita prorſus ultra modum laudavit, ut omnibus me ſuis Græcis, quicunque aliquot antè ſeculis ſcripſerunt, homi-

hominem citra mare natum, non dubitaverit anteferre. Jurare illum ſolitum quoque Picus meus literis ſignificat, dum legeret hanc epiſtolam, ne ipſas quidem tam eſſe Athenas Atticas. Quare placerem profectò mihi Græci hominis testimonio, niſi Cretenſis fuiſſet Emanuel. Etenim hoc genus ut mendaces notavit Epimenides: qui tamen & ipſe Cretenſis, ut mentiri non minùs potuerit: ideóque non mendaces illi. Sic ergo verus Epimenides, atque ita rurſus illi mendaces. Vides hunc dialecticorum Ψευδόμενον. Mihi tamen extra jocum veros eſſe omnino Cretenſes libet. Jam quoniam de epiſtolâ me amo, ne palpum quidem rejiciam, quod obtrudis Rustici nomine: monſtrum enim prorſus, immo autem ſcelus inexpiabile, ſi laudatori ſuo Poëta non crederet. Sed cupio præſens te præſente frui aliquando, ſi quidem abſens ita delectas. Accipio verò jam nunc inter amicos, & quidem primi ordinis. Nec enim explorandus ultra, quem Picus noſter receperit. Ille, inquam, Picus, cujus nunquam nec ceſſavit ingenium, nec erravit judicium. Alexandro Sartio quotidie plus debeo, tibíque eſſe eum familiarem ſummopere gratulor. Vir eſt profectò ſyncerus, candidus, amœnus, idem fidus, acer, ingenioſus, experiens. Hunc velim meo nomine plurimâ ſalute impertias, quando me aſſiduè laudat, eſtque non inter poſtremos Pici noſtri familiares. Vale.

Quibus præterea familiariter innotuerit, partim diſcimus ex variis Epiſtolis, quas plerisque Libris à ſe editis præfixit, & de quibus postea ſuo loco ſigillatim dicetur. Nemo mihi videtur ad Typographiam exercendam acceſſiſſe *Aldo* meliùs inſtructus; cùm præter bonam disciplinæ frugem, quam ex privatis hactenus ſtudiis collegerat, virorum, in quorum amicitiam ſe inſinuaverat, cùm ſcientiâ tum dignitate clarorum, auxilium ſperare poſſet. Eo potiſſimùm tempore in *Italiâ* vigebat litterarum præcipuè *Græcarum* ſtudium; quod & ab ipſo [b] *Aldo* legimus obſervatum. *Neceſſariam* (ait) *eſſe Græcarum litterarum cognitionem hominibus noſtris ita jam omnes existimant, ut non modò adoleſcentuli, quorum jam maximus numerus, verùm & ſenes ætate noſtrâ Græcè condiſcant. Olim apud Romanos Catonem unum accepimus didiciſſe Græcas Litteras in ſenectute. Noſtris verò temporibus multos licet videre Catones, hoc eſt ſenes in ſenectute Græcè diſcere. Nam adoleſcentulorum ac juvenum Græcis incumbentium litteris jam tantus ferè eſt numerus, quantus eorum qui Latinis. Et propterea Libri Græci vehementer ab omnibus inquiruntur; quorum quia mira paucitas eſt, ego adjuvante Chriſto Jeſu ſpero me brevi effecturum, ut conſulam tantæ inopiæ; nec tamen ſinè meo magno incommodo & labore & jacturâ temporis. Sed ſuccurrendum eſt ſtudioſis bonarum litterarum. Et quanquam incidimus in turbulenta tempora & tumultuoſa ac miſera, quibus magis Arma quàm Libri tractantur, tamen niſi factâ bonorum*

a *Petrus* CRINITUS eum *Aldum noſtrum* vocat in Epiſtol. ad *Alexand.* SARTIUM. Lege POLITIAN. Epiſtol. Lib. 12.

b Lege ejus Epiſtolam ARISTOTELIS *Organo* an. 1495. præfixam.

norum Librorum copiâ non conquiescam. Hinc poſſumus intelligere, quo animo ſeſe huic Arti excolendæ dederit. Jam quo primùm anno ad ſtudii ſe adjungere inceperat, anno ſcilicet circiter 1490. ex ipſius verbis clarè indicatur. *Dura quidem* (inquit) *provincia eſt, bonarum litterarum ſtudioſi, emendatè imprimere Latinos Libros; durior accuratè Græcos: duriſſima non depravatè vel hos vel illos duris temporibus. Quàm Linguâ curem ipſe imprimendos Libros: & quo tempore, videtis. Poſtquam ſuſcepi hanc duram provinciam (annus enim agitur jam ſeptimus) poſſem jurejurando affirmare me tot annos ne horam quidem ſolidæ habuiſſe quietis. Pulcherrimum, utiliſſimúmque eſſe inventum noſtrum, omnes uno ore dicunt, laudant, prædicant. Sit ita certe. Inveni tamen ipſe, quo excrucier modo, dum vobis prodeſſe cupio; bonósque Libros ſuppeditare. Quare qui me viſunt, amicis ſoleo dicere modò Græcum illud proverbium,* Κίχλα χέζει αὐτῇ κακὸν, *hoc eſt, Turdella ſibi malum cacat: quod honeſtius Plautus; Ipſa ſibi avis mortem creat. Aiunt enim non niſi per avium alvum redditum nasci viſcum, maximè palumbis & turdis: hæc enim eſt natura* (inquit PLINIUS *in naturali hiſtoriâ*) *ut niſi maturatum in ventre avium non proveniat. Modò illud,* Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ κιττὸς νέφας. *Nam ita ſtare Cæcian ſcribit* ARISTOTELES, *ut non propellat nubes, ut alii venti, ſed, ut ad ſeſe vocet, ac trahat. Sic mihi evenit: mihi ipſe malum peperi; immenſa mihi paravi incommoda, immenſos labores. Sed me ipſe conſolor: vel quòd gratiſſimas eſſe video lucubrationes meas, ac plurimum prodeſſe omnibus, majorſque in dies emolumento futurum: vel quod multi ἐκ τῶν βιβλιοτάφων jam liberant è carceribus Libros: venaléſque exponunt. Quod ego brevi futurum interminatus ſum, cùm nullum à quoquam commodo vel horam accipere librum poſſem. Sum equidem voti compos. Jam paſſim offeruntur ultro Græca volumina: mittunturque venalia ad Bibliopolas. Ad me quoque plurima miſſa ſunt.*

Quod ALDUS primum emiſit ſuorum in Typographiâ laborum ſpecimen, fuit *Poëmation* MUSÆI *de* Herone *&* Leandro, [b] *Græcè & La-*

a Lege Præfationem *Theſauri Cornu-copiæ* excuſi anno 1496. ALDUS in Epiſtolâ ad *Joannem* TABERIUM in ſuâ editione STEPHANI *de Urbibus* ann. 1502. hæc habet; *Eodem anno, quo vexari bello cœpit* Italia, *difficillimam hanc ego imprimendorum Librorum provinciam accepi.* Hinc CHEVILLERIUS conjectat ALDUM *Græcè* imprimendi cepiſſe initium (p. 235.) — *l'année que commença la guerre d'*Italie, *qui fut celle de* 1494. *en laquelle* Charles *VIII. Roi de* France *paſſa les Alpes pour aller conquerir le Royaume de* Naples. *Et ce fut par l'*Ariſtote *qu'il commença*: At certè verum eſt nullos ab ALDO excuſos Libros (quantum ſciam) ante annum 1494. Sed nihilominus certum eſt eum antea, quicquid ad Artem neceſſarium eſſet ſuppellectilis comparando, tempus aliquod poſtuiſſe; neque veriſimile eſt eodem anno incepta fuiſſe & finita, quæ annis 1494. & 1495. prodierunt Volumina. Itaque duplicem illam Epocham ſic concilio. ALDUS officinam instruere omnémque typographicam ſupellectilem comparare inceppit anno 1490. Liber autem ex ejus prelo primùm exivit impreſſus anno 1494. Hunc mox Librum proferam, quem puto ARISTOTELIS *Organo* (quod ann. 1495. lucem aſpexit) præiviſſe.

b CHEVILLERIUS p. 236. 237. mentionem

Digitized by Google

& *Latinè* in 4to. Huic quidem annus non adjicitur; ſed dubitare, quin ARISTOTELI (cujus volumen primum anno 1495. excuſum eſt) præiverit, non patitur ALDI Epiſtola, quam hìc adjicere non pigebit.

Ἄλδος ὁ Ῥωμαῖος τοῖς σπουδαίοις ἓυ πράττειν.

Μισαίων τὸν παλαιότατον ποιητὴν ἠθέλησα μεγοιμιάζειν τῷτε Ἀριστοτέλῃ καὶ τῶν σοφῶν τοῖς ἑτέροις αὐτίκα δὲ ἐμοὶ ἐντυπησομένοις, τῷτε εἶναι αὐτὸν ἡδίσον ἅμα καὶ λογιώτατον, καὶ μάλιστα ὡς ἂν εἰδῆτε τὰ ἀξιὰ τάτε τῷ Οὐιδίῳ δανειζόντα δαιμονίως τῷ ὄντι καὶ δίφυῶς, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐμιμήσατο ἐν ταῖς Ἡρῴσι καὶ Λεάνδρου πρὸς ἀκριβῆ ἐπιτολαῖς. Λαμβάνεῖ δ' ὖν τατὶ τὸ βιβλίδιον, ὑ μεγίστα μήτοι, δότε δὴ τὰ χρήματα, ἵν' ἔχω καὶ αὐτὸς ποιέζεδξ ὑμῖν πάσας ταῖς τ' Ἑλλήνων ἀείσας βίβλους. Καὶ ὄντως εἰ δώσετε, δώσω ὅτι οὐκ ἔχω ἐλλιπῆν ἄνευ χρημάτων ποκῶν. Πισδύσετε τοῖς ὐκ ἀκινδύνως ἐμπειρατῆσι, καὶ πάνυ μάλιστα ὑτως λέγοντι Δημοσθένῃ· Δεῖ δ' χρημάτων, καὶ ἄνευ τάτων ὐδὲν ἰσι γενέσθαι τ δεόντων· ὑ μὴν φιλοχρημάτους ἴχων, μᾶλλον δ' τοῖς τοιούτοις ἀπεχθανόμενον ταὐτάγε εἵνεκα. Καίτοι χρημάτων ἄνευ ἀδυνατὸν ὑποῖᾳ ὧν ὑμᾶς ὑπερβαλεῖσθαι ὑφιεῖσθ· αὐτοὶ ποκῷ μέχθω καὶ δαπάνῃ πεπονηκότες. Ἀρτελέμβω. Ἐῤῥῶσθε.

Ἐγεγράφη ἐν Ἐνετίαις δαπάνῃ καὶ δεξιότητι Ἄλδε τῦ φιλέλλην & Ῥωμαίε.

[a] Nonnulli ALDUM putaverunt Libros *Græcos* primum excudiſſe, cùm tamen *Græca* Typographia [b] *Mediolani* jam octodecim antea annis innotuerit. Ea tamen ALDO laus debetur, quòd licèt ante ipſum *Mediolani*, *Florentiæ* & *Venetiis Græcè* excudi cœptum fuerit, ipſe unus Editionum numero omnes priores vicerit Typographos. Urbs *Veneta* Typographorum numero hactenus à primâ usque Artis origine alias omnes ſuperavit. Tandem effecit ALDUS, ut ſeſe ipſa ſuperaverit, & quicquid antè præstitum fuerat, minimum ſit, ſi'ad *Herculeos* ALDI & *Aldinæ* per multos postea annos familiæ labores conferatur.

Vir ille, quàm Linguæ *Græcæ Latinæ*que peritus fuerit, [c] variis, quæ

tionem nullius Libri *Græcè* & *Latinè* excuſi facit ante PROCLI *Sphæram* ann. 1499.

a *Angel.* ROCCHA in *Biblioth.* Vatican. pag. 412. quem citatum lego in *Jugement des Savans Tom. I. Part. I. pag.* 3. & 4. Et *Henr.* STEPHAN. in *Querimon. Typograph.* Et ALDI Epitaph.

Tam clarum quòd nomen habent, totámque per orbem
Sunt vaga Graiorum tot monimenta virûm,
Hoc debent Aldo Muſarum quot quot alumni,
Qui graphicis primus tradidit illa typis.

GESNER. *Pandect.* Lib. II. in Epiſtol. ad *Paul.* MANUT. *Exemplaria Græca ante Patrem tuum aut nulla, ni fallor, aut pauca, nec eâ induſtriâ typis publicata ſunt.* Pauca quidem ante ALDUM excuſa ſunt; attamen in quibus induſtria & typorum elegantia deſideràri neutiquam mihi videtur. Intuere, Lector, HOMERI *Florentinum* 1488. & ISOCRATIS *Mediolanenſem* 1493. Editiones.

b Ann. 1476. LASCARIS *Grammatica* Græcè excuſa eſt.

c Horum plerorumque deinceps paſſim habebitur mentio.

Digitized by Google

quæ in utrâque ſcripſit, Opusculis (viz. Epistolis, Epigrammatibus, Grammaticis, Librorum Præfatiunculis, Commentariis, Interpretationibus) testatus eſt. Peritiæ adeò universæ indefeſſam conjunxerat industriam ac diligentiam ; de quâ audiendus eſt M. Musurus. *Quòd*

a Chevill. pag. 126. „ *Aldi Manuce* „ fut ſi curieux de la réputation d'être connu non-ſeulement pour ſçavant homme, „ comme il étoit dans la vérité, mais auſſi „ pour excellent Imprimeur, & très-correct dans ſes impreſſions.„ *Angel.* Rocch. *Biblioth.* Vatican. pag. 110. *Aldus enim ſenior publica conſuluit utilitati, dum impreſſoriam Artem miro excoluit ſtudio, ut Latinam Linguam & Gracam, quas optimè callebat, in pristinum ſplendorem, Joanne Baptistâ Alberto, Nicolao Perroto Episcopo Sipontino, Francisco Philelpho, Jo. Jucundo, Theodoro Gazâ, Trapezuntio, Lascare, Chryſolorâ, Musuro, Urbano & Beſſarione ad eandem rem præstandam in ſcribendo adlaborantibus typis perpulchris restituerat.* Et pag. 412. *Quamvis autem hæc Ars à pristino illo ſplendore degenerârit ; characteribus exceptis, qui nunc pulchriores ſunt, & in majori extant varietate, addito item multarum rerum ornatu ; non deſuerunt tamen nostrâ ætate Viri eruditiſſimi, publicam utilitatem adamantes, & honorem magis quàm quæstum ſectantes, qui ipſam diligenter excoluerunt, & in maximâ conſervârunt existimatione. Quos inter, Aldus Pius Manutius ſenior primum hâc in re locum occupavit, atque ita, ut omnibus in rebus quicquid exacti, quicquid pulchri, quicquid denique boni appareat, id ipſum Typographiæ Aldinæ nomine ex proverbio nuncupari ſoleat : fuit enim doctiſſimus, ac non minùs re, quàm cognomine, Pius, omnique laude dignus. Audivi enim ab eis, qui cum eo diu verſati ſunt, duo ad ſummum folia ſingulâ quâque hebdomadâ imprimi ſolere, cùm hodie totidem ferè in ſingulo quoque prælo quotidie cudantur, nullâ prætiſus multis in locis accuratione, quin etiam (prob ſcelestum ac nefarium facinus) poſthabito correctore. Hinc fieri non poteſt, quin Libri multis conſperſi mendis atque hæreſibus imprimantur. Huic ſanè rei Principes Civitatum non ſolùm privata ſed publica etiam utilitati conſulentes, toto conatu invigilare deberent. —— Artis enim typographicæ uſus ſi ſit bonus, quantum indè boni naſcatur, vix unquam dici poſſet : ſi autem ſit malus, alterum tantum mali ex eo oriri neceſſe eſt. Studendum igitur eſt, ut Ars typographica rectè & cum ſplendore tractetur, non ſecus atque Aldus fecit, quem magnâ ex parte imitati ſunt Badius Aſcenſius, Frobenius, Junctæ, Sebastianus Gryphius, Christophorus Plantinus, & alii perpauci : ſed, ut verum dicam, nunc à ſplendore illo deſciverunt.* De *Pii* cognomine postea dicetur. De duobus tantùm foliis ſingulâ quâque hebdomadâ impreſſis hæc ſcribit Chevillerius pag. 126. „ Il eſt „ difficile d'accorder ce fait avec le grand „ nombre d'impreſſions qui ſont ſorties des „ Preſſes de cet Illustre Imprimeur, & particulierement avec ce qu'il dit dans la Préface à l'*Euripide Grec* de 1503. *in* 8°. où „ il aſſure *Demetrius Chalcondylas*, à qui il „ dédie ce Livre, qu'il imprimoit chaque „ mois un bon Auteur, dont il donnoit plus „ de mille exemplaires, *quandoquidem mille & amplius boni alicujus Auctoris volumina ſingulo quoquo menſe emittimus.* Ce qui „ donna ſujet à *Erasme* d'écrire dans ſes *Proverbes*, qu'*Alde* faiſoit une plus vaste „ Bibliotheque que celle du Roi *Ptolomée-Philadelphe*, dont toute l'étenduë, ſi „ grande qu'elle fut, étoit bornée par les „ murailles du Palais d'*Alexandrie* ; au lieu „ que celle de *Manuce* n'avoit point de bornes, & s'étendoit juſqu'au bout du monde : Aldus *Bibliothecam molitur, cujus non alia ſepta ſunt quàm ipſius Orbis. Chil.* 2. *Centur.* 1. *Prov.* 1. Sans nous arrêter à ce que dit *Rocchа*, l'exactitude de ce docte Imprimeur de *Veniſe*, & la correction de ſes Impreſſions, eſt connuë de tous „ les Sçavans. Il dit lui même dans ſa ſupplique au Pape *Leon* X. qui eſt au *Platon Grec* de 1513. que ſa plus grande paſſion „ étoit d'imprimer les Auteurs très-corrects, & de ne mettre entre les mains des gens „ de lettres, que de beaux Livres ; qu'il „ avoit un ſi grand regret, quand il voyoit „ des fautes dans ſes Editions, que s'il avoit „ pû, il les auroit rachetées d'autant d'écus „ d'or, qu'il y en restoit ; *ſic doleo, ut, ſi poſſem, mutarem ſingula errata nummo aureo.* Et dans ſa Préface ſur la Logique „ de ſon *Ariſtote Grec*, il aſſure qu'il avoit

Quòd ego nunc in hâc almâ civitate, in hôc totius Italiæ firmamento, singularique virtutum ac laudatarum Artium domicilio Græciæ priscos Autores enarrem illustri frequentique auditorio juvenum nobilissimorum; quòd à probis omnibus diligar & commender: quòd denique mei voti compos effectus sim (nihil enim mihi fuit unquam optabilius, quàm ut Græcæ Linguæ propaginem, quæ Turcarum crudelibus lacertis excisa radicitus, solo in patrio misere jacebat, apud Italos redivivo germine pullulare viderem) id totum non solùm Illustrissimo Senatui Veneto, qui bonarum literarum cultores amplissimis præmiis semper fovit, ac liberaliter exevit: Verùm etiam Aldo Manutio, qui libros studiosæ juventuti suppeditavit, à me referri debet acceptum. Cùm enim admirandus ille vir publicas rationes privatis anteponeret, nulli sumptui parcens, nullum prorsus laborem detrectans, propriæ tam pecuniæ profusus,

„ avec lui pluſieurs gens de lettres très-ha-
„ biles, pour l'aider à rendre ſes Editions
„ fort correctes. Dans celle qui eſt aux Li-
„ vres de Phyſique de ce même Philoſophe,
„ il ajoûte, qu'il pouvoit ſe vanter, que ſes
„ Impreſſions étoient plus correctes que les
„ Originaux, ſur qui elles étoient faites:
„ *Dicere queo, quidquid meo labore formis*
„ *excuditur, ipſis Exemplaribus longè correc-*
„ *tius ac magis perfectum exire ex ædibus*
„ *nostris.*

„ Mais c'eſt de ce dernier fait dont il
„ n'eſt pas loüé univerſellement de tous les
„ gens de lettres. Par où il a prétendu re-
„ lever quelques-unes de ſes Editions, c'eſt
„ par cela même qu'il les a rendues ſuſpec-
„ tes & moins eſtimables; ou en ne les
„ rendant point conformes aux bons Ma-
„ nuscrits, & les corrigeant ſelon ſes pro-
„ pres conjectures; ou en copiant trop ſcru-
„ puleuſement ceux qui étoient fautifs.
„ C'eſt pourquoi *Erasme* dans ſa Lettre à
„ *Goclenius* ſe plaignoit de *Michel Bentius*,
„ qu'il avoit fait imprimer ſes Proverbes a-
„ vec les Citations d'*Homere* & de *Ciceron*,
„ priſes des Editions corrompuës d'*Alde*:
„ *Nam* Michaël Bentius *centulis quibusdam la-*
„ *ca à me citata ex Græco* Homero *ab* Aldo
„ *excuſo, item ex* Cicerone Aldino, *cum*
„ Aldina *ſint depravatiſſima*. Et dans la
„ Lettre qu'il écrit au Chanoine de *Con-*
„ *ſtance Jean Betzemius*, en lui envoyant le
„ Catalogue de ſes Ouvrages, il parle de
„ quelques Livres de *Plutarque*, dont il
„ dit: *Hoc unum erat incommodi, quòd Al-*
„ dus *hoc Opus excudit ſequutus Exemplar*
„ *multis locis depravatum.* To. I. *Oper. E-*
„ RASM. Néanmoins dans une autre Let-
„ tre à la page 148. de l'Edition citée de
„ *Leyden*, & ſi fait tomber
„ tout le blâme ſur quelques Precepteurs,
„ dont il dit qu'il ſe ſervoit le plus ſouvent
„ pour donner au Public les anciens Au-
„ teurs: *Officina* Veneta *dedit nobis* Feſtum
„ Pompejum *egregiè depravatum: non inſi-*
„ *mulo* Aldum, *ſolet ille tales operas aliqui-*
„ *Padagogo committere.* C'eſt peut-être pour
„ cette raiſon que ce grand homme, à qui
„ la Republique des Lettres a tant d'obliga-
„ tion, a témoigné quelquefois du chagrin
„ ſur ſes Editions, & qu'il a fait paroître
„ qu'il n'en étoit pas tout-à-fait content. Il
„ écrit dans ſa ſupplique au Pape, que nous
„ avons citée, qu'il n'écoutoit point les
„ flatteries qu'on lui diſoit ſur ſes Impreſ-
„ ſions: *Sed ego non credulus illis, nullum*
„ *enim adhuc dedi Librum, in quo mihi ſa-*
„ *tisfecerim.* „ CHEVILL. p. 234. „ Nous
devons remarquer ce qu'a écrit de ce
„ grand homme, *Jacques Zuinger* dans le
„ *Theatrum Vitæ humanæ* de *Baſle* 1604. p.
„ 3713. où il dit, qu'il étoit ſi appliqué à
„ ſon Imprimerie, qu'après avoir donné le
„ tems neceſſaire à ſes affaires domeſtiques,
„ il ſe renfermoit auſſi-tôt pour voir les Ma-
„ nuscrits *Grecs* & *Latins*, lire les Lettres
„ que les Sçavans lui écrivoient de tous les
„ Royaumes, & faire les Réponſes; que
„ rien ne lui étoit plus à charge, que les
„ viſites inutiles, qui lui faiſoient perdre ſon
„ tems; que pour s'en délivrer honneſte-
„ ment il avoit fait écrire ſur la porte de
„ ſon Cabinet, ces paroles: *Quisquis es, ro-*
„ *gat te* Aldus *etiam atque etiam, ut ſi quid*
„ *eſt quod à ſe velis, perpaucis agas, deinde*
„ *acturum abeas, niſi tamquam* Hercules
„ *vene-*

fusus, quàm vitæ prodigus extitit : ut communi studiosorum [a] utilitati prospiceret.

Hæ fuerunt egregiæ *Aldi* MANUTII dotes ; quibus quàm bene usus sit, meliùs videbimus, dum singula ejus Opera typographica ordine perſequimur.

ALDUS, postquam in ÆSOPI fabulis prælusisset, & parvum illud sed egregium virium suarum specimen dedisset, ingens opus, quale nullum antea prodierat, Philosophica ARISTOTELIS & THEOPHRASTI scripta, quinque voluminibus produxit. Hunc ingentem fœtum, non uno partu, sed intrà annorum quatuor intervalla, *Aldinum* edidit prælum. [b] *Concessum est eidem* ALDO *inventori ab illustrissimo Senatu* Veneto, *nequis queat imprimere neque hunc Librum neque cæteros, quos is ipse impresserit, neque ejus uti invento.*

Characteres, quorum [c] inventor dicitur, & quibus in *Psalterio*, ÆSOPO, ARISTOTELE, ARISTOPHANE, HESIODO, THEOCRITO, & Grammaticis primus & solus usus est, sunt facie paulò grandiore, rotundiore formâ, cultu eleganti & luculento ; variis & frequentissimis litterarum compendiis ornati. Venustatem certè quandam *Græcis* editionibus afferre eásque quasi flosculis multiplicibus inspergere mihi videntur hujusmodi compendia.

Psalterium Græcum (cui primum modò, religionis gratiâ, locum dedit) ordine impressionis si non primum at sanè inter primos ALDI Libros

„ *veneris suppositurus humeros : semper enim* „ *erit quod & tu agas, & quotquot huc attu-* „ *lerint pedes.* Paroles, qu'emprunta de lui „ cet habile Professeur en Langue *Grecque*, „ & depuis Imprimeur à *Basle*, *Jean Oporin*, pour les mettre aussi sur le sien.

a Lege ejus Epistolam ad *Grolierium* Græcæ *Aldi* Grammaticæ præfixam, ann. 1515. datam.

b Hæc formula legitur ad calcem ARISTOT. *Logic.* 1495.

c ALDUS majorum horum characterum inventor jure merito vocatur, cùm ab aliorum Typographorum & antiquiorum & coætaneorum typis discrepent. Amplâ fuæ figuræ crassitudine ad eos, quibus HOMERI Βατραχομυομαχία 1486. excusa est, satis accedunt. Formam autem referunt non adeò antiquam, sed tamen (nisi quòd tot vocum syl'abarumque compendiis abundent) lectu haud ita difficilem.

Typi Βατραχομυομαχία iidem sunt cum litteris Manuscriptorum codicum in Clariss. MONTFAUC. *Palæograph.* p. 274. l. II. III. & p. 297. Τυῶν &c. & p. 324. Τῷ κιτῷ &c.

Typi LASCARIS *Grammat.* 1476. & HOMERI 1488. & ORPHEI 1500. (qui inter se similes prorsus mihi videntur) sunt *Aldinis* exiliores.

Typi, quibus *Joannes* BISSOLUS & *Benedictus* MANGIUS PHALARIDIS *Epistolas* 1489. & SUIDAM 1499. excuderunt, sunt propè pares illis minoribus, quibus ALDUS in imprimendis ARISTOPHANIS scholiis, ARATO, DIOSCORIDE, NICANDRO, & Epistolis diversorum usus est.

Zachariat CALLIERGUS in *Etymologico* & SIMPLICIO 1499. typum figuram adhibuit *Aldinâ* non minorem, nec multùm illi abbreviationibus cedentem, variam tamen, pressiorem, nec omninò adeò nigram.

Litteræ majusculæ in Edition. LASCAR. 1476. HOMER. 1488. *Etymolog.* & SIMPLIC. 1499. & ORPH. 1500. sunt ejusdem figuræ, neque tam planæ, quàm illa, quam ALDUS, BISSOLUS & MANGIUS elegerunt.

Digitized by Google

Libros fuisse affirmabo. Anni indicio destituitur; opus est igitur conjecturâ. Eodem, quo ARISTOTELES, aliique suprà memorati, charactere excuditur. Paginis subsunt [a] *signaturæ*, & voculæ [b] *reclamantes*; nullæ autem paginarum numerum indicant [c] *cipheræ*. In ARISTOTELIS *Organo*, quod 1495. prodiit, signaturis solis ALDUS usus est; in *Cornu-copiæ*, quod 1496. signaturas, reclamantes & ciphras adhibuit. Istius ergo *Psalterii* editio, hôc forsan prior, illo posterior fuerat. Hæc singulari opere artificióque ab ALDO, pro ut materiæ dignitas postulabat, perfecta est: in duas distributa partes, quarum prior Psalmos 76, posterior reliquos cum aliis Testamenti utriusque Hymnis continet. Pars utraque Iambis *Græcis* in DAVIDIS laudem clauditur. Primam utriusque paginam ornant marginales limbuli, quibus etiam singuli Psalmi distinguuntur. Psalmi uniuscujusque litteræ initiales sunt (quas vulgò dicunt) *florentes*; titulos verò & primas omnium versuum litteras rubricæ insigniunt. Ad calcem, *nullum registrum*, *sed signaturarum ordo*. Ἄπαντα [d] τετράδιον, πλὴν τῦ 1. ἐκείνο γὰρ τεσσάδιον. Ἐγεφύη ἐν Ἐνετίαις ἐν [e] οἰκίᾳ (repone potiùs οἰκίᾳ.) Ἄλδῳ τῷ [f] Μανυτίῳ. Psalterio [g] *Græca* JUSTINI *Decadyi* ad suos populares Epistola præfigitur.

Anno

a. b. c. d De technicis hisce vocibus typographicis [viz. signaturis, reclamantibus, cipharis, registro, quinternis &c.] Et quod tempore in *Græcas* Editiones earum usus introductus fuerit, postea dicetur.

e Nam *oikeia patriam*, seu *solum patrium* significat, *oikia domum*. Vocem utramque, eodem tamen sensu, (si modò non sit is error præli) ALDUS usurpavit. Idem in hujusmodi subscriptionibus nomen loci, sæpius *in Venetiis*, aliquando *Venetiis*, expressit. Has subscriptiones Linguâ, aut unâ tantùm, *Græcâ* vel *Latinâ*, aut utrâque efferebat. Annum impressionis Litteris numeralibus *Romanis*, aut etiam *Gracis* majusculis, aliquando & minusculis quoque declarabat.

f Hujus sui nominis orthographiam variavit *Aldus*: Μανύτιος *Manutius*, Μανούτιος *Manucius*.

g Ἰωάννης ὁ Δεκάδυος τοῖς ὁμογλώττοις, εὖ πράττειν. —— Ἄλδος τυπώσας Μανύτιος ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἴλκων τὸ γένος, ἀνὴρ βίβλοις καὶ λόγῳ κεχρημένος. Οὗτος ἀρετῆς ζῆλῳ καὶ τῇ σῷ τὰ ἱμάτια κεδνιμήκτι τῷ ταγῷ, τὸν τῶ γεγωμότων τάκτον ἐναρμοσίμ καὶ σύνδιον τῇ τῶ εἰκείω τοὺς ἰφιῦρτι ἐξύτετι. Ἐῶ δὲ λίγειν τὸν χαρακτῆρα, ὅστις ὧν αὐτὸς τῇ ἐκ τὸ καθαγεφῶν χαρελόφων ἐχάραξεν ἀρχαίτερον. Τοῦτο τοιγαροῦν οὐ τόκτον κεινολογήματος, ἰ μόνοι ξυναπόντα καὶ σοφτερκάμενοι, ἀλλ' ἴδη καὶ αὐτὸν οἰχθεῖ ἀρκμβῆσι εὗρον εἰς ταῦτα, καὶ τὸν ἴμον ἐπὶ πλέον χρεσεῖς αγγέλιαις ἐπτοίσατα. Τὸν δὲ Μανούτιον πεντάσελχον, σὺν τῇ τῶν παλαιῶς λόγθάκτι πάσῃ λοιπῇ σφγμαλίᾳ, Ἐβραϊστί, Ἑλληνικῇ, Ῥωμαϊκῇ, οὐκ εἰς μικρὸν ἐκδόσεσι ἀνηλίσιμον τὸν Θεῷ. Ὧν ἀκόντας αὐτὸν μὲν ὄστις ἴσθη ὑφ' ἑαυτῆς ἐγγένοντ, οἵγε τὰ ὑμίτερ πεπαλαιμβῆκε τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς τῇ σφγμάτων ἀτομαλίαις ὧδε τυγχάνοτα, τὸν (ὡς αὐτὸ τόστε) ἀπκαπίζοδσμ μέλλοντα. Ἐκόντ ἢ τάτε τῇ παλαῖ ῥωμῇ καὶ φ χρεῖς σφαιρίσεις ἰμακάρτα. Ὃν δὲ χρώματον ἐκτυθυμίᾳ (ἀνάτιρον δὲ, ἀπελαθεῖσθαι ἀπάντ ἴσῳ οἱ σπαφεγμβῆσι τὸ ἄνδρ) δηὖ ἢ μάλιστ ζέλῳ σοῖς ταῦτα κτιπτῆμ. Τῦτο γοῦν συνεγὼν ἐρικας σοῖς τὰ κάλιστα, ἴδεξί μοι τὸν βιότοδτον βίβλον τῇ θείᾳ πεῦτοτ σὺ τοπόσῳ ψαλμῶν, τὸν ἀμέτως ταῦτα καὶ ἀξίως τῦ ὃν αὐτῷ συνδιβρῃ τεθμαλῷ σοφείτω ἅμα καὶ βατιλία, ὅστις τοις σοῖς μοι καὶ κάτικα λβρεύσει τῷ μῆ ἰ πολὺ τωπαθεσβρῆσι ἐμὶ θείᾳ σφιαπίμῃ γεγοφῶτ.

Digitized by Google

Anno 1495. ex *Aldinâ* officinâ prodiit ARISTOTELIS *Organum*; cui præcunt [a] *Aldi* MANUTII *Romani* dedicatoria ad *Albertum* PIUM Principem *Carpensem* Epistola *Latinè*, & duæ *Græcè* ad Lectorem Præfationes, hæc [b] *Scipionis* CARTEROMACHI *Pistoriensis*, illa [c] *Alexandri* BONDINI; cum *Græcis* Epigrammatibus, altero CARTEROMA-

φῶν. Ὅυτι οὐ μακρὸν ἡ ἡ τὸ τελέθειον, ἡ ἀ καλὸν ἰμὶν ἐδ· πνίγκτθεῖον, μεῦ ὁ τὸ ἐγκύκλιον Θεῖ συναιρομὸν τυπόσομ. Παλάντι ἡ μεγάλων τὸν χρόνον παρίχιται καῖ ἐξαίρετον ἡ ὁ θεῖα τῶν ἑλλήνων αὐτὸ βίβλων· ἀφ' ἡς φασι ὁ Θεῖ· Χρυσόστομ·, μᾶλλον συμφέρει τῷ κοσμῷ σβεσθῆναι τὸν ἥλιον, ἤπερ τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο ἀναίρησ μὲ ψάλλειδαι. — Ἡμεῖς ἡ ἀνὰ χεῖρας λαβόντες — τὸν μ ἰσχὺν χορηγίαν ἀντίδοτε, Ἄλλῳ μὴν τῷ φιλόλλει, ὡς δεξάντες φύσεως ἰρῶ μερὶ τάτων γεγραμμάτων γινομήμῳ χαμκτῆρ· (ὡς ἔφημεν) ἰμοὶ ἡ ὡς ἔτω Σεμνὸς ἀνθυπατεύσας τυποῦσθαι, καὶ μνείαν ἀμείψασθαι ἡ συντελεῖσαι ἀφ' ἡς τὸν ἐρθότερα· ὑγιέσαια γὴ σύνταπαν τῷ ἐρθότατο. Ἐμῤῥωδο.

In hâc Epistolâ laus *Aldi* celebratur, qui vocatur φιλόλλω ab illo, quo ardebat, *Græcarum* litterarum studio. Ipse etiam suo nomini hunc titulum adjecere gaudebat. (lege postea anno 1497.) Quod in Epistolâ suprà allatâ promittitur de Pentateucho & Vetere Testamento *Hebraïcè*, *Græcè* & *Latinè* ab *Aldo* imprimendis, utì & de τριπλίῳ & τετρακορίῳ, fuisse unquam præstitum non novi. Sed multa & magna animo capace vir ille vitâ vel longissimâ dignus agitabat, quæ non licuit exequi. Miremur potiùs eis, quæ executus est, tempus sufficisse. Minimum est prorsus, quod *Aldus Hebraïcè* excudit. Occurrit (inter POLITIANI Opera ann. 1498. Lib. *Miscellan.* cap. 83.) pars versiculi initio Psalmi 65. Habemus præterea quasdam lineolas in *Hypnerotomachia* (ann. 1499.) quaternionis b paginis penultimâ & ultimâ *Hebraïcè* impressas. Characteris figura hic minor est, illic major; utraque verò optima, quâ equidem meliorem ullibi vix vidi. In eadem *Hypnerotomachiâ* (quaternionis h pagin. penult.) nonnihil legitur *Arabicis* litteris, quæ autem non excusæ sunt, sed in tabulâ incisæ.

a *Aldus* in illâ Epistolâ laudat PICUM *Mirandulam Alberti* PII avunculum nuper defunctum, & *Pici* comites *Hermolaum* BARBARUM & *Angelum* POLITIANUM. Celebrat *Alberti* PII in *Græcas* litteras studium, ingenium, eloquentiam; ejus curam in Libris *Latina*, *Græca* & *Hebraïca* discipliuæ perquirendis, doctissimisque Præceptoribus multâ pecuniâ conducendis. Promittit à se imprimendos fore Commentatores ARISTOTELIS, AMMONIUM, SIMPLICIUM, PORPHYRIUM, ALEXANDRUM, PHILOPONUM, & THEMISTIUM paraphrasten; item Grammaticos, Poëtas, Oratores, Historicos, & quicunque profuturi studiosis videbuntur. Scribit se habere complures coadjutores viros doctissimos; quorum auxilio Libri ipsius exirent in manus hominum quàm emendatissimi: in quibus erat *Alexander* BONDINUS Artium & Medicinæ Doctor egregius, ac *Græcarum* litterarum doctissimus.

b CARTEROMACHUS commendat Logicæ studium. De eo ERASMUM audiamus (Epistol. pag. 788. Epistolâ datâ *Basil. I. Mart.* 1524.) Bononiæ *primùm videre eumisit* Scipionem Carteromachum, *recondita & absolutæ eruditionis hominem, sed usque adeò alienum ab ostentatione, ut, ni provocâsses, jurâsses esse litterarum ignarum. Cum eo post Romæ fuit mihi propior familiaritas. Et decessit haud multò major annis quadraginta duobus.*

c Ἀλέξανδρ· Ἀγαθήμερ· (sic enim *Græcè* vertit nomen BONDINUS) Φυσικὸς τῶ τῶ ἄνδρ φιλοσοφῖν ἐσχηκ, ἐδ περίβλεπτ.

Χρύσ· ὁ, ὅτι μόνῳ ἀφ' ἡμῶν ποιητικὸν ἡ ἱστορικὸν τέχνη καθηγεμόνα, ὑγιῆ· ὁ ἐπὶ τοῦτ ἡ ἄλλη ὕλη τὸ ἄκρον, ὅπω φιλοσοφίαν ἐπιγνώσεσθ. Νῦν ἡ &c. Λοιπὸν ἀν ὧν ἐπὶ γῆ εἰ ἔργον νέγι τῶν εἰδῶν, τῷ μὲν Ἄλλῳ τῷ φιλόλλω, τῷ τὰ γράμματα ἐξεμρεκτ, ταῦτην τὸ τὰ βίβλον ἐσωμολὼς τὸ καὶ ἐρθογραφίας εἰλικρινδίταν παρεσκευάσει πλεῖστα, ἰμοὶ ἡ τῷ ταῦτα διερθώσαντι, οἱ μὲν ἡ πλείσιν, ἀλλ' ἱκανὸν τὸν χάριν ἔχειν. Ἐῤῥῶσο.

Digitized by Google

ROMACHI tetrasticho, altero *Aldi* hexasticho. Huic volumini apponuntur ſignaturæ, infra paginas quaterniorum indices. Ad calcem PORPHYRII, Ἔπαινῶ, τιμῶ δὲ δόξα χαίρω Ἰησοῦ τῷ λυτρωτῇ ἡμῶν. Ad calcem ARISTOTELIS *Categoriarum*, δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν. & ad calcem totius libri τῷ Θεῷ δόξα τὰ καὶ χαίρειν. Ἀμήν. *Regiſtrum Operis. Impreſſum Venetiis dexteritate Aldi Manucii Romani. Calendis Novembris.* M. CCCC. LXXXXV.

Anno 1497. prodierunt ARISTOTELIS libri novem de hiſtoriâ, quatuor de partibus, unus de inceſſu, unus de motu, quinque de generatione Animalium; tres de Animâ; Parva (quæ vocant) Naturalia; de Spiritu; coloribus; phyſiognomicis; mirabilibus; dogmatibus XENOPHANIS, ZENONIS & GORGIÆ; atomis lineis; THOPHRASTI libri de piſcibus; vertiginibus; laſſitudinibus; odoribus; ſudoribus. Hoc ſecundum volumen eidem [a] *Alberto*, cui etiam tres proximi, dedicatur. Huic apponuntur non tantùm ſignaturæ, ſed & Ciphræ in adverſâ quâque foliorum paginâ ſupernæ, & Reclamantes (utì vulgò appellantur) voculæ. Ad calcem, *Regiſtrum quinterniorum.* Ἀπαντᾶ εἴσι πενῆδεια πλὴν τῶ XX τελεῦταίς, ὅπερ ἐσι τέλος βίβλου. *Omnes ſunt quinterni præter XX quaternum.* Ἐν Ἐνετίαις, ἐν οἰκίᾳ Ἄλδου τῶ Μανυτίου. X. HHHH. [b] ΔΔΔΔΠΠ. γαμηλιῶν & Φοίνικος τρίτῃ. *Venetiis in domo Aldi menſe Januario.* M. III. D. Hic in fine voluminis ſeorſim imprimitur ARISTOTELIS liber decimus de Animalium hiſtoriâ, cùm hâc monitione; *En tibi, lector cariſſime, fragmenta ea, quæ* [c] *Gaza in proœmio de Animalibus in nonnullis codicibus tum Græcis tum Latinis inveniri ait; quæ ſuo fortaſſe loco impreſſa legeres, ſi ſuo tempore in manus noſtras veniſſent. Nunc verò hôc loco adjecta maluimus, quàm te iisdem qualibuscunque fraudari. Vale.*

Eodem

[a] In *Aldi* Epiſtolâ leguntur hæc. *Quòd ſi hos de animalibus libros cum iis conferes, quos miro ſucceſſu Theodorus Gaza, licèt Græcus homo, tamen & Latine & Græcè eruditorum omnium ætatis ſuæ facile Princeps, fecit Latinos, brevi quantum profeceris non pœnitebit. Ibi enim utriusque linguæ proprietatem licet cognoscere: quod & nobis & Græcis eſt apprime neceſſarium. Nullus eſt (mihi crede) Græcus liber, in quo facilius diſci Græca Lingua poſſit ab hominibus noſtris propter Theodorum. Sic Græcè didicit Hermolaus Barbarus, ſic Picus Mirandula avunculus tuus, ſic Hieronymus Donatus, ſic Angelus Politianus, ſummo viri judicio, ſummo ingenio, ac undecumque doctiſſimi; Sic denique quicunque Græcas literas ſaltem temporibus noſtris. Idem & tibi, mi Alberte, cenſeo faciendum, ut cum, & tu non mediocri ſis ingenio, iis, quos præſixi & eloquio par ſias, & ſcientiâ.* —— *Conſuluit labori noſtro Franciſcus Caballus multi homo ſtudii, philoſophiâque doctiſſimus, ac extellens Venetiis medicus. Is enim libellum de ordine librorum Ariſtotelis in philoſophiâ accuratè quidem, & eruditè compoſuit, quem ipſi brevi excuſum formis publicabimus.* Hunc Librum CABALLI nondum vidi.

[b] Hic omittitur Ιδ

[c] *Theodor.* GAZ. in Epiſtol. ad XYST. IV. ante libros de Animal. *Latinè* verſos & excuſos 1492. ſic ſcribit. *Sunt exemplaria tum Græca tum Latina, quæ habeant fragmentum quoddam hiſtoriis adſitum: ſed id cauſas quasdam materiales agentiisque generationis humanæ exponit, non hiſtoriam complectitur. Itaque non inter hiſtoria libros hoc ego ponendum duxi; ſed ſi collocandum uſpiam eſt, libris de Generatione, meo quidem judicio, conjungendum eſt.*

Digitized by Google

Eodem anno paulò pòst subsecuti sunt * Libri ARISTOTELIS octo de Physico auditu, quatuor de Cœlo, duo de generatione & corruptio-

2 *Aldus Manutius Bassianàs Romanus Alberto Pio Principi Carpensi. S. P. D.*

Pisistratus tyrannus, vir multâ doctrinâ & eloquentiâ, liberalium disciplinarum libros Athenis publicè ad legendum præbuisse primus dicitur, ac duodequinquaginta libros Homeri Iliada & Odysseam, dispersos, ac confusos, ut qui variis locis & temporibus à Poetâ recitati, effusique, cùm vagaretur, fuerant: in eum, qui nunc est, ordinem redegisse, & quodammodo confusisse. Unde ραψῳδία & singulis libris & universo operi (ut quidam volunt) est inditum nomen παρὰ τὸ ῥαπτεῖν & τὴν ᾠδήν. Propè suerat enim vir ille de re litterariâ optimè meritus dignum præmium iis, qui Homeri carmen aliquod attulissent. Quâ re facile fuit dispersum carmen colligere aurum promittenti. Quin imò (tanta est vis nummorum) majoris spe muneris quamplurimi dati sunt subditicii versus: quos postea Aristarchus gravi judicio grammaticus notavit, atque obelisco transfixit. Utinam mihi idem liceret, jucundissime Princeps. Colligendis enim corrigendisque accuratè omnibus Aristotelis & Theophrasti operibus parcerem certè nulli impensæ. Non me voluntate & studio superavit Pisistratus, sed divitiis. Verùm, quia labor omnia vincit improbus, brevi spero futurum, ut pleraque omnia Aristotelis & Theophrasti veniant in manus studiosorum excusa typis nostris, quatuor voluminibus. En primum absolvimus: & quod etiam in Logicis fecimus, in tuo nomine publicamus, ut intelligant studiosi tibi etiam se debere, si vobis debent. Nam non modo assidue adjuvas provinciam nostram opibus tuis, sed agros quoque fertilissimos, amplissimósque te mihi donaturum paùcis dicis. Immo oppidum amœnum ex tuis ita meum futurum polliceris, ut in eo aquè ac tu jubere possim. Quod facis, ut bonorum librorum & Latinè & Græcè commodius faciliusque à me ibi fiat omnibus copia, constituatur etiam academia: in quâ relictâ barbariæ bonis litteris, bonisque artibus studeatur; ac tandem, secentos annos & plus eo glandem depasti homines, vescantur frugibus.

—— *Utinam viveret ille Joannes Picus avunculus tuus, quem immaturâ morte raptum semper deflebimus. Nam cùm suâ, quamvis magnâ, tamen adhuc crescenti doctrinâ; tum te sororis & Joanne Francisco Pico Galeoti fratris filio, acerrimè (ut facitis) philosophantibus superaret omnium fortunam. —— Illud vehementer dolendum ex tot, quæ composuit Theophrastus (non pauciora enim quàm Aristoteles scripsit, quod in ejus vitâ licet videre) hos tantummodo, eósque non integros & correctos, sed mutilatos, ac mendosos, cùm inscitiâ librariorum, hominúmque incuriâ, tum præcipuè durâ, gravique offensâ temporum inveniri, atque adeò raros, ut eorum, quæ legis, unum duntaxat exemplar habere potueris in totâ Italiâ. Qualescunque igitur habere potui, imprimendos curavi, sperans, si cubi latent, meliores in lucem aliquando exituros à studiosis qui mendosos hos legerint, quæsitos perdiligenter. Aristotelis verò & quæ nunc legenda damus, & quæ mox Deo favente daturi sumus, multum certè elaboravi, ut, tum quærendis optimis & antiquis libris; atque eâdem in re multiplicibus, tum conferendis, castigandisque exemplaribus, quæ dilaceranda impressoribus traderentur, periérintque ut pariens vipera, in manus hominum venirent emendatissima. Id ita sit nècne, sunt mihi gravissimi testes in totâ ferè Italiâ, & præcipuè Venetiis Thomas Anglicus homo & Græcè & Latinè peritissimus, præcellensque in doctrinarum omnium disciplinis; Et Gabriel meus, Brassicella natus, vir impensè doctus, ac rei litterariæ censor acerrimus, alterque Quintilius * Justinus etiam Corcyræus miro ingenio adolescens, Græcèque satis quàm eruditus. Ferraria verò Nicolaus Leonicenus & Laurentius Maiolus Genuenses, quorum alter philosophorum ætatis nostræ, medicorúmque omnium facilè princeps, librorum omnium Aristotelis, quos ipse haberet, mihi copiam humanissimè fecit: alter præstanti vir ingenio, & maturo judicio, ac omnibus bonis artibus præditus, omnes propè Aristotelis libros summâ curâ summóque studio contulit cum libris Leoniceni nostri meo rogatu. Idem & ipse Venetiis accura-*

* Nescio, an forte is sit JUSTINUS *Decadyus*, cujus antea memoratam habemus Epistolam *Græco* præfixam.

Digitized by Google

ruptione, quatuor de Meteorologicis, unus de Mundo ad ALEXANDRUM; PHILONIS, de mundo; THEOPHRASTI de igne, ventis, lapidibus; Anonymi, de ſignis aquarum & ventorum. His præmittuntur Vita ARISTOTELIS ex LAERTIO & *Joanne* PHILOPONO, THEOPHRASTI ex LAERTIO, & Historia GALENI de philoſopho. Ad calcem; Ἅπαντα τὰ βιβλία ἐστι πλὴν τῶ • ἃ ΣΓ καὶ Κ. ἐκεῖνα δὲ τελάδοια. *Sunt omnes Quaterni exceptis* • & ΣΓ & Κ. *illi enim terni.* Ἐγεγράφη δὲ Ἐνετίαις τῇ κατὰ τιτρίνη χωρὶ ἐν οἰκίᾳ. (repone οἰκίᾳ.) Ἄλδε τῇ Μανυτίε Ῥωμαίε ἢ φιλέλλησι. Θαεγγλιῶν φθίνοντος. X. HHHH. ΔΔΔΔΠΠΙ. *a. v. 5ζ. Excriptum Venetiis manu ſtanneâ in domo Aldi Manutii Romani & Græcorum ſtudioſi Menſe Februario.* M. III. D.

Eodem anno poſt ſpatium trimestre editi ſunt • Libri THEOPHRASTI decem de plantis, & quatuor de plantarum cauſis; ARISTOTELIS & ALEXANDRI *Aphrodiſienſis* Problemata; ARISTOTELIS Libri de Mechanicis; ejusdem & THEOPHRASTI de Metaphyſicis. Ad calcem tabula quinternorum, quaternorum & ternorum. Ἐγεγράφη ἐν Ἐνετίαις ἐν οἰκίᾳ (repone, uti priùs, οἰκίᾳ.) Ἄλδε τῇ Μανυτίε. Ἑκατομβαιῶνος μηνὶ εἰμένᾳ. X. HHHH. ΔΔΔΔΠΠΙ. *a. v. 5ζ. Excriptum Venetiis in domo Aldi Manutii. Calendis Junii.* M. III. D.

Anno demum 1498. finitum eſt ARISTOTELIS quintum & ultimum

accuratiſſimè feci, non ſinè adjumento virorum doctorum, qui & Venetiis ſunt & Patavii. Quanquam minus fieri potuit: nequid his libris deſideraretur. Quod non meâ quidem culpâ factum eſt (nam hoc verò queo dicere, quicquid meo labore formis excuditur, ipſis exemplaribus longè correctius, ac magis perfectum exire ex ædibus noſtris) verum tum hominum, qui ante nos fuerunt, tum edacium temporum, quæ tandem cuncta immutant, conſumunt. —— Non multò pòſt publicabimus cætera Ariſtotelis, & Theophrasti in suo nomine. Hinc omnis commentarios in Ariſtotelem dabimus: præterea divini Platonis omnia opera, & quotquot in illum extant commentaria. Dabimus etiam & Hippocratis & Galeni omnia & cæterorum illustrium, qui in medicinâ ſcripſerunt. Condonabimus deinceps mathematicos omnes. Quid queris? Efficiam profectò (ſi diu vixero) ne deſint boni libri bonarum litterarum & liberalium artium ſtudioſis. Vale.

a *Aldus* in Epistolâ ad ALBERT. PIUM habet hæc. *In his imprimendis eâ uſus ſum curâ, ut ſi cui alius atque ego fecì, conſtituendi ordo videbitur, facilè id queat pro arbitrio ſuo. Quare autem nos hôc ordine uſi ſumus, alibi cognoſces. Illud certò ſcias cum cæteris ſtudioſis, omnia à nobis in durâ hâc, & ſumptuoſâ provinciâ fieri accuratiſſimè. Quod ſicubi non factum videbitur, quòd quædam dari meliora potuerint, videte ne ſitis ingrati, cùm nocte, dieque, vel ſupra vires vobis laborem. Quod tamen facio perlibenter. Nec ab incœpto unquam deſiſtam, niſi effectero, quod ſum pollicitus. Nullis profectò parcam ſumptibus quamvis magnis. Parvifaciam labores omnis, etiam ſi in voluptate vivere, & in ocio eſſe ſemper poſſim. Et enim tu mihi optimus testis, an potiores Herculis erumnas credam, ſeu/que laboret, & Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali. Natus enim homo eſt ad laborem, & ad agendum ſemper aliquid viro dignum, non ad voluptatem, quæ belluarum eſt, ac pecudum.* Cura ea, quam *Aldus* ſe in hôc volumine adhibuiſſe ſcribit, eſt hæc, ut ſinguli tractatus, qui in eo continentur, ſuo quique novo ſignaturarum & ciphrarum ordine incipiant.

Digitized by Google

mum [a] Volumen Libros ejus Ethicos, Politicos, & Oeconomicos complectens. Ad calcem, *Registrum.* Ἅπαντα πινάκια, πλὴν ΚΚΚΚ *duabus*, XXXX ϛ ΓΓΓΓ *tesabiis.* ϕϕϕϕ. ϛ ΚΚΚΚ. ἑξαδίων. *Omnes quinterni præter* KKKK *duernum.* XXXX. & ΓΓΓΓ *ternos* ϕϕϕϕ. *&* KKKK. *ſexternos. Venetiis.* M. II. D. *Menſe Junio. apud Aldum.*

Dum larga horum Philoſophorum volumina ſub prælo ſudabant, *Aldus* nullis laboribus fractus, ut lectoris tædium levaret, ejúsque animum continuâ lectione Philoſophicâ fortaſſe feſſum materiâ ſubinde variâ reficeret, Poetarum quorundam & Grammaticorum Opera interjecit.

Annò itaque 1495. THEOCRITI Idyllia triginta, HESIODI Opera, THEOGNIDIS ſententias, PYTHAGORÆ Carmina aurea, & PHOCYLIDÆ Poëma cum aliis ejusdem materiæ Opuſculis emiſit, & [b] *Baptiſtæ* GUARINO præceptori ſuo dicavit. Ad calcem; *Im-*

a *Ald.* in Epiſtol. ad *Albert.* PIUM. —— *Oeconomica potiùs fragmenta quædam, quàm liber integer & abſolutus videbuntur. Atque utinam id omne, quod eſt à Leonardo Aretino in Latinum traductum, dare potuiſſem. Quod ut haberemus, Romam, Florentiam, Mediolanum, in Graciam, ad ipſos quoque diviſos toto orbe Britannos, & quò non? miſimus nec niſi, quod etiam Venetiis habebatur, accepimus. Atque hic eſt ſextus menſis, ex quo penè abſolutos hos libros, dum id, quid deerat, expectaremus, non ſinè magno incommodo intermiſimus: hoc eſt ſecundum à Leonardo tralatum librum, qui Latine incipit, Probam mulierem. Qui cùm à nobis muſquam inveniretur, in ejus locum aliud quoddam, etſi ad politica magis, quam ad œconomica ſpectare videtur, ſtudioſis damus, daturi & id parum, quod deeſt, cùm primum haberi poterit. Videant igitur quidam vel ingrati, vel invidi, vel malevoli, quàm ſit difficile qualescunque, nedum emendatos imprimendos curare Ariſtotelis libros, cæterorúmque illuſtrium perraros inventu. —— Mihi in tanto odio & invidiâ improborum hominum, id valde gaudendum eſt, quòd induſtriâ noſtrâ potiſſimùm, maximisque laboribus effectum eſt, quod maximè cupiebamus. Ut ſcilicet rejiciendas ineptias, & barbariem, Graciſque auctoribus, & bonis artibus dandam operam, ſam omnes, qui rectò ſuum judicio, cenſeant caperintque plurimi exemplaria Græca-nocturnâ verſare manu, verſare diurnâ.*

b *Aldus Manucius Romanus Baptiſtæ Guarino præceptori ſuo S. P. D.*

En tibi, Magiſter doctiſſime, Theogonia Heſiodi, quam petis à nobis, interpretaturus publicè diſcipulis tuis. Addidimus ejusdem Poëta Scutum, at Georgicorum libros: nec non Theocriti Idyllia ſeu opuscula triginta: Item moralia verſu elego Theognidis poëta antiquiſſimi; cujus & Plato in legibus: & Iſocrates meminit in orationibus. Nec deeſt Phocylides: quem antiqui ethographis annumerat Iſocrates ad Demonicum. Operæpretium etiam viſum eſt addere interpretationem maximi Planudii eius libelli, qui incipit: Cùm ego animadverterem. Quem fama eſt fuiſſe Catonis cujusdam. Sed quicunque fuit, doctus fuit & lectu dignus. Cujus ſententia cùm eſſet Planudius Gracis quoque legendum tradidit verſu hexametro & doctè quidem & eleganter. Hanc interpretationem in membranâ abhinc trecentis annis & plus eo ſcriptam litteris propè exeſis, ut vix dignosci poſſent, vidiſſe ſe retulit mihi Franciscus Roscius juvenis plenus fide; & Græcè & Latinè apprimè doctus. Nec mirum eſt; nam & ipſe ex tuâ ſuèlici Veronâ oriundus, qua mater & alumna eſt & ſemper fuit doctiſſimorum hominum. Inſeruimus & alia quædam profutura ſtudioſis: qua in fronte libri impreſſa licet videre. Siqua tamen leges incaſtigata, magiſter doctiſſime, tam hic quàm in cæteris libris: quos ego ad communem ſtudioſorum omnium utilitatem curo imprimendos

(*nam*

Impreſſum Venetiis characteribus ac ſtudio Aldi Manutii Romani cum gratiâ &c. M. CCCC. XCV. *Menſe Februario.*

Anno

(nam eſſe aliqua non eo inficias) non mihi imputes : ſed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros : nam in quibusdam Cupido conjectore opus eſſet. Ita enim mutilati quidam ſunt & inverſi, ut ne ille quidem, qui compoſuit, ſi reviviſceret, emendare poſſet. Sed curaturum ſummo ſtudio, ut vel ipſo exemplari imprimatur correctiores. Sic in Apollonio grammatico fecimus, ſic in hic libro in iis, quæ addidimus eclogis, rati ſatius eſſe aliquid habere quam nihil. Quod incorrectum eſt, ſi lateat, raro vel potius nunquam emendatur. Si verò prodit in publicum, erunt multi, qui caſtigent ſaltem longâ die. Sic in Fabio Quinctiliano: ſic in C. Plinio nepote: ſic in nonnullis aliis factum videmus, qui quotidie emendantur, quotidie priſtina elegantia & candori propius accedunt. Sed periniqui ſunt & ingrati, ſiqui ſunt, qui me accuſent. His ego nihil imprecarer, niſi ut quemadmodum ego ita & ipſi curarent aliquando imprimendos Graces libros. Sentirent certè longè aliter, ſed hæc ſatis. Hunc verò librum tibi dicamus Præceptor Exel. &c. FABRIC. in *Biblioth. Grac.* lib. 3. pag. 436. Exemplo hujus editionis, quod apud me eſt, DAN. HEINSIUS manu ſuâ adſcripſit: *Ex hâc Theocriti editione videntur quædam non vulgaria in reliquis recentioribus poſſe emendari.*

Nonnulla ſunt, in hâc THEOCRITI Idylliorum triginta editione, quæ ſcire lectorem non pœnitebit. Quædam his admiſcentur, quæ & MOSCHO & BIONI adſcribuntur. Poſt Idyllia 18. priora, ſic ſe habet reliquorum ordo.

Ἐπιτάφιος Βίωνος.
Ἐυρώπη.
Μόχθος Ἔρως ὀδυσσεύς.
Κυκλωπικὸς ἢ
Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος.
Βουκολιασταί.

Θεοκρίτου Ἀλιεῖς
Μίτυλος γυνὴ Ἡρακλέους.
Θεοκρίτου Διόσκουροι.
Θεοκρίτου Ἔρωτες.
Σύριγξ.
Εἰς ἡρῶ καὶ Λέανδρον.

Præterea hujus ejusdem editionis duo diverſa vidi Exemplaria ; quæ in quibus invicem diſcrepant, indicandum eſt.

In Idyllio, quod inſcribitur Μίτυλος, alterum horum duorum Exemplar poſt verſum 13. Σχίτλιος, ὃς τόξοισιν &c. ſtatim ſubjungit finales Idyllii, quod inſcribitur Ἐπιτάφιος Βίωνος, verſus, incipiens à verſu 35. τὸν μέλιτος τῶ σῶ &c. Porrò in Idyllio, cui titulus Διόσκουροι, idem poſt verſ. 184. Ὣδ' ἄυτως Κάστωρ &c. ſtatim ſubjicit octo verſus finales ex HELENÆ Epithalamio, Ἐυπολίης Κυπρίς &c. usque ad Ὕμαες δ' Ὑμέναιε &c. Idem Exemplar poſt ultimum Idyllium addit duos breves tractatus, Γίνος Θεοκρίτου, & Περὶ ἰυρίτμος τῶν βυκολικῶν, qui licèt in Libri fronte promittantur, in altero tamen Exemplari deficiunt, cujus ſcilicet ternio Θ poſt verſus in locum aliorum mendoſè repetitorum reſtitutos duobus his tractatibus ſpatium non reliquerat. Tamen in utroque, cùm ternionis hujus paginæ diſſentiant, idem eſt Regiſtrum. Denique in utroque σύριγξ figura eſt dispar, & Idylliorum quorundam tituli diverſi.

Μίτυλος γυνὴ Ἡρακλέους.
Διόσκουροι, ἢ ἁπὴ Ἰάδι.

Μισῶ φιλέοντα.

Ἥρωα καὶ Λέανδρον, ἢ Θεοκρίτου
Σύριγξ. Τῷ Πανί.

Μίτυλος γυνὴ Ἡρακλέους, Δωρίδι.
Θεοκρίτου Διόσκουροι, ἁπὴ Ἰάδι, ἐγκωμιαστικὸν.
Θεοκρίτου Ἔρωτες, Δωρίδι διαγέγραπται. (Repono ex aliis editionibus διαγράμματικὸν.)
Τῷ Πανί.

Digitized by Google

Anno eodem [a] THEODORI Grammaticam, & Opusculum de menſibus, APOLLONII Syntaxin, & HERODIANI tractatum de numeris vulgavit. Ad calcem Grammaticæ THEODORI, Τέλος τῶ (repone τῦ) τετάρτε τῶν εἰς τίσταμαι τῦ Θεοδώρε γραμματικῆς εἰσαγωγῆς. Καὶ Ἰησῦ χριςῶ πλείη χάρις. Poſtea *Regiſtrum præcedentium quaternionum.* Ἐτυπώθη ἐν Ἐνετίαις δεξιότητι Ἄλδε Μανυκίε τῦ Βασιανέως. Ad calcem APOLLONII, *Regiſtrum tantùm Apollonii. Impreſſum Venetiis in ædibus Aldi Romani octavo Calendas Januarias.* M. CCCC. LXXXXV.

Anno 1496. *Theſaurum Cornucopiæ* & *Hortos* ADONIDIS, i. e. variorum de re Grammaticâ opuſculorum ſyllogen, luce donavit. Huic præmittuntur Præfationes quatuor, duæ * *Aldi* & [a] POLI-

[a] *Aldus Manucius Romanus Lectori. S. D.*

Non ſum nescius, ſtudioſe lector, hanc Apollonii Theodorique grammaticen viſum iri tibi primò duriuſculam atque inſuavem: deinde cùm eam accuratè relegeris & facilem & jucundam. Nam Theodorus (ſi dictionem attenderis) videbitur tibi dulcis, eloquens, & planè Atticus, nihilque prætermiſiſſe, quod ſit neceſſarium volenti Græcè diſcere. Si verò doctrinam atque ordinem (Pace aliorum dixerim) ſolus docere bonas litteras caterorúmque grammaticorum facilè princeps. —— Apollonio, ſi eum tibi legendo feceris familiarem, magnopere deleſtaberis ac profecies. Eſt enim doctus, elegans, varius & peracutus; hic eſt, de quo ſic in proœmio meminit Priscianus: Quid enim Herodiani artibus certius? Quid Apollonii ſcrupuloſis quæſtionibus enucleatius inveniri queat? Et in eodem. Quamvis ad Herodiani ſcriptorum pelagus & ad ejus patris Apollonii ſpatioſa volumina, compendioſa exiſtimanda ſint ſcripta librorum meorum. Eum verò eſſe, de quo Priscianus, potes ex ejus vitâ colligere, quæ impreſſa eſt in principio ipſius libri de conſtructione, in quâ filii quoque Herodiani ſit mentio. Edidit uterque de arte grammaticâ immenſa volumina, que legiſſe videtur Priscianus. Nos autem ut aliis plurimis in quàvis ſcientiâ pretioſiſſimis libris vel hominum incuriâ, vel infœlicitate temporum, his nunquam caremus. Vix extant Apollonii quatuor libri de conſtructione, qui quales ſint ſtudendo tu ipſe cognoces. Illud non te fugiat, exemplaria habuiſſe me quamplurima curaſſéque ut quàm emendatiſſime imprimerentur, neque quicquam auſum aut addere aut diminuere. Sperabam enim cùm cæteros Apollonii libros tum hos quoque de conſtructione habiturum nos aliquando correctiores, & quorcunque etiam ſcripſit Herodianus filius, ſi quo in carcere inclusos & miſerabiliter detentos latent ſqualliditate caliginoſique & corroſi blattis. Mitror obiter Aldum in ſuâ ſuperiore epiſtolâ, ubi leguntur hæc [Item quæ Græci paſſiones nos dicimus] ſpatiolum illud vacuum reliquiſſe, quaſi typorum Græcorum, quibus vox παθη imprimeretur, penuriâ laboraſſet.

* *Aldus Manucius Baſianás Romanus ſtudioſis omnibus S. P. D.*

—— *Spero fore illud, ut ſiqui ſunt tam pravo ingenio, ut communi omnium bono mœreant, aut rumpantur invidiâ: aut ſuccumbentes mœrori miſeri conficiantur, & denique ſuſpendant ſe, quandoquidem quæcunque exstant Ariſtotelis volumina, videbuni brevi noſtris excuſa formis. Imprimentur propediem & commentarii. Jam ferè omnes corgi. Incumbite vos, quæſo, incumbite boni litteris: quando ego vobis adjuvante Chriſto IESU Deo optimo maximo optimum quencque librum ſuppeditabo. Ecce habetis opus oppidò quàm utile & neceſſarium quem κῦρις Ἀμαλθείας, quem κύριος Ἀδωνίδ, quem jure Theſaurum appellaverim. In eo enim ferè omnia repoſita ſunt, quæ deſiderare quis poſſit ad perfectam abſolutámque cognitionem litterarum Græcarum & eorum præcipuè quæ leguntur apud poetas, qui verba variis figuris, ac linguis,*

[a] POLITIANI *Latinè*, totidem [b] CARTEROMACHI & [c] CAMERTIS,

linguis, ita ſæpe immutant, ut facilius ſit Nili caput, quàm alicujus temporis thema, aut principium invenire, &c. —— *librum Copiæ cornu hortique Adonidis, & theſaurum dicimus propter ſummam, quæ in eo eſt, rerum bonarum copiam. Primus labor in eo fuit Guarini Camertis, & Caroli Antenorei Florentini hominum multi ſtudii, ac in Græcarum litterarum lectione frequentium. Hi ſimul ex Euſtathio, Etymologico, & aliis dignis grammaticis accepere hæc canonismata: digeſſerèque per ordinem litterarum: nec ſine adjumento, & conſilio Angeli Politiani, viri ſummo ingenio, ac impenſè docti. Secundus verò labor meus fuit: qui ea omnia recognovi non parvo labore, cum iis conferens, unde excerpta voluminibus fuerant. Multa enim addidi, plurima immutavi adjuvante interdum Urbano divi Francisci fratre optimo: à quo brevi habebitis quas ſummâ curâ, ac doctiſſimè compoſuit in Græcam Linguam introductiones.* —— *Postremò illud nolo vos ignorare, bonarum litterarum amantiſſimi, notaſſe me asteriscis, quæ obſcura, conciſa & depravata viſa ſunt, obeliscis verò, quæ ſuperflua judicavi. Cur autem aliqua ſigno alterutro annotanda, prætermiſerim, habui multas cauſas. Sed præcipua fuit angustia temporis. Peto igitur à vobis, ſiqua in tanto opere non placuerint, quòd vel reprehendenda vel non plana videantur, ne mihi ſuccenſeatis, ſed iis, ſi audebitis, unde accepta ſunt: vel bellis potiùs exteràrum gentium: quibus & Græcia & Italia ſemper obnoxia fuit. Mendoſorum enim eſt exemplarium culpa, non mea. Nihil magis depravatum grammaticis; fragmentata omnia; nihil abſolutum, nihil integrum. Quanquam hic liber (ut dixi) theſaurus eſt, κἂν τι Ἀμαλθείας κ' κέρας Ἀδωνιδ@, quoniam in eo uno ferè omnia congeſta ſunt, quæ digna ſcitu in aliis leguntur. Itaque ſi inter tot laudanda aliquid minùs probandum legeritis, mementote illius Horatiani præcepti: Verùm ubi plura nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis: quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. Estote igitur impreſſionis noſtræ æqui judices, affectique beneficio minimè ingrati: & miſereminì laborum noſtrorum. Valete.* Ut lectior ſpecimen habeat horum, quorum hic mentio fit, Asteriscorum & Obeliscorum, conſulere poterit ſequentes locos hujus *Theſauri*, viz. fol. 6. pag. 2. in voce Ἀΐδη. fol. 62. pag. 2. in voce Ἀνακαλυπτήρια@. fol. 95. p. 1. in voce Κρίγειν. fol. 76. p. 1. in voce Ἡδύλη.

a *Angelus Politianus Varino Camerti ſuo S. D.*

Conſulis me, Varine, de novi operis editione, quo tu videlicèt inclinationes omnes paulò remotiores Græca Lingua breviter ac dilucidè pérque ordinem litterarum complexui es. Ego verò te, ut edas, quàm maximè adhortor: quippe uſui magno futurum Græca diſcere cupientibus tibique immortalem gloriam pariturum. Mihi certè (quid enim diſſimulem?) gratiſſimum facies; nam cùm te ſemper habuerim quaſi eximium inter diſcipulos utriuſque linguæ meáque tibi in litteris etiam arcana retexerim: quod tu homo gratiſſimus libenter & profiteris & prædicas: nimirum ſcilicet ad me quoque portio aliqua tua tantæ laudis redundabit. Hoc idem (puto) & Carolus ipſe tuus Antenoreus honeſtus adoleſcens exoptat, ejuſdem tecum laboris particeps. Quid autem dixi, tuus, ac non potiùs noſter, quando utrique pariter operam dedit?

b CARTEROMACHUS laudat *Varini* CAMERTIS in *Græcis* litteris peritiam. CAMERTEM in loco ſuprà citato non *Varinum* ſed *Guarinum* ALDUS appellat. Sic ARISTOBULUS in Epigrammate huic libro præfixo Γωάρου@. Ipſe ſe in ſuâ Epiſtolâ dicit Βαρίνο@.

c Suam Epiſtolam ſcribit ad *Petrum* MEDICEM, quem laudat ob magnos ipſius in Linguâ *Græcâ* progreſſus. πολλὰ (inquit) εἰσὶ κ' ἄλλα, ὦ χαριέστατε, ἅμα πρῶτ@ μ' ἀφῖκο εἰ γεγῶτ' ἐκεῖ τὸ μίγιστο ἡ ἴυνοια κ' ἐπίθυμια ἴτα αὐτῆ σι ἴχω λέγειλο. Πῶς γὰρ ἂν εἰσῆ@ κ' ἄδεις λόγυ ἀξί@ ἂν εἰπόντ@ δέξαιμι, ὃς ἐδὲ δίκα κ' δύο ἔτ@ ἦλα πρὸ τῆ Θωμᾶ τῆ Ἀκτιναρίᾳ κ' τοῖς αὐτῆ υἱοῖς πολίταις βελτίοσι κὰ σοὶ εὐνοϊκώτ@ κ' πιστοτάτοι βιώνας, οἳ μέ σι μεγάλως κὰ ὑπερφυῶς ἠγαπῶν. Ἔτι κ' ἐδὲ κατὰ πολὺ περικαλύπτειό μι' Ἀγγλία@ κ' ὁ Πωλιτιανὸς, ὃς ἰμὶ Ἀκτινοῖ κὰ Σκιπιοῖ μαιουχί ὦ τοῖ ἀπαλοῖ ἐνέχοι ἐπαίδευτ@, οἷς γέγοιι διδάσκαλ@.

Digitized by Google

MERTIS *Græcè*; cum *Græcis* POLITIANI, ARISTOBULI, CARTEROMACHI & [a] ALDI Epigrammatibus. Ad calcem, *Regiſtrum Quaterniorum. Venetiis in domo Aldi Romani ſummâ curâ laboréque præmagno. Menſe Auguſto.* M. IIII. D.

Anno

λῷ. Ἐι δ', ὦ Πίνδε, σοὶ μὴ ἀνατιθοίην πάσας ἰμὰ τὰς ἀγρυπνίας ἢ τοὺς πόνους, πῶς οὐτῷ τὰ διδάκλρα λαπιδεῖοιν; ἰδὲ δὴ πρῶτον τῶν τοιούτων χρὴ ζημιοῦν τὸν ἀριθμὸν ὑπτια &c. —— μάλιτα συναιρῶν τῷ βοηδρομῷ τῷ Καρλίνῳ τῷ Ἀττικρλίνῳ πασίκοι ὁ μεγάλως ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώττῃ πεπαιδευμένος πολλὸν χρόνον πονήσας ταῦτα τὰ κανονίσματα ἐξέδωκε τῶν ῥημάτων —— συνέλαγχε &c. —— Διεξελθόντα δὲ μετὰ πάσης σπουδῆς ὅλον τὸν Εὐτάδιον, γραμματικὸν ἀκριβῆ ὄντα, καὶ τὸ Ὁμήρου ἐξηγητὴν χρησιμώτατον Ἀντίγονον ϛ καὶ τὸ μέγα Ἐτυμολογικὸν, καὶ ἄλλας τινὰς ἐξηγητάς, κἀκ τούτων ἀπαθροίσας ταῦτα τὰ καλὰ καὶ πάνυ ἀναγκαῖα σπουδαίως χάριν ἐξέθετο τὰ Ἑλληνικὰ ἐξιλεξάμην. &c.

[a] En *Aldi* Epigramma Dialecto Doricâ conſcriptum:

Ἀῆι γαῖαν Ἡσίοδον, καὶ Σιμιχίδαν, καὶ Ὅμηρον,
Ποσσὶν τ' ἄσκας; τὰν λαβὶ πρυμνόφυλλον.
Κεῖνος δ' Λατοΐδαν γλυκυερὸν δῦ, κ'εἰς τὸ κορυνοῦν
Μετὰ ϛ' ἀνδοίαις ἄλσεα Πιερίδων.

In nullis ferè Libris impreſſis frequentiores, quàm in duobus his Grammaticorum voluminibus, abbreviationes vidi, quas à manuſcriptis codicibus traxerunt Typographi. *Abbreviationes* (uti ſcribit Doctiſſ. MONTFAUCON in *Palæograph. Græc.* pag. 341.) *Græci Calligraphi à nono ſæculo ſummopere frequentarunt: etenim ante iſtud ævum, cùm unus in Libris uncialium literarum uſus eſſet, infrequentius abbreviatum deprehendimus: abbreviationémque iſtiusmodi lectu faciles ſunt, & obvia.* —— *Priſcæ abbreviationes numero paucæ, omiſſis aliquot unius vocis literis, & ſuperpoſitâ lineâ deſignabantur: ſunt autem illæ,* ΘΣ, Θεὸς, ΚΣ, κύριος. ΑΝΟΣ, ἄνθρωπος, ΦΙΛΑΝΟΣ, φιλάνθρωπος, ΟΥΝΟΣ, οὐρανὸς, ΠΗΡ, ΠΡΣ, ΠΡΙ, ΠΡΑ, ΠΡΕΣ, πατὴρ, πατρὸς, πατρὶ, πατέρα, πατέρες, & *ſimiliter*, ΜΗΡ, ΜΡΣ, μήτηρ, μητρὸς *aliæque pauciſſimæ. Quæ tamen in Bibliis, aliiſque Chriſtianorum Libris, quia paſſim occurrunt, Calligraphorum operam ſummopere minuebant. Similitérque hæ abbreviationes in omnibus cujuſvis ætatis Codicibus frequenter occurrunt* ΙΗΑ, *pro* Ἰησοῦ, ΙΑΗΜ, *pro* Ἰερουσαλὴμ, ΔΑΔ *pro* Δαυὶδ. —— *In vetuſtiſſimis codicibus, perinde atque in recentioribus,* ΙC *ſcribitur pro* Ἰησοῦς, ΧC, *pro* χριστὸς, ΚC, *pro* κύριος, Ῑω, *pro* Ἰωάννης, ΥC *pro* υἱὸς, & *in caſibus obliquis* ΥΥ *pro* υἱοῦ, *quemadmodum &* ΧΥ *pro* χριστοῦ, ΘΥ *pro* Θεοῦ, ΚΥ *pro* κυρίου. *In Dativo autem* ΩΙω, Κῳ, Χῳ, Θεῷ, Κυρίῳ, Χριστῷ. *Pariter* CHP, CPOC, CPI, CPA, σωτὴρ, σωτῆρος, σωτῆρι. CPIOC, CPIA, σωτηρίου, σωτηρία. CTPOC, CTPOU, CTPῷ, σταυὸς, σταυροῦ, σταυρῷ. Θεὸς, Θεοτόκος. *Hæ, inquam, omnes abbreviationes in Codicibus Græcis cujuſvis ætatis, & in Codicibus etiam uncialibus, quadro & rotundo charactere deſcriptis obſervantur: & ſi quæ alia in iiſdem reperiantur, ea admodum pauca ſunt: ubi notandum eſt, aliam non infrequenter in iiſdem ipſis Codicibus occurrere; videlicet* N *per lineolam ſuprà poſitam expreſſum, ut* ΤΗ, τλὼ, ΨΥΧΗ, ψυχὴ, ΛΟΓΟ, λόγος, *maximè autem in fine linearum. Hæ item ſuprà memoratæ abbreviationes in exemplaribus charactere unciali oblongo ac deflexo exaratis, qua ad octavum vel nonum ſæculum pertinent, paſſim obſervantur. Sub hæc autem nono circiter ſæculo, quando Librarii Tachygraphorum duêtus, nexúſque literarum, ut expeditiùs currerent, adoptârunt, notas etiam & abbreviationes Notariorum paſſim frequentare cœperunt; alii plùs, alii minùs pro cujuſque arbitrio: jámque decimo ſæculo emiſſam videmus Exemplarium hujuſmodi copiam. Sunt autem quædam adeò perplexè deſcriptæ, ut non tironibus modò; ſed etiam peritis negotium faceſſant, occaſióque lapſûs ſint.* Hactenus vir Antiquitatis *Græcæ* peritiſſimus. Lineam ibi-

lam

Digitized by Google

Anno 1497. edidit URBANI Grammaticam *Græcæ* Linguæ ; & Lexicon *Græco-Latinum* cum AMMONII catalogo vocum fimilium & diſſimilium ; & indice nominum tacticorum ; aliiſque hujusmodi brevibus tractatibus ; adjecto ad finem *Latino* alphabeto ; quod ut in gratiam eorum, qui Græcas litteras discere concupiscunt, componeret, nec impenſæ, nec labori ſe peperciſſe testatur.

Anno 1498. ad *Græcæ* Poeſeos genus adhuc apud Typographos intentatum & novum, nempe ſcenicum, ALDUS ſe convertit : & novem ARISTOPHANIS Comœdias *Græcis* ſcholiis illustratas excudit, *Danieli* CLARIO *Parmenſi* * nuncupatas, cum Græcis *Marci* MUSURI

lam (de quâ modò) Typographi veteres (ALDUS præſertim & poſt illum *Robertus* STEPHANUS in Novi Testamenti editionibus) uſurpabant non ſolum in vocibus abbreviatis, ſed etiam in Propriis Nominibus deſignandis : ſic ALDUS, ſive Nomina Propria incipiebant à majuſculâ, uti Βαζίτης ; ſive à minuſculâ, uti τριβώλου, ὀμήρου (vide 7. paginam *Hortor.* ADONID.) Sic postea *Henricus* STEPHANUS. (vide Edit. Poet. Græc. ann. 1566. pag. ultim. 2 tom.)

Vir eruditiſſ. in ſuâ *Paleographiâ* (p. 345. 346. 348. 353. 356. 359. 365. 370.) utiles inſeruit tabulas, abbreviationum ſingularium, Nominum Propriorum, notarum Rhetoricarum, Muſicarum, Monetarum, Menſurarum & Ponderum. (Lege ad calcem DIOSCORID. & NICAND. ann. 1499. ἔκθεσις τῶν σημείων τῆς χαρακτήρων ; ἔτι περὶ μέτρων τῆς σταθμῶν ἱστορικῶν.) Plurimum ad *Græcam καλλιγραφίαν* conferret, qui technicarum omnium in Arte etiam Grammaticâ vocum compendia, & alia multa, ex his præcipuè duobus Grammaticæ Voluminibus, cæterisque etiam tum ab ALDO, tum ab aliis celebribus Typographis excuſis codicibus, colligeret. Quamvis enim in plerisque *Græcis* Grammaticis reperiantur hujusmodi abbreviationum indices, non tamen hic adeò demeſſus eſt campus, quin ſatis larga meſſis curioſo harum rerum indagatori ſe offerat : opus certè perutile φιλέλλησι futurum, qui manuſcriptorum lectioni aſſuescere voluerint, & errores, in quos incidiſſe aliquando peritiſſimos viros obſervatur (*Paleolog. Græc.* p. 342. 343.), devitare.

* ALDUS in ſuâ Epiſtolâ ſic : *Perbeati illi mihi videntur*, Clari *vir doctiſſime*, *qui hoc tempore in ſummâ bonorum Librorum copiâ liberalibus diſciplinis operam dabant Græcè discunt : facilè enim ac brevi Græcam Linguam, niſi ipſi ſibi deſuerint, conſequentur ; in quâ multis ſæculis nullus fere ex Latinis, culpâ magis temporum quàm ingeniorum, excelluit : facillimè Græcis literis adjutricibus omnium laudatarum artium procreatricem philoſophiam callebunt, nec medicinam minùs. Ferunt meo judicio multùm, qui ſe bonos Philoſophos Medicósque evaſuros hoc tempore exiſtimant, ſi expertes fuerint literarum Græcarum. Quibus & Ariſtoteles, quicquid ad Dialecticen, ad Philoſophiam & naturalem, & transnaturalem, & moralem, quicquid ad Rhetoricen & Poeticen pertinet, doctiſſimè ſcripſit.* ALDUS igitur noverat ARISTOTELEM de Rhetoricâ & Poëtica ſcripſiſſe. Hos tamen Philoſophi Tractatus nondum viderat ; quos nequaquam inter reliqua, quæ excudit, illius Opera omiſiſſet. Redeo ad ſupradictam ALDI Epiſtolam. —— *Optimè igitur tu, mi* Clari, *in præſtanti istâ & opulentâ urbe* Ragusio *juventuti conſulis, qui eam & Græcè & Latinè ſimul, ut præcipit* Quintilianus, *ſummo ſtudio, ac ſine jam multos annos publicè conductus ſtipendio doces ; quod ut tibi factu facilius ſit, mitto ad te* Ariſtophanem, *ut illum non modò legendum, ſed ediscendum quoque diſcipulis præbeas tuis ; quem in tuo nomine publicare voluimus, ut conjunctionem ſtudiorum, amoriſque noſtri, quo poſſem munere, declararem, & præſertim cùm tu, eiſi de facie non novimus, aſſiduè tamen me afficias beneficiis. Eſſem profectò ingratiſſimus, ſi te valde amantem, non redamarem. Accipe igitur novem* Ariſtophanis *Fabulas ; nam decimam* Lyſistraten *ideo prætermiſimus, quia vix dimidiata haberi à nobis potuit. Sint ſatis hæ novem cum optimis & antiquis (ut vides) commentariis, quibus Græcè*

SURI [a] Præfatione & *Scipionis* CARTEROMACHI [b] Epigrammate. Ad calcem, *Registrum.* "Απαντα ἐστι τετραδία, πλὴν τῶν δ. ο. Π. πενταδίων, καὶ τῶν Φ. Ζ. Τ. τεταδίων, καὶ τῶ M. διαδίν. *Omnes sunt quaterni, exceptis δ. ο. Π. quinternis, & Φ. Ζ. Τ. ternis, & M. duerno. Venetiis apud Aldum. M. II. D. Idibus Quintilis.* In ARISTOPHANIS Textu ſpecimen Græcorum ſuorum majorum (quantum adhuc videre contigit) ultimum; in ſcholiis minorum, ſed elegantiâ illis majoribus non abſimilium, primum dedit; quibus uti in reliquis deinceps Libris usque ad hujus centuriæ finem maluit.

Eodem anno, POLITIANI non multò antè morte præmaturâ erepti Operibus omnibus vitam reddidit longiorem, his præmiſſâ ad *Marinum* SANNUTUM *Leonardi* filium patritium *Venetum* [c] Epistolâ. *Venetiis in ædibus Aldi Romani menſe Julio. M. II. D. cum Registro.*

Anno

Græcè discere cupientibus nihil aptius, nihil melius legi poteſt, non meo ſolùm judicio, quod non magnifacio, ſed etiam Theodori Gazæ *viri undecunque doctiſſimi, qui interrogatus quis ex Græcis Auctoribus aſſiduè legendus ſit per Græcas literas discere volentibus, Respondit, ſolus* Aristophanes, *quòd eſſet ſanè quàm acutus, copioſus, doctus, & merus Atticus. Hunc item* Joannes Chryſostomus *tanti feciſſe dicitur, ut duodetriginta Comœdias* Aristophanis *ſemper haberet in manibus, adeò ut pro pulvillo dormiens uteretur. Hinc itaque & eloquentiam & ſeveritatem, quibus eſt mirabilis, didiciſſe dicitur. Ego ſic aſſiduè legendum à Græcis cenſeo* Aristophanem, *ut à noſtris* Terentium; *quem quòd ſemper legeret,* M. Tullius *familiarem ſuum appellabat. Vale.* Venetiis *tertio Idus* Julias. M. II. D.

a Μάρκ☉ Μουζ☉ῤ ὁ Κρὴς τοῖς ὐτυγχο-
μίοις τῦ πρηζίου.

Ἄχρι μὲν τῦ παρόν☉, ὦ φιλόμουσε, Ἄλδ☉ ὑπῆρξεν ἐμοὶ Ἑλληνικῶν ὐτορειτ βιβλίων, ἀφ' ὧν εἰ τὸν μὲν φόντα τῶν ὕλων καλλωεῖν, τὰς δὲ ἀῤῥὼ τὸ ξύν☉ ἀρετὰς καὶ κακίας διαιρεῖν, καὶ τίνι συλλογιζομένους μεζόν☉ τ' ἀλυδὶς μετέχειν☉ σφοδρῶς, μεσθάνειν. Ἃ γὰρ τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων καὶ ἐς ἡμᾶς σωζόμενα ἀβλιτλεῖ, βακκίως φιτσάμεν☉ ὐδεμιᾶς ἀνελλύπωσεν, ἰῤῥ' ὧτε διξῶς τοῖς εἰλικρινῶς παιδεύσις ἰῤῥιμμένοις τόγε ἐς αὐτὸν ἦκον χρειόν☉μεν. Νῦν ἢ διωρῶν καὶ σκοπῶν τοῖς φιλοτρῶσι μεζὰ τὸν τῶν λεπτῶν καὶ μελέτων ἀνάγνωσιν ὐδεὶν ἦπα καὶ ψυχαγωγίαν, δι' ἓς τὸν Δημόσιον ἴχνοις ἂν ἀκεισμενίαν ἀνεῖναι, παιδίαν ἰῶν ὃ πάντας ἀσπάζεσι ἐπιτίνει, μεδενῶν σφῶν ῥοις παιρῦ, τὰς Ἀριστοφάνης θυμίδας ὃ μόνον ἀγορῤῥὸν Διονυσίου Ἀθήνησι, ἀλλ' αἰεὶ σφυχείρας καὶ παιδαχῦ διαῤῥῆξαι παρεπεκύνησας. —— Οὐ μόνον τὰς ἐξεγέσεις συνίρεσι ἐργολαβήσαῤῥῦ πύῤῥῦμένας τέως, ὡς ἔστιν καὶ αὐτοί, ἀλλὰ καὶ ὑποθήκας ἐδὲ ἐπιλίξομμεθα διοξῦν. Αἱ δ' τῶν χαλκεγκφῶν ἀμαρτίαι κάρπα εἶσι λιχνᾶν τᾶς παλιμῤῥυᾶς· Ὕδατος πολυπλακέστερ☉, καὶ τᾶς Ἰόλεω ἐπικωμάσας δέῤῥμα. Ὅσῳ γὰ ἐξεπόλεμῤῥμ, τοσῷδὲ πλείας ἐμὶ ἀπόῤῥοσ☉ῤ, τῦ τὸ μὲν μεταβάλλειν, τὸ δ' ἀφοσιῶσθαι, τὸ δ' ἀφαιρεῖσθαι τῶν τοιχείων ἀῤῥοχμίς. &c.

b Σκιπίων☉ Καρτερομάχη τῦ Πιτσολίνος.
Ὅσ☉ τ' ἀσίχνη πλείος πεῖ τ' ἀπόξεῖς ἰῤῥιῦσε,
Τόσῳ παυρότερος ἴζχον Ἀλεξοφάνη.
Νῦν δ' ὀλίγ☉, πάῤῥ μὲν πάσιν, καὶ πάσιν ἀποδεῖ.
Μυθίοι τῶν παίζων, πᾶς γὰρ, ἀκαιόμμ☉ῤ.
Ἀνὴρ ἐνεὶ πᾶσίς τὸν ἰῤῥμένος ἴσχεῖ ἰρυσαῖ,
Χρὴν Ἀλλᾷ πολλὰς τοῦδε ἴχειν χαρίτας.
Ἄγνωτον δ' αὐτῷ καὶ πλείους ὄντες ὀρειλέ,
Ἢ ἡμεῖς, ἢ καὶ αὐτὸς Ἀριστοφάνης.

c In quâ ſic ALDUS: —— *quanquam es doctiſſimus, ſemper tamen cùm veterum tum neotericorum legis aliquid, memor* Pliniani *illius, nullum eſſe tam malum librum, qui ali-*

Digitized by Google

Anno 1499. duos Epistolarum à variis Authoribus Græcè ſcriptarum libros *Antonio Codro* URCEO dedicavit. Ad calcem Libri primi, *Græca Marci* MUSURI *Epistola*, *Regiſtrum & ſignaturarum ordo*; *Venetiis apud* ALDUM. *Menſe Martio* (die 29. uti ex Epistolâ * MUSURI

aliquâ in parte prodeſſe non poſſit. Ex quo itaque acceptiſti Angeli Politiani *ſummo viri ingenio & ſingulari doctrinâ lucubrationes excudi formis in ædibus noſtrit, me, ut editionem accelerem, hortari non deſiniis, quòd ſummi ingenii labores praſtantii ipſe ingenio legere concupiſcas, addito tamen Græco adagio πειθοῖ βρενθύνου. Quare tibi* Politiani *quæcunque habere potuimus Opera, Marine ſuaviſſime, dicata muneri mittimus. Quæ verò ea ſint, in Indice, qui ſtatim poſt Epistolam legitur, licet videre. Quòd ſi quid doctas auris tuas offendet tanquam parum elaboratum & cultum, ſcite non eſſe hæc edita ab ipſo, ſed ab amicit, & præcipuè ab* Alexandro SARTIO Bononienſi *litteratis omnibus pergrato viro, qui amiciſſimi viri quæcunque habere potuit Opera multùm ac diu & accuratè quæſita imprimenda curavit. Et igitur digniſſimus veniâ* Politianus *noſter, ſiquid in ejus ſcriptis deprehendetur vitii; quandoquidem emendaturus, ſi liciſſet, erat: immo ſi annos ſuos vixiſſet, & Leges ex Pandectis, quæ olim* Piſanæ *fuerunt, in priſtinam, quod cæperat facere, lectionem reſtituiſſet, commentariòque in illas, quod pradicabat, non barbarè ſed more Romano & doctiſſimè confeciſſet. Cæperat etiam ſuciiter & miro ſucceſſu à barbaris Philoſophiam ipſam aſſerere. Pollicebatur quoque intrà decennium liberaliſſimas artes omnes & vivâ voce & ſcriptis ſe luculentiſſime enarraturum. O immaturam & crudelem mortem, quæ maximè ſævit in ſumma ingenia! O jacturam ſemper dolendam! Quam multa vir ille ſcitu digniſſima poſteris reliquiſſet, quæ fortaſſe nunquam ſcientur! Sed utinam & ſecundam centuriam Miſcellanearum & Epiphyllidas & in* Tranquillum, *in* Terentium, *in* Statium, *in* Quintilianum *ingeniosas & doctas annotationes & alia quàm plurima, ex quibus vel centum ſacere conturias potuiſſet, habuiſſemus! Prodiiſſent & illa in publicum profutura hominibus; qua (ut audio) quidam* Florentiæ *oculantur, ut edant pro ſuis.* Ante Græca *Politiani* Epigrammata habemus hanc *Zenobii Acciaioli* Epistolam. *Angeli* POLITIANI *Græca Epigrammata, ſicut in archetypo volumine ſcripta erant, publicanda curavi. Non quòd ea conferem judicio auctoris ad æternitatem probata; ſed ut bonis adulescentibus ad certam ſpem profectus extarent; cùm* Politianum *viderent in hoc quoque genere ſcriptionis, in quo Latini paulummodo muſſitantes gloriari ſolemus, eo tamen ſtudio ac diligentiâ proceſſiſſe, ut horum permulta penè puer conſcripſerit. Quadam verò inambulanti etiam aut cænanti veluti repentino calore ſuſa ipſi ſciamus. In quis tamen ipſis (ut mihi quidem videtur) ejusmodi multa ſunt, querum ſi facilitatem ac copiam reputàris, magni quidem ingenii* Politianum *ſed & multa lectionis ſuiſſe oſtendant; planèque indicent, quantum vir ille opera pretium facere potuerit, ſi perſicere, quæ cogitabat, per importunum obitum liciſſet: Ut quòd effecit, laude digniſſimus, quòd non potuit, veniâ ac commiſeratione cenſendus ſit.* Florentiæ *Kal.* Decemb. 1495. Epigrammatibus plerisque annum ætræ Christianæ aut ſuæ ætatis (primo 1471. ætatis 17. ultimo 1493.) adjunxit *Politianus.*

* Ὡς μὲν Ἐυελίνοι τὸ παρὸν ἐυσέβασθ᾽ ἁγίαιο βιβλίον, καὶ ὅτι παρ᾽ Ἄλδῳ, καὶ ὡς οὐκ ἄνευ σοφοιμίας, καὶ ὅτι μοναχικῶν φιλίνοι τρίτῃ χιλιοστῷ τ᾽ ἑνιαυτοῦ δ᾽ λέπ τῆς Διονυσίας ἴδῃ, ταῦτα δὲ οὔτε σοὶ ἐμοὶ λέγειν, ὅτι τῶν φιλολόγων οὐδεὶς ἄπειρός τῆς τοιαύτης ἀπειρακαλίας οὐδὲ λάθοι᾽ ἂν ἀγαθόν. . — — Ἔτι κακεῖνο πάντως εἰδέναι βυλόμεθ᾽, μάλιστα μὲν ἐμὸν τὸ ἄρεσα διορθώσεως τῶν σφαλμάτων ἕξειν μᾶλλον. Εἰδέναι πω παρέσθωμεν, τὸ διορθωμένου εἶναι γράμμα, ὅτι τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ τοῖς ἄκροις φασὶ βακτύλοις τῶν Ἑβραικῶν γινεσθῆναι φωνᾶς, ἡνικάδον ἂν σοῖς τὸ ἴυτοιοι τὸ κεφάλαι γνίσθαι. Ἐν μέσοι τοῖς Ἀλκιφρονῶν ἴσι ὁ τὰ τῆς ἐπιστολῆς διαμαρτόθαι, μᾶλλι ἐμοὶ δοῦλα τὰ σὸ ἀλληγορῆσοι ἀπαίτησι ὅτι διορθωμένοις ἐγχωριάσαιμι καταξιοῖν τολμωτάτων. Ὅθεν οὐ ἐπιτιθ᾽ γ᾽ ἂν οἱ πρὶ μάλα φορτικῶν ἐπιτίν ὑποσκολαίνων, μοδένα τῶν παῦ ἐμὲ τὰ τοιαῦτ᾽ μεμαχημελεζημένων, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, οἷς ἡμεῖς ἐκετυχόμθ᾽, ἀλληγορῆσαι, ὑγιέστερα ἂν ταῦτα ἐκπαρῆσθαι τὸ βιβλίον &c.

Digitized by Google

SURI liquet) *M. ID.* Ad initium ſecundi, *Aldi* [a] *Epiſtola ad Urceum quinto decimo calendas Maias M. ID. data.* Ad calcem, *Regiſtrum cum ſignaturis.* Ἐνετίησι τῷ τῦτο παρ' Ἄλδῳ τοῖς φθάσασιν ὁμοιοτρόπως. *Venetiis apud Aldum, eâdem, quâ cætera, conditione.*

Eodem Anno in Medicorum gratiam DIOSCORIDEM & NICANDRUM in [b] *Hieronymi* DONATI patritii *Veneti* nomine ſuo ære excuſos publicavit, ſcholiis in hunc veteribus adjectis. Ad calcem DIOS-

a *Aldus Manutius Romanus Antonio Codro Urceo S. P. D.*

Collegimus nuper, Codre doctiſſime, quotquot habere potuimus Græcas epiſtolas, eásque typis noſtris excuſas, duobus libris publicamus, prater multas illas Baſilii, Gregorii, & Libanii, quas, cùm primùm fuerit facultas, imprimendas domi ſervamus. Auctoris verò, quorum Epiſtolas damus, ſunt numero circiter quinque & triginta, ut in ipſis libris licet videre. Has ad te, qui & Latinas & Græcas litteras in celeberrimo Bononienſi gymnaſio publicè profiteris, muneri mittimus, tum ut à te diſcipulis oſtendantur tuis, quò ad cultiores litteras capeſſendas incendantur magis, tum ut apud te ſint Aldi tui μνημόσυνον & pignus amoris. Vale Venetiis quintodecimo calendas maias M. ID.

b Quem ſic in Epiſtolâ ALDUS alloquitur. *Nescio quid ſit*, Donate *Vir integerrime, addo etiam doctiſſime, quòd ex eo tempore, quo non parvo meo incommodo, & labore, renaſcentibus in Italiâ bonis litteris, quocunque potui modo, cæpi opem afferre, omnia mihi adverſa, nunc hominum perfidiâ, nunc temporum infelicitate, contigerint. Niſi id* Græcorum *infortunio adſcribendum eſt. Quòd arumnoſi futuri ſint, quicunque ex noſtris* Græcitati *opitulantur: quod eſt quidam joco ſolent dicere, multis tamen id ita eſſe probari exemplis poteſt. Quòd verò majore in dies animo perſiſterim in propoſito, & nunc maximè perſtem, illud ſæpe commemorans, Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito, mecum ipſe demiror, atque eò magis, cùm excrucior, ac penè opprimar laboribus, & jubet opprimi, juvet eſſe miſerum.* Video meliora, probóque, deteriora ſequor: *nam tempus rem quàm cariſſimam perdens, mihi obſum, ut aliis proſim. Sed feram aquo animo mea damna, dum proſim; nec ſi vivere, ab inceptis unquam deſiſtam, donec quod ſemel ſtatuitum mihi eſt, perfecero. Et quanquam majora viribus aggreſſi ſumus, cùm domi noſtræ ea ad Latinam, Græcámque & Hebraicam Linguam formis publicandam ſummo ſtudio, aſſiduóque labore cudantur, qua admirationi omnibus futura ſperemus, tamen (ſaveat Deus) bene ac pulchre omnia perficientur. Interea* Dioscoridem, *ac* Nicandrum *damus, rati graviſſimos, atque utiliſſimos fore ſtudioſis omnibus, atque iis maximè, qui ſuni in* Plinianâ *lectione verſati. Scis enim plurima eſſe in* Dioscoride, *quæ mutuatus videtur* Plinius: *quòd utrumque ſæpe legeris, alterúmque cum altero accuratè contuleris. Hunc igitur librum, quò plus auctoritatis foret hisce laboribus noſtris, in tuo nomine ære noſtro excuſum publicare voluimus: quod tibi humaniſſimo omnium non ingratum foro exiſtimabamus. Quare velim hunc etiam benignâ fronte ſuſcipias, méque de hôc quoque labore, ut facis, ames. Quanquam illud fortaſſe in* Dioscoride *displicebit, ſimplicia quædam, quæ aliis quàm Græcis appellantur nominibus, in contextu eſſe inſerta, eáque in margine potius imprimenda fuiſſe cenſebis. Sed id nos idcirco fecimus, quoniam in contextu in omnibus ea legimus exemplaribus. Præterea quia non abſurdum videbatur, etiam quo apud alias gentes nomine ſimplicia appellarentur,* Dioscoridem *voluiſſe docere: & præſertim cùm ipſe militem ſe fuiſſe, ac multam terram peragraſſe dicat in proœmio: ſed in contextu ne, an in margine legantur, parvi referre exiſtimo. Illud magis puto dolendum, nonnulla ex iis nominibus eſſe incorrecta: qua tamen unuſquiſque ſibi, correctius nactus exemplar, emendare poterit. Nos, qua habere potuimus, dedimus. Vale.* Venetiis octavo Idus Julias *M. ID.* Ex hâc Epiſtolâ conſtat ALDUM nil intentatum liquiſſe, ut omnibus litteratis in omni Linguâ prodeſſet; & *Hebraica* etiam Typographiæ non minùs quàm *Latina* & *Græca* ſe accingere aliquando voluiſſe.

DIOSCORIDIS, post alphabeticas, quæ signaturis inserviunt, litteras, Ἅπαντά ἰϛι τετρά̃δια πλὴν τῦ τελευταίυ, τῦτο γὰρ πεντά̃διον. *Omnes sunt quaterni, præter noviſſimum; is enim quinternus.* Ad calcem NICANDRI, A. B. Γ. Δ. τετρά̃δια. Ε ϛ τελά̃διον. *Venetiis apud Aldum. Menſe Julio. M. ID.* Sequuntur deinde Scholia in NICANDRI *Alexipharmacorum* Librum ampliora cum ἐκθέσ Menſurarum & Characterum. Scholia hæc in binis paginarum ſingularum columnis diſpoſita typis *Græcis* aliam formam, exiliorem nempe, nec adeò nigram, (qualis in Libris poſt 1500. ab ALDO impreſſis) referentibus excuſa ſunt.

Eodem anno, cùm omnes cujuslibet Artis & Scientiæ ſtudioſos demerendi occaſionem nullam omitteret, veteres ex *Græcis* & *Latinis* Aſtronomicos in corpus unum redactos, hos partim antè vulgatos, illos hactenus ineditos, typis elegantiſſimis publicavit. *Julium* MATERNUM ex *Scythicis* oris nuper allatum ſub * *Guidi* PHERETRII *Urbini* Ducis nomine produxit. Ad calcem, *Venetiis in ædibus Aldi Romani menſe Junio. M. ID. Nequis impune integros hos ac emendatos Materni libros, hinc ad annos decem, formis iterum queat excudere, cautum eſt.* Signaturarum tabella. MATERNUM ſequitur [a] MANILIUS; hunc ARATI Vita è *Græco* in *Latinum* verſa *Aldo* MANUTIO interprete; dein *Arateæ* [b] GERMANICI, CICERONIS, [c] AVIENI trans-

* *Operæ pretium mihi videtur*, Guide Pheretri *Dux ill. ut quæcunque volumina formis excudenda curamus, præfatione aliquâ veluti clypeo quodam munita exeant in manus hominum, &, quò ſit illis plus auctoritatis, viris vel doctrinâ vel dignitate, vel utroque perinſignibus dedicentur.* —— *Quapropter* Julium Maternum *ſub tuo fœlici nomine ere noſtro excuſum publicare voluimus, tibique dono mittere*, Guide *Princeps doctiſſime, rati ſore tibi gratiſſimum, quòd integer & abſolutus abusque* Getis *in* Italiam *redeat, ſuósque reviſat, & patriam. Nam qui vagabatur prius, valdequam depravatus erat, ac mutilus & ferè dimidius.* —— Venetiis *decimo ſexto Calendas* Novem. *M. ID.* Hanc Epistolam ſequitur alia ad Cardinalem *Hypolytum* ESTENSEM Epistola *Pescennii Francisci* NIGRI *Veneti* Doctoris anno 1497. (nam eo primùm editus eſt hic Author) data; in quâ ſcribit ſe *non parvo labore, operâ, induſtriâ, vaſramento, periculo, lucubratione, ad ſuperas deduxiſſe ab inferis* Firmicum *integrum, emendatum, terſum, politum*: Et in eâdem præterea mentionem facit ſuæ *triplicis* Grammaticæ. *Latinam* tantùm ejus Grammaticam anno 1480. excuſam vidi.

a Excuſus eſt antea ann. 1484.

b Hæc GERMANICI verſio priùs prodiit ann. 1474. ALDUS (ut FABRICIUS obſervat in *Bibliotth. Lat.*) edidit hôc titulo; *Fragmenta* ARATI Phœnomenon *per* Germanicum *in Latinum verſi cum commento in* Arati *Metaphraſin, unde* H. Grotius *illud tanquam alienum in* Arateis *ſuis prætermiſit: ſed ut* Jo. Fellus Oxonienſis *Epiſcopus in ſuâ* Eratosthenis *editione pulchre obſervavit; Latina verſio cataſteris morum* Eratosthenis, *additi quibuſdam excerpti è* Nigidii Figuli *Sphærâ Græcanicâ, & recentioribus quibuſdam è* Plinio, Fulgentio Planciade & Iſidoro *de naturâ rerum aſſumentis. Perſuaſit ſibi nempe* Fellus *commentarium istum (quicquid* Scaliger *aliique viri docti aliter ſenſerint)* Germanici *ipſius eſſe (quod &* Politianus *c.* 38. *Misc. &* Barthio *priùdem viſum) ab eóque non* Aratum *modò ſed &* Eratosthenem *translatum eſſe Latinè.*

c Antè prodiit ann. 1488.

translationes; ARATUS postea cum THEONIS ſcholiis, & PROCLI Sphæra, *Græcè*; Eadem *Latinè*, interprete *Thomâ* LINACRO, cum ejus dedicatoriâ * ad ARCTURUM *Cornubiæ Walliæ*que Principem præfatione, & * ALDI ad *Albertum* PIUM, *Gulielmi* GROCINI *Britanni* ad ALDUM Epistolis. Ad calcem, *Registrum quinternionum. Venetiis, curâ & diligentiâ Aldi Ro. Menſe Octob. M. ID. cui conceſſum eſt ab Ill. S. V. ne hos quoque libros alii cuiquam impune formis excudere liceat.*

Sub

a BAYLE, Dictionn. dans les Notes B.] Cependant *Erasme* raconte, que cet Ouvrage fût dedié à *Henri* VII. &c. *Erasmi* verba in Epistolâ ad *Germanum Brixium* ann. 1530. 30. Jan. datâ [lege in Epistol. pag. 1263.] ſunt hæc —— Thomam Linacrum, *qui Sphæram* Procli, *ab alio neſcio quo uteunque verſam, exactius tranſtulit.* —— Thomæ Linacro *poſſumè ceſſit, quòd* Proclum *à ſe denuo verſum Regi hujus patri dicârat.* Andreas *quidam* Toloſates, *præceptor* Arcturi *Principis & in regnum paternum ſucceſſuri, niſi mors antevertiſſet, actus adulator, nec adulator tantùm, ſed & delator poſſimus, Regem admoniit hoc libelli jam olim fuiſſe verſum à neſcio quo; & erat, ſed miſerè. Hanc ob cauſſam* Rex & *munus aſpernatus eſt, & in* Linacrum *velut in impoſtorem inexpiabile concepit odium.* Hunc *Erasmi* locum citat *Albert. Fabric.* in *Biblioth. Grac.* p. 518. vol. 8. En tibi, Lector, ipſam *Linacri* Epistolam.

Ad Illuſtriſſimum ARCTURUM Cornubiæ Walliæque *Principem*, Thomæ LINACRI Britanni *in* Procli Diadochi *Sphæram præfatio.*

Cùm ſtatuiſſem, ARCTURE *Princeps Illuſtriſſime, & totius ævi tui decus, pro meâ incredibili erga te pietate ſummâque obſervantiâ, mearum lucubrationum monumentum aliquod tibi nuncupare; ſuccurrebat in primis* Procli *Sphæra, dignum (ni fallor) opus, cui tu præſertim aliquam partem ſtudiorum tuorum impertias. Quippe qui ſecundus ex omni majorum numero extitiſti, qui gentili ſideris nomine vocarere. Huc accedit, quòd non parum adjumenti præſtabit, vel ad Poëtarum lectionem (cui te incumbere miro jam ſucceſſu cæpiſſe intellego) vel ad celebrium locorum ſitus naturâque cognitionem: quæ reliquam quoque ætatem poſt publicas ſollicitudines jucundiſſimâ voluptate recreet atque reficiat. Neque enim ea cognitio aliâ ratione parabilis eſt præſertim tibi, cui per occupationes regni peregrare orbem minimè licebit, quàm ex iis Libris, qui prorſus intelligi ſinè Sphæræ notitiâ non poſſunt. Id quod firmiſſimis rationibus addicerem, niſi vererer, ne nimium longa præfatio operis compendio parum quadraret. Feci itaque tibi à Græco Latinum* Proclum *de Sphærâ differentem: non quòd antea Latinè de eâ proditum etiam ab homine noſtrate non ſit, ſed quòd multo certè meliùs à* Proclo. *Ut taceam, ſiquid in noſtrate requirimus, quod etiam per alium è noſtris quoquo modo ſarciri non fuerit fortaſſis alienum. Hanc, inclyte Princeps, tuâ occaſione legent ſtudioſi. Leges et tu, cùm tibi commodum videbitur, maximâ indidem (niſi nimium operis amore labor) cum ſpe fructûs. Simul illud interim admonitus, ſiquid ex eâ Linguâ deſideras, in quâ omnis humanitatis monumenta ſunt condita, ſunt vel tuorum publicis ſtudiis, vel tuis, quæ magis etiam publica ſunt, conducere putaris, non deeſſe ex* Britannis *tuis, qui tibi nonnihil fortaſſis in eâ re gratificari poſſint. Utinam tam poſſint quàm velint! Sed nunc* Proclum *ipſum, ſi libet, loquentem audies, perinde tamen ac ſi in Gracia eſſet: ad cujus certè horizonta Sphæram pinxit. Quod ita ſtatim in ingreſſu operis ſignificâſſe non fuerit fortaſſis ab re.*

* Duas has Epistolas hìc adjicere operæ pretium duxi.

Aldus MANUTIUS *Ro. Alberto* PIO *Carporum Principi S.P.D.*

Et ſi ſcio à plerisque me tarditatis crimine accuſari, ALBERTE, *præſidium meum, quòd plurimum differre videar, qua toties pollicitus ſum ſtudioſis dare, tamen has litteratorum querelas æquo animo ferendas ducimus, tum quia poſſum vel graviora perferre, dum pro-*

Sub hujus anni finem prodiit ſcripta Italicè *Hypnerotomachia* POLIPHILI, *ubi humana omnia nonniſi ſomnium eſſe docet, atque obiter plurima ſcitu ſanè quàm digna commemorat. Cautum eſt, nequis in dominio Ill. S. V. impune hunc Librum queat imprimere.* Liber hic *Leonardi* CRASSI *Veronenſis*, Thomas Linacrus, *ſalvus* (*eſt Deo Gratia*) *& incolumis. Is cùm tua ſingularia in ſe merita abunde mihi expoſuiſſet, facilè perfecit, ut te vel hòc ſolo nomine mirificè diligerem, perinde gratum exiſtimans quicquid in eum contuleris officii, ac ſi in me ipſum contuliſſes. Debent enim eſſe τὰ τῶν φίλων κοινά. Quanquam (neque enim diſſimulare fas eſt) nonnihil jam in me ipſum profiteor eſſe à te & privatim & publicè collatum. Adeò me tibi jam triplici nomine, vel amici, vel meo, vel (quod omnia complectitur) publico, devinxisti. Atque ut de publico in omnes beneficio pauca commemorem, id mihi videtur ejusmodi, ut haud ſciam, quid potiſſimum mirer, aut laudem; ingenium an judicium; fiduciam an industriam; felicitatem an benignitatem. Non enim potuiſſes neque ſinè ſummo ingenio mirum illud artificium ad imprimendas præſertim Græcas litteras excogitatum aſſequi. Neque ſinè acerrimo judicio in deligendis Authoribus, quorum impreſſa volebas opera, id-que contra* Ciceronis *cenſuram*, Aristotelem Platoni *anteponere.* (*In quo etiam ego tua nimirum accedo ſententia, ut qui inter ſummos Philoſophos* Aristotelem & Platonem *tantum intereſſe arbitrer, quantum* (*pace omnium dixerim*) *inter πολυμαθῆ & πολυμαθῆ.*) *Neque ſinè incredibili fiduciâ rem tantam præſertim in maximis difficultatibus temporum aggredi. Neque ſinè mirâ diligentiâ, inchoatam inter ſot impedimenta perſequi. Denique quid videri poteſt aut felicius quàm poſſe aut benignius quàm velle litteratiſſimos quoſque tuo demereri obſequio? Quocirca cùm tuum itud tam latè pateat munus ampliſſimum, ut orbem terrarum propemodum obſtrinxeris memoriâ beneficii ſempiternâ; cùmque præterea hoc acceſſerit tuum in nos, nos, inquam*, diviſos toto orbe Britannos, *privatum munus, idémque cum ipſo publico munere conjunctiſſimum; fateor neceſſe eſt nos* (*ſi modo grati eſſe volumus*) *non ſolum cum cæteris omnibus, ſed etiam plus quàm cæteros omnes tibi debere. Et quanquam major eſt magnitudo beneficii tui, quàm ut parem tibi pro eo gratiam referre poſſimus, nos tamen nunquam pudebit accepti, magis quàm te pœnitebit*

ſum, tum etiam, quòd ſum ipſe mihi optimus testis, me ſemper habere comites (*ut oportere aiunt*) *Delphinum & Ancoram. Nam & dedimus multa cunctando, & damus aſſiduè. Cùm igitur ſuperioribus diebus curâſſem imprimenda* ARATI *Phænomena cum* THEONIS *enarratione, viſum eſt illis adjungere* PROCLI *Sphæram, & eò magis quòd eam* Thomas LINACRUS Britannus *doctè & eleganter Latinam nuper fecerit, ad meque noſtris excudendam formis miſerit. Eſt enim opuſculum —— quod ipſe* Linacrus *noſter —— ARCTURO Principi ſuo —— nuncupavit —— Et nos noſtrâ curâ impreſſum ad te legendum mittimus —— à* Thomâ Linacro *ſummâ tibi familiaritate conjunctо interpretatum. Qui utinam & SIMPLICIUM in* ARISTOTELIS *Phyſica, & in ejusdem Meteora* ALEXANDRUM, *quos nunc ſummâ curâ Latines facit, ad me dediſſet, ut & illos unà cum* PROCLO *ad te mitterem. Eósque & alios in Philoſophiâ Medicinâque perutiles Libros aliquando dabit, ut ex eâdem* Britanniâ, *unde olim barbaræ & indoctæ literæ ad nos profectæ* Italiam *occupârunt, & adhuc arces tenent, Latinè & doctè loquentes bonas artis accipiamus, ac* Britannis *adjutoribus fugatâ barbarie arces noſtras recipiamus, ut eâdem haſtâ ſanctus, à quâ illatum eſt, vulnus. Horum ego Latinitatem & eloquentiam admiratus,* Gulielmi Grocini *viri Græci & nedum Latinè peritiſſimi atque undequoque doctiſſimi, quam ad me doctam quidem & elegantem dedit, Epiſtolam ſubjungere placuit, ut pudeat Philoſophos noſtros barbarè & ineptè ſcribere, amulatique* Britannos, *non dico grandævi, γεραίτεροι γὰρ ψιττακὸς ἀμείλει σκυτάλην, ſed cæteri omnes Latinè & doctè philoſophentur. Sed quòd in eâ me plurimùm laudat, facit amicè.* Vene. *Pridie idus* Octob. *M. ID.*

Gulielmus GROCINUS *Britannus*
Aldo MANUTIO *Romano*
S. P. D.

Rediit in Britanniam *nuper amicus meus ſummus, idémque tuus,* Alde *humaniſſime,*

Digitized by Google

Veronenſis (utì ex ejus Epistolâ ad GUIDONEM *Urbini* Ducem liquet) ſumptibus impreſſus eſt, elegantiſſimo Romano charactere, eodem quo MATERNUS & MANILIUS, cum multis (quæ ligneis tabulis incifæ ſunt) figuris. In fine ſic, *Tarvifii cùm decoriſſimis Poliæ amore lorulis distineretur miſellus Poliphilus. M. CCCC. LXVII. Kalendis Maii.* Noli verò, Lector, credere hunc eſſe impreſſionis annum; hunc enim ſcrupulum tibi eximet ultima (quæ erratorum lineas quinquaginta novem plenas complectitur) pagina. *Gli Errori del libro fatti ſtampando, liquali corrige coſi*; & ad calcem, *Venetiis menſe Decembri M. ID. in ædibus Aldi Manutii accuratiſſimè.* Ullum ante hunc (longiſſimum ſanè) Indicem Libris ſuis *Aldum* adjeciſſe non novi.

Typographicos jam tandem *Aldi* labores † præcipuos ad decimum quintum usque ſæculum deduximus. Quos per reliquum deinceps ſuæ vitæ ſpatium exſudaverit, in proximo horum Annalium volumine dicetur. Nec (ut puto) mihi ſuccenſebit lector, quòd in ſingulis *Aldinarum* Editionum Epistolis, Præfationibus, Epigrammatibus evolvendis & examinandis nimium operæ conſumpſerim: cùm ex nihilo ferè meliùs deprehendi poſſit & *Aldi* ingenium & rei Litterariæ illis temporibus ſtatus; quibus & quorum auſpiciis hæc creverit; quàm ille fuerit, utì in præclo, ità & in ſtylo, emendatus; quàm in ſtudiorum ſuorum ſociis & adjutoribus æquè ac patronis deligendis peritus; quan-

bit collati; quod ne fiat, ſummopere curabimus. Noster item Linacrus *nuntiavit mihi te rem multo magìs admirandam moliri, jámque ſtatutum habere, ut Libros Sacros Veteris quidem Testamenti trifariam, Latinè, Græcè & Hebraicè, Novi autem bifariam Græcè & Latinè imprimas: Opus planè arduum & Christiano viro digniſſimum. In quo, ſi modò perficere licebit, non modò cæteros omnes, qui unquam in hoc genere floruerunt, ſed etiam te ipſum longo intervallo ſuperabis. Age igitur, mi* Alde, *auſpicare tandem opus, quod cogitas, & quod jamdiu parturis, aliquando pariat. Non enim adduci poſſum, ut credam, poſſe opus tam Divinum ſecundis carere ſucceſſibus. Nam quod ad nos attinet, nihil planè prætermittemus, quod huic rei futurum adjumento videbitur. De iis, quæ tibi à nobis privatim debentur, noli laborare. Curavimus, ut prope diem ſatis tibi fiat. Vale. ex urbe* Londino *VI. Calen. Septembr.* Hanc *Grocini* Epistolam Sphæræ *Procli* additam memorat *Erasmus* in Epistol. ad *Bud.* (vid. pag. 184.) *Erasmus Grocinum* ex animo venerari ſe ſcripſit (Epistol. pag. 136.) Hunc etiam *Latimerus* (Epistol. ad *Eraſm.* pag. 294.) *meminit virum multiſariâ doctrinâ, magno quoque & exercitato ingenio, duos continuos annos litteris ſolidam operam dediſſe ſub ſummis doctoribus*, Demetrio Chalcondyle & Angelo Politiano. *Grocinus* (utì *Erasmus* notat in Epistol. ad *Latimer.* (p. 379.) *primùm in* Angliâ *Græcæ Linguæ rudimenta didicit. Poſt in* Italiam *profectus audivit ſummos viros; ſed interim lucro fuit illa priùs à qualibuscunque didiciſſe.* Is (utì *Eraſm.* ad *Gaverum* Epistol. p. 789.) *haud multò poſt* [Coletum] *periit, prater Theologiæ profeſſionem, in omni genere disciplinarum usque ad moroſitatem exactè verſatus. Is tamen ut ad multam vixit ætatem, ita nil ſcriptum reliquit.* (Eóque gratiorem lectori fore ejus, quam modò attuli, Epistolam judico.) *Attactus paralyſi plùs minùs annum ipſe ſibi ſuperstes fuit.* De *Coleti* vitâ & obitu lege *Erasmi* Epistolam ad *Jodocum Jonam* (pag. 451.) anno 1519. datam, item aliam ad *Gaverum.* (pag. 789.)

† Aliæ enim aliquot *Aldi* editiones occurrent in Catalogis ſequentibus, ad quos remitto lectorem; præſertim ann. 1494. & 1495.

Digitized by Google

quantum denique fuiſſe illum oporteat, quem docti in univerſo orbe viri propè omnes tanti fecerunt.

Veterum, qui de *Græcis* litteris optimè meruerunt, Typographorum *Aldus* fuit præcipuus, non tamen ſolus.

Anno 1497. *Rhegii* ſelectas ÆSOPI Fabulas impreſſit *Dionyſius* BERTOCHUS *Græcè* & *Latinè*, cum *Boni* ACCURSII *Piſani* ad Ducalem Quæſtorem *Johannem Franciſcum* TURRIANUM * Epiſtolâ: *Florentiæ*, anno eodem, TARRÆI & DIDYMI parœmiarum *Græcam* Authore ZENOBIO Epitomen *Philippus* JUNTA.

Anno proximo, *Mediolani* prodierunt PHALARIDIS, APOLLONII & BRUTI Epiſtolæ *Græcè*, cum *Latinâ* interpretatione, ex ædibus [a] BARTHOLOMÆI *Juſtinopolitani*, [b] GABRIELIS *Braſichellenſis*, *Joannis* BISSOLI & *Benedicti* MANGII *Carpenſium*: item anno 1499. SUIDÆ Lexicon *Græcè*, impenſâ & dexteritate D. *Demetrii* CHALCONDYLI, *Joannis* BISSOLI, *Benedicti* MANGII *Carpenſium*; cui præfiguntur [c] *Græcus Stephani* NIGRI inter Bibliopolam & ſtudioſum

* Epiſtola hæc eſt: *In ſuperiore codice, ut nôsti, imprimi curavimus* Æſopi *Fabulas Græcis & litteris & verbis; ſubdidimúsque earum interpretationem ſecundùm* Rymucium Thettalum *virum meâ ſententiâ & doctum & diſertum. Nunc verò, quo major liberis tuis ac facilior aditus ſid ad utramque Linguam & Græcam & Latinam, quasdam electiores Fabulas, quæ in communi ſunt nostrorum hominum uſu, ita ſingulatim in eisdem paginis informari curavimus, ut in eodem latere habeatur ex dexterâ parte Græcus, ex ſiniſtrâ autem Latinus ſermo. Hôc enim pacto verbum quaſi verbo reſpondebit ſinè longâ inquiſitione &c.*

a Libro hæc ejus Epiſtola præfigitur:

Bartholomæus Juſtinopolitanus Petro CONTARENO *patritio Veneto S.*

Cùm omnium atque adeò quotidianis querelis rei litterariæ calamitas deploretur, quæ Librariorum Impreſſorúmque incuriâ in dies diſfunditur latiùs, incredibile dictu, nec minùs fœdum, nullos tam diu bonarum artium cultores extitiſſe, qui ſacratiſſimum litterarum numen velut à profanis aſſerrent, myſteriúmque hoc (ut ita dicam) imprimendorum librorum, ſi non ſtudiorum antiſtites, at initiati vel cum ſordium ſuſpicione ſuſciperent. Hôc verò tempore non deſunt, qui hoc verò publicum negotium privato otio libentiſſimè præferant, hôc maximè freti, quòd invidorum impetus, quos non defuturos jam nunc ſatis perſpectum eſt, te patrono facilè ſuſtinere poſſe confidant. Sucipe per Deos, vir clariſſime, jacentium litterarum clientelam te dignam. — Illud verò non diſſimulandum putavi, non deeſſe, qui quæ Phalaridis *feruntur, eas à* Luciano *ſcriptas ſuſpicentur. Has tantùm verbum verbo Latinas reddemus diſjunctiſque voluminibus ita collocabimus, ut pagina paginæ, & verſus verſui fideliſſimè reſpondeant; cui admiculo ſtudiorum velut infantis imitatur, & in ceteris, quas intactas hôc conſilio reliquimus, profectûs vires experiri poſſit. Vale.* Ad calcem libri, *Privilegio multâ indictâ vetatur, nequis ad decem annos imprimere poſſit, nec alibi impreſſa vendere usquam locorum ditionis inclyti & feliciſſimi S. Veneti.*

EST IN COMMENTARIIS. QVAE IN THRACEM DIONYSIVM DIOMEDI ET PORPHYRIO ASCRIBVNTVR. QVOD HTA NVNC APPELLATVR DVM HELLENES SEXDECIM AD HVC LITTERIS VTERENTVR SPIRITVS LOCVM TENVISSE. ADDI TVMQVE VEL DETRACTVM VOCALIBVS ASPIRATIONEM AVT LEVIGATIONEM SIGNIFICASSE. EX QVO VERO INTER LITTERAS CONNVMERATVM LONGI E LOCVM OBTINVIT. EA DEM FIGVRA IN DVAS PERPENDICVLARITER PARTES DISE CTA. ALTERVM SEMISECTVM ASPIRATVM PRAEBVIT SPIRI TVM. ALTERVM VERO TENVEM. LEGITVR PRAETEREA APVD EOSDEM GRAMMATICOS LATERALEM LINEOLAM RECTAE EX TERIVS. ID EST A PARTE ADIVNCTAM DEXTERA HOC MODO · ASPIRATVM ACCENTVM REDDERE. INTERIVS VERO · TENV EM. TALES IGITVR SPIRITVS INVICEM CONIVNCTI · ΗTA LIT TERAE FIGVRAM DEMONSTRABVNT. ΛΆΜΒΔΑ FIGVRA EX ACVTO ET GRAVI ACCENTV QVOS DISECTVM FACIT. VT II DEM DICVNT GRAMMATICI CONSTARE POTEST. DE ACCEN TIBVS AVTEM NIHIL NECESSE IN PRAESENTIA DICERE. Λ

CVM A GRAMMATICIS FIGVRENTVR. ΛΆΜΒΔΑ TAMEN FOR MA ET A SVTVRA OCCIPITIS. QVAM ΛΑΜΒΔΟΕΙΔΗ VOCANT MEDICI ET A MONANGVLO. QVI AD ΛΆΜΒΔΑ SPETIEM ΛΑΜΒΔΩΜΑ APPELLATVR APVD ARITHMETICOS FACILE DI GNOSCITVR. ΚΆΠΠΑ QVOQVE. ET ΣΊΓΜΑ. QVAE ΚΟΠΠΑΤΙ ΑΣ. ET ΣΑΜΠΦΟΡΆΣ EQVOS ANTIQVITVS NVNCVPARANT NON AD AVTORIS ID APVD SVIDAM REFERENTIS SOLVM MODO TEMPORA. SED QVOD MIRVM FORTE VIDEBITVR AD HANC HVSQVE AETATEM IN ASIA EQVIS INHVSTA FIGVRAM SVAM LIQVIDO PATEFACIVNT. ΤΑΎ ET Υ. ALTERIVS FIGVRA K Σ T

APVD

APVD LVCIANVM IN LIBELLO CVI ΔΙΚΗΦΩΝΗΘΕΝΤΩΝ EST TITVLVS EX EA POENA. QVAM ΣΙΓΜΑ ELEMENTVM TAV LITTERAE PVTAT ESSE STATVENDAM QVOD EIVS LOCVM SVBRIPIAT MANIFESTA EST. Υ. AVTEM NEMINEM LATET. Υ
NAMQVE ET HYACINTHVS FLOS CELEBERRIMVS. ET VVL GO FERVNTVR VERSICVLI. LITTERA PYTHAGORAE DISCRI MINE SECTA BICORNI. SED Φ QVOQVE FORMAM NOS EDO Φ CVIT QVI CADVCEVM SCRIBIT BACVLVM ESSE MEDIOCRIS MENSVRAE. ANGVIBVS VTRINQVE SVPRA EIVS MEDIVM COM PLICATIS IN CIRCVLI MODVM. VT BACVLVS SIT DIAMETER. AD SIMILITVDINEM ΦΙ LITTERAE. ΧΙ AVTEM EX DIAGONIO X SIVE DIALELLO FIGVRA. QVAM ET ΧΙΑΣΤΟΝ. ET ΧΙ APPEL LANT RHETORES DISCERNIMVS. ET ASTERISMVM IN HVNC MODVM ⁂ SIGNATVM INVENIMVS. SCRIBIT AVTEM EVSTA ⁂ THIVS ΧΙ LITTERAM QVATVOR PVNCTIS INTER LINEAS. AD IPSAM CONIVNCTIONEM DISTINCTAM ASTERISCI PRAEBE RE SIGNVM. QVIN ETIAM EX TIMAEO PLATONIS. VBI HARMONICAM ANIMAE CONSTITVTIONEM QVASI PRODV CIT IN LONGVM. MOX PER LONGITVDINEM DIVIDIT. LINEIS QVE DVABVS EFFECTIS ALTERAM PER MEDIVM ADMOVET ALTERI. ATQVE EIVSMODI INTERSECTIONEM ΧΙ LITTERAE SIMILEM DICIT. HINC ETIAM HVIVS ELEMENTI FIGVRAM DI GNOSCIMVS. SIQVIDEM AXIVM INTER SESE. ET ZODIACI CVM AEQVINOCTIO INTERSECTIONES AVTORE PROCLO HOC LOCO ALLEGORICE PONIT PLATO. ΧΙ LITTERAE FOR MAM PRAE SE FERENTES. ΠΙ DVPLICI FIGVRA SIGNAVIMVS Π QVOD PASSIM VTRAQVE INVENTA SIT. VT MINIME POTVE RIM ANTIQVIOREM DISCERNERE. CVM PRAESERTIM ALTE

RVM

Digitized by Google

RVM PILATINVM INDE DEDVCTVM PARVA DECLINATIONE REFERRE VIDEATVR. ALTERIVS AVTEM FIGVRA QVOD LE VAE DEXTERAM LINEAE DEMITTIT AEQVALEM. EX NOTIS IL LIS CONSTARE POSSIT. QVIBVS ETIAM ANTIQVISSIME NV MERI SIGNABANTVR. VT IN DECRETIS ET IN ANTIQVIS MO NVMENTIS INVENTVM EST. QVIBVS ETIAM NOTIS SOLO NIS LEGES MEMORIA PRODITVM EST POENAS PECVNIARIAS SIGNATAS HABVISSE. IN ILLIS .N. COMPERIO IN ANTI QVIS ADHVC VOLVMINIBVS IN CALCE OPERVM QVANDO QVE SIGNATIS ΠΙ̇ ΔΕΑΤΑ MEDIVM IN SE CONTINENS. HOC MODO. Ⅽ̅Ⅼ̅. QVINQVAGINTA SIGNIFICARE. ITEM ΠΙ̇ HTA MEDIVM IN SE CONTINENS. HOC MODO. Ⅽ̅Ⅽ̅Ⅼ̅. QVINGENTA. I' Ⅽ̅Ⅽ̅Ⅼ̅I
TEM ΠΙ̇ XΙ̇ MEDIVM IN SE CONTINENS. HOC MODO. Ⅿ̅Ⅼ̅. Ⅿ̅Ⅼ̅X
QVINQVE MILLIA. ΠΙ̇ ENIM QVINQVE SIGNIFICAT. ΔΕΑ II
TA DECEM. HTA CENTVM. XΙ̇ MILLE. QVAE ΠΙ̇ CONTENTA Δ
ID EST QVINQVIES REPETITA PRAEDICTOS REDDVNT NV H
MEROS. SED HAEC SIC HABENT. NON OMNINO PRAETER X
REM HOC LOCO INTERPRETATA. QVANDOQVIDEM ET NO
TAE SVNT ANTIQVISSIMAE. ET EAS ADMODVM PAVCIS EXI
STIMEM ESSE COGNITAS. ΠΙ AVTEM TVNC FORTE DICETVR
APTIVS ΔΕΑΤΑ. ET HTA. ET XI IN SE MEDIAS
CONTINERE. SI LEVAE LINEAE PAREM HABVERIT DEXTE
RAM. QVID QVOD ET ΘΗΤΑ FIGVRAM LVGVBRIS
LITTERAE EX FABARVM FLORIBVS AVTORE VARRONE
VT PEFERT PLYNIVS

POSSE-

Digitized by Google

POSSEMVS ASSERERE. ET DE MŸ ET NŸ ALIQVID IN ME M
DIVM AFFERRE EX FRAGMENTIS FLORENTII DE PONDERI N
BVS ET NVMERIS. NEC NON ET DE IῶTA. ET Ω. PER NO I
MEN IΩ EX OVIDII VERSV LITTERA PRO VERBIS QVAM Ω
PES IN PVLVERE DVXIT. ET DE ϮÌ FIGVRA EX TRIFISSILI Ϯ
EPITHETO. IMMO ET PῶFIGVRAM ET VTRIVSQVE. O. QVEM P
ADMODVM ET ΑΔΦΑ EX EARVM PROLATIONE. QVAM DIO O
NYSIVS ALICARNASSEVS DISTINGVERE DOCVIT CONIICERE
POSSET ALIQVIS. ET ZḢTA FIGVRAM A ZETA PARTE AE Z
DIVM. NON. N. ΑΠῸ ΤΟΫ́ ΖḢΝ. ΝΕΟΥΕ ΑΠΟ ΤΟΫ́ ΖΈΕΙΝ ZETAM
ET ZETECVLAM. VT QVIDAM ETYMOLOGIAE RATIONE MINVS
HABITA. SED A ZḢTA LITTERAE FIGVRA. QVEMADMODVM
ET ΣΙΓΜΑ SEDILE APVD MARTIALEM AB ELEMENTI FOR
MA DENOMINATVM EXISTIMO. ET BḢTA SANE FORMAM B
MEDIAE LITTERAE EX PARTIBVS QVARVM SIT MEDIA FIGV
RARE TENTAREM. VERVM IN ΑΠΕΙΡΟΚΑΛΙΑΝ INCIDISSE
VIDEAR DE HIS. AC DE RELIQVIS ALIIS. SI CVI CVRAE FVE
RIT INVESTIGANDVM RELINQVO. PRAESERTIM CVM DE
QVIBVS DISSERVIMVS LIQVIDO FERE CONSTET. VT SIT
EXISTIMANDVM RELIQVAS ETIAM QVAS CVM HIS INVENTAS
VT APTISSIME COHAERENTES APPROBAVIMVS VERAS ESSE
ELEMENTORVM FIGVRAS. QVIBVS ANTIQVITAS VTERETVR.
ET HAEC QVIDEM ATTIGISSE DE VETERRIMIS LITTERA
RVM FIGVRIS NON ABS RE MIHI VISVM EST PETRE ME
DICES. CVM TIBI ANTE OMNIA REM GRATAM FACTVRVM ME

Digitized by Google

ESSE EXISTIMAVERIM ANTIQVITATI SVMMOPERE DEDITO. QVOD ME HERCVLES EXCELLENTIS PVTO IVDICII. CVM IN OMNI ANTIQVORVM CONATV OMNIQVE OPERE MAGNA SEMPER ALIQVA ET OCCVLTA DEPREHENDATVR RATIO VNDE ET HAE QVOQVE LITTERARVM FIGVRAE TAMEN DIMENSIONEM ET RESPONSIONEM INVICEM HABERE VIDENTVR. VT DEMONSTRARE FACILE QVIS POSSIT NVLLAS ALIAS FIGVRAS TAM VARIAS INTER SE EX TANTA LINEARVM QVANTITATE TANTAM PROPORTIONEM CONVENIENTIAMQVE SERVARE POTVISSE. VT NON IMMERITO SIT FIDES HISTORIAE PRAEBITA CADMVM SECESSVM SIBI DELEGISSE EPIGRAMMEAM FONTEM ERE DENOMINATVM AD EARVM EXCOGITATIONEM. AD TAM PVLCHRAM .N. TAM INSIGNEM TAM DENIQVE ARTIFICIOSAM FIGVRARVM DISPOSITIONEM ET LOCO OPPORTVNO ET TEMPORE OPVS FVIT. QVANDOQVIDEM ET FORMA. ET VOX. ET NOMEN EARVM SYMBOLVM ALIQVOD PRAE SE FERAT PLVTARCHI TESTIMONIO. QVOD .N. GRAVISSIMVS. ET SAPIENTISSIMVS AVTOR IN EO LIBELLO QVEM DE EI QVOD ERAT IN DELPHIS COMPOSVIT DE VNA AFFIRMAT LITTERA. DE RELIQVIS ETIAM CONIECTARI LICET. HACTENVS DE LITTERIS. DE LIBRO AVTEM EPIGRAMMATVM NIHIL DVCIMVS IN PRAESENTIA DISSERENDVM. IPSA ENIM PASSIM IAM EDITA APVD EGREGIA STVDIOSORVM INGENIA SVAM SIBI GLORIAM VENDICABVNT. ILLVD VNVM NON PRAETERMITTAM HOC EPIGRAMMATVM ΑΝΘΟΛΟΓΙΟΝ AB AGATHIA CONCINNATVM ESSE PRAESTANTISSIMO HISTORICO ET POETA SVI TEMPORIS. NON A PLANVDE. VT NONNVLLIS EST TEMERE PERSVASVM.

PLANV-

Digitized by Google

PLANVDES. ENIM MONACHVS. VT EOS APPELLANT NON MA' GIS DISPOSVIT QVAM MVTILAVIT. ET VT ITA DICAM CASTRA VIT HVNC LIBRVM DETRACTIS * LASCIVIORIBVS EPIGRAMMA TIS VT IPSE GLORIATVR. QVID TAMEN INDE SIT MERITVS ALIORVM SIT IVDICIVM. EGO HOC VNVM SCIO NON EX SOLO SENSV EPIGRAMMATIS AVT CVIVSLIBET SCRIPTI IVVARI NOS POSSE. SED ANTIQVORVM SALEM ET ACVMEN IN SIMILI BVS ADMIRARI ARTEM QVOQVE ET DICTIONEM AVT HISTORI AM IN QVALIBET MATERIA DVCIMVS EXPETENDAM. SIQVA VERO PLANVDES HIS EPIGRAMMATIS INTERPOSVIT. EA CER TE SVNT QVAE VT INEPTIORA LIBENTISSIME ABSTVLERIM. SED NE CVIPIAM NOSTRO ETIAM EXEMPLO MELIORA FORTE ALIQVA SVBTRAHENDI DETVR OCCASIO. CVM EA PAVCA SINT NEQVE OMNINO VTILITATE CAREANT. NIHIL FERE QVIC QVAM ATTIGIMVS. VERVM DE HIS IAM SATIS SVPERQVE. TV AVTEM PETRE MEDICES LVCVBRATIVNCVLAM HANC NOSTRAM. QVAE TVA EST HVMANITAS GRATO ANIMO ACCI PIAS. QVODQVE TIBI HAEREDITARIO IVRE CESSIT MORE PARENTVM GRAECIS LITTERIS PRAECIPVE FAVEAS. VT NON IMMERITO ET SPES ET RATIO HORVM STVDIORVM IN TE VNO MAXIMA EX PARTE POSITA ESSE VIDEATVR. VALE.

F I N I S.

IMPRESSVM FLORENTIAE PER LAVRENTIVM FRANCISCI DE ALOPA VENETVM. III. IDVS AVGVSTI. M. CCCC LXXXXIIII.

Non

* Remarques sur l'*Anthologie* Manuscrite dans la Bibliotheque du Roi. 2. Vol. des *Memoires de Litterature*, p. 279. 282. —— *Le recueil est divisé en cinq parties. La premiere & la seconde sont composées d'Epigrammes la plûpart licentieuses; & qui, si l'on en excepte un très-petit nombre, ne doivent jamais voir le jour.*

VAVASSOR in Libr. *de Epigramm.* Cap. 16. *Planudæ* partes contra ejus criminatores agit.

Digitized by Google

Non tantùm *Græcum* LASCARIS Epigramma ſed & *Latina* ejus Epiſtola capitalibus litteris excuditur. Nullum aliud *Latinarum* majuſcularum in Typographiâ ſpecimen hujusmodi, præter monumenta aut inſcriptiones, vidi. In hisce *Græcis* per capitales litteras editionibus pauca hæc adnotabo; accentuum ſcilicet [a] notas imprimi; protroque ſpiritu [b] diſſectas litteræ H partes (·˙) uſurpari; [c] circumflexi eandem, quæ in *Latinis*, figuram, ex acuti & gravis conjunctione effictam (ˆ) adhiberi.

Litterarum certè (quod obſervat [d] *Leo* ALLATIUS) *Romanarum forma* [e] *Græcarum ſimillima nonniſi capitalis eſſe potuit; nomen ſortita à quantitate vel modulo: modò maxima à* [f] CICERONE; *grandis Triſt. cubitum longa ab* OVID. *Lib.* 3. PLAUT. & *Pœnul.* & [h] *Rudent. minuta & minutiſſima à* PLAUT. [i] *Bacchid.* CICER. *apud* PLIN. *Lib.* 7. *cap.* 21. SENEC. *Epiſtol.* 95. *modò rotunda ab aliis, modò quadrata à* [k] PETRONIO. Quin etiam idem [l] ALLATIUS capitalium uſum fuiſſe antiquum probat eò quòd [m] *ab illis errata corrivârint.* Pluribus hoc explicat argumentum [n] vir doctiſſimus, ad quem lectorem refero.

Ante LASCAREM is capitalium uſus in Typographiâ ignorabatur, qui licèt in antiquis Numismatum Marmorúmque inſcriptionibus locum [o] potiſſimum habeat, in manuſcriptis tamen Codicibus characteres minusculos ſive (quos vocant, & [p] quibus nunc utimur) curſivos ſæpius, expeditioris ſcriptionis gratiâ, adhibebant Scribæ: quales characteres cernimus in Libris, qui ante 1494. *Græcè* excuſi ſunt. In horum tamen antiquioribus quædam litteræ ſunt tantùm aut ſæpius capitales, [q] Γ, M, [r] H, N, C.

[o] *Leo*

a Has (quoties in Capitum titulis majuſcularum uſus eſt) habet ALDUS in ſuis primis Editionibus; negligit HOMERI Editio *Florentina*, uti & CALLIERGUS in *Etymologico*, ac SIMPLICIO, & BISSOLUS in SUIDÆ 1499. Aliquando omittit, aliquando admittit Editio HOMER. *Iliad.* Schol. *Romana* 1517: (conſule pag. 4. lin. quinq. ultim. & pag. 5. lin. du prim.) uti & *Henr.* STEPHANUS in Edit. *Heroïc. Poet.* 1566.

b, c Sic ALDUS plerumque in primis Editionibus, & *Henr.* STEPHANUS in *Heroïc. Poet.*

d *Animadv. in Antiq.* Etrusc. *Fragm.* pag. 57.

e PLIN. *Nat. Hist.* lib. 7. cap. 58. TACIT. *Annal.* lib. 11. pag. 171. Edit. *Lipſ.*

f Epiſt. ad *Quint.* Lib. 3. Epiſt. 1.

g Act. 4. Sc. 2. ℣. 15.

h Act. 5. Sc. 2. ℣. 7.

i Act. 4. Sc. 9. ℣. 67.

k Cap. 29.

l Ibid. pag. 55.

m L in D. lege SCALIG. in VARR. *de re Rust.* lib. 2. D & T. lege STEWECH. in APUL. lib. 1. B, P & R. Idem. lib. 51

n Lege *Leon.* ALLAT. in *Anim. ad Ant. Etrusc. Frag.* p. 55. usque ad pag. 81. Lege etiam *Joſ.* SCALIG. digreſſ. de litterarum *Ionicarum* origine in ejus *Animadv. ad* Euſeb. *Chron.* pag. 110. usque ad pag. 122. Edit. *Amstel.* 1658.

o *Leo* ALLAT. p. 48. notat, quòd *litterarum* etiam *minuscularum fidem faciant veteres inſcriptiones apud* GRUTERUM. Quin & alibi paſſim in vetustis Inſcriptionibus minusculæ occurrunt capitalibus immistæ.

p ALLAT. pag. 45.

q AUL. GELL. 1469.

r *Batrachom.* 1486. *Græcos Authores.* c. 6.

Digitized by Google

[a] *Leo* ALLATIUS *Guil.* CANTERO producto teste *probat*, *tum ex vetustis codicibus*, *tum ex Scholiastis*, *veteres Græcos nudas litteras absque apicibus ullis pingere solitos fuisse*; *quod sæpius asserit* POLITIANUS, *sed potissimùm Miscellan. cap.* 58. *&* 80. Apices itaque illos omnino rejecerunt Typographi [b] *Conradus* SWEYNHEYM *&* *Arnoldus* PANNARTZ &c. [c] LEONARDUS *de Arigis* in POLITIANI Operibus, [d] *Badius* ASCENSIUS in ejusdem Miscellaneis. At ALDUS in [e] suâ POLITIANI editione prosodica illa vocum fastigia noluit negligere, nisi in duobus locis, ubi citantur [f] Sibyllini versus & [g] CALLIMACHI Hymnus in PALLADIS lavacra; quia scilicet POLITIANUS ibi dissertis verbis eorum absentiam in vetustis codicibus confirmat. Nihilominus tamen LASCARIS in suis, quas *Græcis* capitalibus vulgavit, Editionibus accentuum & spirituum notas diligentissimè adjecit tanquam necessarias; quibus, si omnino fuissent ablegandæ, [h] capitales meliùs quàm minusculæ carere potuissent.

A' pronunciationis notis ad distinctionis notas, de harum usu in *Græcis* Editionibus paucula dicturus, transeo. Punctum tantùm [i] antiqui noverant; quod triplex fuisse observat [k] ALLATIUS, τελείαν στιγμὴν, μέσην & ὑποστιγμὴν; [l] recentiorum usus induxit lineolas curvas, quas virgulas vocamus. LASCARIS in suprà laudatis Editionibus non tantùm punctum sed & [m] virgulam ad sensum sententiarum dirimendum vocibus injecit.

Satis supérque jam de litterarum figurâ, vocum prosodiis, & sententiarum distinctionibus, quæ in vetustis illis rarísque Typographiæ monumentis observantur, dictum est. Antequam hos libros capitalibus exaratos mittam, id restat animadvertendum, quòd ex his una

* *Antho-*

a Pag. 77. ex CANTER. *Syntag. de rat. emend.*

b AUL. GELL. 1469. At tamen hos *Nicolaus* JENSON in suâ *Aul.* GELLII 1472. Editione rejicere noluit.

c *Florent.* 1499.

d Ann. 1511.

e Anno 1498. quæ Editio continet etiam miscellaneorum centurias, quas omisit *Leonardina* ann. 1499.

f Cap. 58. ——— *Sibyllinos versus*, *qui nunc quoque apud* Zosimum *vetustissimis codicibus citra ulla fastigia*, *qualésque de industriâ subjecimus*, *inveniuntur.*

g Cap. 80. —— CALLIMACHI *versiculos subscriptos veteri more sinè ullis accentiunculis* —— In Sibyllinis versibus (℣. 10. & 13.) duæ voces reperiuntur accentu notatæ, sed id per Typothetæ festinantis oscitationem.

POLITIANI verba hæc [*de industriâ*] innuere mihi videntur, quòd antiqua illa in codicibus scribendi consuetudo non satis deinceps apud eruditos valuerit, ut Prosodiarum notæ prorsus exularent. De his lege nonnihil in *Histor.* STEPHANOR. p. 437.

h Capitales enim, quarum in Numismatibus & Marmoribus usus crebrior, lineis omnibus prosodicis cernuntur destitutæ.

i Sicut in *Aul.* GELL. 1469.

k Pag. 77. ex *Constant.* LASCAR. *Gramm. Grac.*

l Pag. 81.

m Virgularum & interrogationis ex puncto virgulâque factæ usus in HOMER. 1488. Virgulæ in *Batrachom.* 1486.

Digitized by Google

* *Anthologia* nomen Urbis, & Typographi, annique numerum gerat; [b] APOLLONIUS urbem & annum indicet; [c] EURIPIDIS *Tragœdiæ* quatuor, [d] CALLIMACHUS & [e] *Gnomæ*, cum [f] MUSÆO, typographicis illis tribus circumſtantiis careant. A vero tamen longiſſime non forſan abero, ſi ibidem & ab eâdem officinâ cenſeam omnes exiiſſe. Ad tempus quod attinet, *Anthologiam* reliquis præiviſſe ſatis indicat ei adjuncta LASCARIS Epiſtola, quâ novi illius, qui omnibus communis eſt, characteris adhibendi ratio aperitur. Omnes certè non longo temporis ſpatio inter ſe diſtare conjicio. *Anthologiæ*, uti & *Gnomis*, præmittitur Alphabeti *Græci* cum diphthongis propriis & impropriis παρεάδυγμα majusculis litteris excuſum. Dubitandi non locus eſt, quin omnium Editionibus præfuerit LASCARIS primus hôc charactere utendi hortator, qui CALLIMACHO ſubjunxit hoc * Epigramma.

Εις Καλλίμαχον.

Ἴχνια μαστεύων, ῥυθμίσατο σῶμα πέλωρον
Πάνσοφος Ἡρακλίης πρίν ποτε Πυθαγόρης.
Δῆρις Ἀλεξάνδρου δ' Ἱππὸς παρὰ πίονι νηῷ
Δηρὸν ἴην, μεγάλης μνημόσυνον παλάμης.
Καὶ σίο δ' οἷα λέοντος ὄνυξ, τόδε, Καλλίμαχ' ἥρως,
Λείψανον εὐύμνων λαμπρὸν ἔδειξε νόου.
Ὡς γόνιμον, σοφίην πισύμβιον, εἰσιδὲ τέχνης,
Αἰέναον φανὴν, ἔνθεον ἀρμονίην.
Ὀκτάκις οἱ δ' ἑκατὸν σίχα βίβλων ὤλεσεν αἰὼν
Λευγαλέος, βαιὸν Ζεὺς τόδ' ἔνευσε μέλος.

Ἀρ-

a Hujus Editionis *Henricus* STEPHANUS non meminit in ſuâ 1566.

b Idem in ſuis ad APOLLONIUM (anno 1574.) annotationibus hanc editionem *Florentinam* citat.

c FABRIC. in *Biblioth. Gr.* has *Florentias* cuſas ex ratione litterarum conjicit.

d Hanc CALLIMACHI editionem majusculis litteris vocat *Florentinam Henricus* STEPHANUS in *Poët. Heroic.* 1566. 2 Tom. p. 487. Et CALLIMACH. 1577. p. 106.

e Has *Gnomas* inſeruit *Henr.* STEPHANUS in ſuâ editione anni 1569. p. 182. usque ad pag. 365. Non invenio ullam hujus mentionem ab eo factam. Easdem ALDUS ad calcem THEOCRITI & HESIODI anno 1495. impreſſerat. Cui editioni forſan hæc anteceſſit litteris majusculis edita.

f Hoc Poematium ad calcem *Gnomarum* rejicitur cum hôc titulo, Μουσαίου τὰ κατ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Hanc ejus Editionem an viderit *Henricus* STEPHANUS, dubito. De eâ altum ſilentium in ejus edit. *Poet. Heroic.* 1566. 2 Tom. p. 487. ubi hæc leguntur. *Affirmavit mihi olim* Michael Sophianus *coram aliis plurimis ſe vidiſſe* Genuæ *Librum veterem, qui inter alia Poëmata haberet itud, ita inſcriptum* Μουσαίου γεφυρατικὰ τὰ κατ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον.

* Idem recuſum eſt in editionibus *Aldinâ* 1513. *Frobenianâ* 1532. *Stephanâ* 1577. *Cramoſianâ* 1675. & *Pariſinâ Benenati* 1574. ubi Latina *Galonii* interpretatio additur hæc.

Epigramma Jani LASCARIS *in* CALLIMACHUM *è Græco Latinum factum ab eodem interprete.*

Corporis Herculei, veſtigia recta ſecutus,
Quanta eſſet moles Pythagoras docuit.
Hastá-

Digitized by Google

Ἀρχέτυπον τελέσθειν, θεῶν γένος ἤντις ἀοιδή,
Μοφῦς ὡς πλάσσαις κυάνεον βλέφαρον.
Μήποτε δ' ἐξάρχοι σοὶ σπάνις ὑμνοπόλοισι
Μολπῆς, χαλκηγεφῶν ξυνὸν ἔθηκε τέχνη.

Λασκάρεως.

Forsan etiam LASCARIS aliquatenus curam gessit *Homerici* & *Sophoclei* interpretum, quorum Editiones *Romæ* ann. 1517. & 1518. prodierunt, ejus Epigrammatibus *Græcis* (ut antè jam à me notatum est) ornatæ. Alia, quare id credam, ea causa est, quòd hæ in Gymnasio *Mediceo Quirinalis* collis à [*Joanne* MEDICEO] LEONE X. constituto typis mandatæ fuerint. Et quidni putem, LASCAREM *Mediceæ* familiæ semper adeò, ut vix quisquam magis, addictum illius Gymnasii Typographeo operam suam commodâsse? Hic obiter observo *Joannem* hunc LASCAREM *Rhyndacenum* [a] tanto in pretio habitum fuisse, ut [b] à Rege *Galliæ* LUDOVICO XII. accitus ad *Venetos* sæpius legaretur; & [c] *posthæc* Romam *abiens*, *ibidem amicitiâ fretus* LEONIS X. Laurentii de MEDICES *fratris*, *postquam ex* Græciâ *juvenes eruditos & bene moratos secum eduxerat*, *hujus Collegii*, *ad conservandam Linguæ* Græcæ *puritatem instituti*, *moderator factus*, *ingentibus Pontificiis beneficiis sit gavisus*. *Ab hinc denuo in* Galliam *à* FRANCISCO *I. citatus est*, *ut ei à Bibliothèca esset*.

Joannes hìc LASCARIS, [d] *vir* Græcus, *utráque Linguâ pereruditus*, Romæ Græcorum *Scholæ præfectus à Pontifice*, [e] *multum laboravit in correctorio opere*, *imò plura feciſſet* (inquit ERASMUS) *ni crebræ legationes & Regum negotia cum revocâssent*. Florentiis *autem quàm maxi-*

Hastáque Alexandri templo visenda Diana,
Testis erat, *Regis quàm generosa manus*.
Noscitur ungue Leo: *hymnorum sic*, *Callimache heros*,
Hoc reliquum ostendit, *mens tua quanta fuit*.
Quámque ferax & quàm sapiens artem inspice doctam,
Divinam harmoniam, *melliſluosque sonos*.
Tempus edax rerum octingenta Volumina trivit.
Annuit exiguum Jupiter istud opus
Archetypum esse, *Deos si quis celebraverit hymnos*:
Formæ ut pictori nigra supercilia.
Néve hymni cupidis penuria principis esset,
Commune hoc fecit Chalcographeia bonum.

a Lege clariſſ. ZELTNER. in *Corrector. centur.* pag. 318.

b BEMB. *Ven. Hiſt.* apud VASC. 1551. pag. 144. & 152.

c ZELTNER. *Centur. Corrector.* pag. 319. Vir clariſſ. pag. 320. habet hæc, *Mortuus tandem est* Romæ, *ætatis nonagesimo*, Christ. 1489. *morbo articulari constanter laborans*. Quæ non satis intelligo; LASCAREM enim ex supra dictis constat ultra ann. 1489. vixisse.

BAYLE, *Diction.*] *il retourna en* France *sous le regne de* François *I. & après s'y être arrêté quelque tems*, *il repassa en* Italie, *& mourût à* Rome *perdu de goutes à l'âge d'environ 90. ans.*

d BUDAUS *Tonstallo* hæc scribit anno 1517. Lege *Erasm.* Epistol. p. 245. ERASMUS *Lascarem* adhuc esse in vivis anno 1524. scribebat. Lege ejus Epistol. ad *Gaverum*. p. 788.

e ZELTNER. *Centur. Corrector.* p. 321.

Digitized by Google

maximè & Venetiis id factum credibile est, illic apud JUNTAS, *hîc apud* ALDUM: imò & *Lugduni*, ut conjicit [a] CHEVILLERIUS. Eodem circiter tempore, quo LASCARIS, [b] *Marcus* MUSURUS munere correctorio fungebatur.

Munus certè illud, quo nullum Arti Typographicæ magis necessarium, viris nonnisi pereruditis deferri solebat. Id curabant viri omnium ordinum in loco quocunque primarii; nec quâ aspergi maculâ honorem suum credebant, si litterarum promovendarum gratiâ tam laboriosum, sed præclarum, opus tractarent. Non igitur potui, dum Annales Typographicos texo, his quam plurima de typographicis Correctoribus non intexere. Gaudeo tamen me hujus laboris curâ levatum, aliúmque eâ longè meliùs, quàm ego pro modulo meo potuissem, perfunctum fuisse; virum doctissimum *Johannem Conradum* ZELTNERUM, qui nuper Correctorum in typographiis eruditorum [c] centuriam speciminis loco collegit. Eam quicumque attentè perlegerit, non solùm quicquid in eâ materiâ sciri opus sit, sed uberrimam

a Pag. 194. „ *Jean Lascaris* étoit sorti „ de l'illustre Famille, qui donna trois Souverains à l'Empire *Grec*. Il se retira en „ *Italie* après la prise de *Constantinople*, & „ vint en *France*, d'où il fut envoyé par „ *Louis* XII. Ambassadeur à *Venise*. Il avoit „ fort étudié les anciens Auteurs de sa Nation, dont il rechercha les Manuscrits, „ & corrigea les fautes pour les rendre plus „ faciles à traduire. *Genebrard* dit, que ce „ fut par son conseil & celui de *Guillaume* „ *Budé*, que le Roi *François* I. forma le „ dessein de dresser une Bibliotheque dans „ sa Maison Royale de *Fontainebleau*, & de „ fonder à *Paris* le College des Professeurs „ Royaux pour les Langues: LASCARI & „ BUDÆO *Auctoribus Franciscus I. Bibliothecam Fontanabl*æ*am instruxit, indèque* „ *anno* 1530. *Linguarum & Mathematum* „ *Professores.* Je crois que ce fut *Lascaris* „ qui servit de Correcteur à l'*Avicenne* imprimé à *Lyon* en trois Volumes *in fol.* „ avec les Commentaires de *Jaques de Partibus*, par *Jean Trechsel* & *Jean Cleyn* „ l'année 1498. comme je conjecture de „ l'Epitre dédicatoire adressée au Medecin „ du Roi *Jean Ponceau*, qu'il mit à la tête „ de ce Livre. Ces deux sçavans *Grecs* „ [*Lascaris* & *Musurus*] étoient aussi fort „ habiles dans la Langue *Latine*. *Erasme* „ dit, dans ses Epitres (scil. *ad Gaverum* „ pag. 788.) *Latinæ Linguæ ad miraculum* „ *doctus* (Musurus): *quod vix ulli* Græco „ *contigit, præter Theodorum* GAZAM *&* „ *Joannem* LASCAREM.

b Lege *Henr.* STEPH. *Querimon. Art. Typogr.* & CHEVILLER. p. 194. „ *Marc* „ *Musurus* étoit de l'Isle de *Candie*, & devint Archevêque de *Ragusse*, après avoir „ expliqué long-tems à *Padouë* les Auteurs „ *Grecs* avec reputation. *Beatus Rhenanus* „ a écrit qu'il étoit homme de grande lecture, & d'une profonde erudition; qu'il „ n'y avoit rien de si obscur qu'il ne rendit „ clair par son éloquence: *Nihil erat tam* „ *reconditum, quod non aperiret, nec tam* „ *involutum, quod non expediret. Omnia le-* „ *gerat, excuſſerat omnia.* Et auparavant „ lui *Alde Manuce*, avec qui il travailloit à „ corriger les Manuscrits *Grecs*, & revoyoit „ les feuilles des Impressions, fit son Eloge „ en ces termes sur le PLATON *Grec* de „ 1513. MUSURUS Cretensis, *magno* „ *Virjudicio, magnâ doctrinâ, qui hos* PLATONIS *Libros accuratè recognovit, cum* „ *antiquissimis conferens Exemplaribus, ut* „ *una mecum, quod semper facit, multum* „ *adjumenti afferret & Græcis & nostris hominibus.* Ce fut lui, qui corrigea le grand *Etymologicon*, qui fut imprimé à *Venise* „ in fol. l'année 1499. par *Zacharie Calliergus* aux dépens de *Nicolas Blastus.*

c *Norimberg.* sumptibus & typis *Adami Jonathan.* FELSECKERI. Anno 1716. in 8o.

Digitized by Google

rimam insuper variæ eruditionis frugem ex diversis Scriptoribus confertam percipiet. Eruditissimi interim [a] viri veniâ liceat mihi hìc brevem manipulum ex illius messe auctum subjicere.

Hanc ergo, Lector, tibi habe Correctorum, cum Typographis, quibus suam operam commodaverunt, nomenclaturam.

Correctores	in *Officinis Typographicis.*
[b] *Johan.* ANDREAS Episc. *Aleriensis*;	*Conr.* SWEYNHEYM & *Arn.* PANNARTZ:
[c] *Joh. Anton.* CAMPANUS Episc. *Teramensis*; & [d] *Carolus de* ALEXANDRIS *de Perusio*;	*Udalrici* HAN:
[e] *Omnibonus* LEONICENUS;	*Nicolai* JENSON:
[f] GEORGIUS *Alexandrinus*; [g] *Christophorus* BERARDUS *Pisaurensis*;	*Vindelini de* SPIRÂ:
[h] *Joan.* LAPIDANUS;	*Ulrici* GERING, *Martini* CRANTZ & *Michaelis* FRIBURGER:
[i] *Ludovicus* CARBO;	*Christophori* BALDARFER:
[k] CŒLESTINUS; & [l] POMPONIUS;	*Georgii* LAVER:

Cor-

a Illi equidem plurimas haberi à me gratias agnosco, quod nomen meum meique Opusculi mentionem suis chartis inserere dignatus fuerit. Lubens etiam fateor in meâ illâ *Stephanorum* historiâ *multa* (utî me vir Doctiss. monuit p. 27.) *vitia ex typographiâ superesse, quorum ille vel viginti in perlustrando istum Librum observavit excusa.* Quin & ipse istius Libri initio erratorum graviorum (ferè centum) Catalogum apposueram. Pudet fanè; & quamvis in multis Typographi, qui magnam oneris partem in filium adolescentem à se rejecerat, negligentiam jure causari possem, malo tamen (quod Lector in istius Libri Præfatione p. VIII. leget) *meis crebris & gravissimis erratis ab ignorantiâ aut incuriâ profectis veniam deprecari, quàm audaciter expostulare.* Vehementissimè doleo me huic operi, quod mihi nunc in manibus est, corrigendo (ob loci, ubi imprimitur, distantiam) adesse præsentem non posse; vereórque, ut absentia mea (cùm vel præsens nequeam esse satis oculatus) erratis frequentissimis locum dederit.

b De hóc vide priùs. Lege *Zeltner.* pag. 65. usque ad 69. *Obiit septuagenarius ferè. Ipse edidit Commentaria in Lib.* IV. V. & VI. *Decretalium* & alia, ad jus spectantia. *Extat etiam Volumen Epistolarum, quod rarissimum est, ad diversos scriptarum*, Venetiis *excusum.*

c De hóc vide priùs. Lege *Zeltner.* pag. 101. usque ad 106. *mortuus est, Ann. æt.* 50. Sienæ *d.* 15. *Julii* 1477. Fertur *tantâ diligentiâ & alacritate excudisse Libros* Gallum, *ut* Campano *Correctori per singulas noctes ne quidem trium horarum continua quies concessa fuerit.*

d Lege JUSTINIAN. *Institut.* 1475.

e De hoc priùs. Lege *Quintilian.* 1471.

f Lege *Martial.* per *Vindelin. Spir.* & *Plaut.* 1472.

g Lege *Dante.* 1477.

h De hóc priùs multa ann. 1470.

i Lege *Serv.* Comment. in *Virgil.* 1471.

k Lege *Institut. Confessor.* 1472.

l & *Curt.* sinè anno. & VARR. *de Lat. Ling.* sinè ann. typogr. & loc.

Correctores	in *Officinis Typographicis.*
a PLATYNA;	*Arnoldi* PANNARTZ:
b *Æneas* VULPES;	*Hermanni* LIECHTENSTEIN:
c *Junianus* MAIUS;	*Matthiæ* MORAVI:
d *Petrus* LOSLEIN;	*Bernardi* PICTORIS & *Erhardi* RATDOLT:
e *Pet. Justinus* PHILELFUS;	*Antonii* ZAROTHI:
f *Hieronymus* BONONIUS;	*Michaelis* MANZOLINI:
g *Bartholomæus* PARTHENIUS;	*Bartholomæi* GONFALONERII:
h *Marcus Scaramucinus de* PALATIOLO *Brixianus*;	*Bonini de* BONINIS:
i VICTOR *Piſanus*;	*Antonii de* STRATÂ:
k *Demetrius* CHALCONDYLES;	*Bernardi* & *Nerii* NERILII:
l *Hieronymus* CENTO *Paduanus*;	PETRI *Veronenſis*:
m *Fridericus* PISTORIUS;	*Antonii* KOBURGER:
n *Johannes* GONO;	*Johannis* AMERBACHII:

* *Augus-*

a Lege JOSEPH. *Histor.* 1475.
b Lege OROS. *Histor.* ſine anno.
c Fuit recognitor PLIN. *Epistol.* 1476.
d Vide ann. 1477.
e Recognovit LIVII *Decadas* 1480.
f Recognovit CÆSAR. *Comment.* 1480. & TORTELLII *Comment.* utì ex Epistol. his præfixâ conſtat. 1480.
g Recognovit *Jun.* MAI. *de Verbor. propriet.* 1480.
h Lege *Aul. Gell.* 1485.
i Recognovit AVIEN. *Interpretat.* ARAT. 1488.
k Recognovit Græcam *Homeri* editionem 1488. De eo lege *Zeltner.* pag. 155. usque ad 157. *Apud* Aldum *Græcos codices ſub prælo ſudantes diu correxit* —— *Non antequam Princeps* Florentiæ *obierat* —— *Poſthæc* Mediolanum *à* Ludovico Sforziâ *accerſitus unà cum uxore & liberis eò commigravit, ac non multò pòſt Grammaticæ ſuæ rudimenta luci publicæ expoſuit.* —— *Ejus filia* Jano Parrhaſio —— *in matrimonium conceſſa fuit.* —— *Denique noſter octogenario major* Mediolani *ſpiritum exhalavit. Epistol.* ERASM. pag. 294. ſub *Chalcondylâ* profecerunt *Guilelmus Latimerus, Linacer*, & *Grocinus.*
l Lege PETRARCH. *Capitul.* 1490.
m Lege *Zeltner.* p. 424. *natus ann.* 1486. —— *aliquibus officinis*, Antonio *præcipuè* Koburgero *operam locabat ſuam, ut à vitiis Typothetarum pagellas purgaret* —— *obiit ann.* 1554. 24. *Mart.*
n Lege *Zeltner.* pag. 122. *ſusceptus eſt in hunc mundum ann.* 1463. —— Johannes Amerbachius *totum ſe comparaverat ad eatigationem Voluminum* Hieronymi *conquiſitis undique vetuſtis exemplaribus, & doctis viris conductis, qui Græcas dictiones paſſim reſtituerent; de quorum numero fuit* Johannes Reuchlinus *Jctus, qui ex Lexicis vacuas latinas explere conabatur: cui ſucceſſit feliciter caſtigator* Joannes Cono Norimbergenſis — *qui* —— *è veſtigiis antiquorum codicum ea quæ vel deerant, vel erant depravata, diligenter reparabat* —— *homo propemodum Græcè quàm Latinè doctior, verſatus nimirum in optimis Auctoribus aliquot annis, excellentiſſimorum in Italiâ Profeſſorum* Muſuri & Scipionis *atque* Joh. Cretenſis *non pœnitendus auditor.* —— *tempus ab his laboribus relictum* —— *impendebat, ut* Bonifacium Amerbachium & B. Rhenanum *pueros adhuc ſcientiis augeret* —— *obiit ann.* 1513. 9. *Cal. Mart.* Lege ADAM. in *Vit. B. RHENAN.* & ERASM. *Epistol.* pag. 154.

Digitized by Google

Correctores	in *Officinis Typographicis.*
[a] *Augustinus* DODO ; [b] *Franciscus* WYLER ; [c] *Conradus* PELLICANUS; & [d] *Beatus* RHENANUS;	*Johannis* AMERBACHII:
[1] *Benedictus* BRUGNOLUS;	*Philippi* PINZII:
[2] *Dominicus de* CANALI;	*Bernardi* RICII:
[3] BENEDICTUS *Rhetor*;	*Leonardi* PACHEL:
[4] *Michael* FERNUS;	*Eucharii* SILBER:
[5] *Angelus de* MONTE ULMI;	*Jacobi* & *Angeli* BRITANNICORUM:
[6] *Gaspar* GROSSCH & *Sthephanus* ROEMER;	*Johannis* HERTZOG:
[7] *Petrus* CASTELLANUS;	*Johannis* FROBENII:
[8] *Sigismundus* GELENIUS;	

, *Mar-*

a Lege *Zeltner.* pag. 163. & ADAM. in *Vit. Theolog. German.* pag. 272. *Anno* 1502. —— Joannes Amerbachius *senior cœpit imprimere omnia Opera* D. Augustini, *ad quam editionem contulit operam ſuam* Auguſtinus Dodo, *Canonicus ad* D. Leonardum. *Cœperat enim ſcribere argumenta in ſingulos Libros: ſed cùm peſte deceſſiſſet, Typographus operâ* Franciſci Wyler Baſilienſis *Minoriæ uſus eſt.*

b Lege *Zeltner.* pag. 564.

c Lege *Zeltner.* p. 416. & TEISSIER. *Elog.* (Ann. 1696.) pag. 91. & ADAM. in *Vit. Theolog.* pag. 262. *Natus eſt anno* 1478. —— *rogatu fideliſſimi Typographi* [Joannis Amerbachii] *centum quinquaginta libros reſiduos* [Operum *Auguſtini*, poſt abitum *Franciſci* WYLER] *abſolvit* —— *Aliis quoque Typographis toto ſexennio pro virili ſuit ſubſidio; maximè* Jacobo à Pforrzen, *qui primus* Baſileæ *impreſſit Opera* Chryſoſtomi; & Stephan. Bruliſer. —— Joannes Frobenius *cupiens quadruplex Pſalterium imprimere, opus in* Germania *non tentatum, exoravit* Caſparum Sazgerum *provincialem* Pellicani, *ut tres menſes patereturipſum* Baſileæ *commorari, quo correctius opus ederetur.* —— *Obiit ann.* 1556. *ætat.* 78.

d Lege *Zeltner.* p. 464. & TEISSIER. *Elog.* pag. 4. & ADAM. in *Vit. Philoſ.* pag. 132. *Natus ann.* 1485. —— *Officia in tollendis codicum erratis* Joanni Amerbachio *obtulit* —— *Obiit* 13. *Cal. Jun. ann.* 1547. *ætat.* 62. Recognitor fuit cum *Petro* PORTÀ in *Henrici* STEPHANI primi officinâ, cùm excuderet ARISTOTEL. *Politic.* Latinè anno 1506. uti ad ejus editionis calcem legitur cum Latino ejusdem tetrasticho Epigrammate. Hic igitur obiter moneo Lectorem, PORTÆ illius nomen fuiſſe *Petrum*, non *Philippum*; neque ullam à me nominis transmutationem factam; uti ſuſpicatur Clariſſ. *Zeltner.* pag. 443.

1 Recognovit *Priſcian.* Opera 1492.

2 Lege Lib. *de Venen.* 1492.

3 Lege *Rhetoric.* TRAPEZUNT. 1493.

4 Lege *Campan.* Oper. 1495.

5 Emendavit *Bibl. Lat.* 1496.

6 Emendaverunt *Epitom. in Almag.* PTOLEM. 1496.

7 Lege *Zeltner.* pag. 111. ERASMI *famâ* Baſileam *invitatus* —— *qui ſuppetias eâ tempeſtate ferebat* Frobenio *in emendationibus quorundam Librorum, qui ſub pralis ſudabant.* —— *Par munus ut ſuboret*, Caſtellano *perſuaſit ille*, Frobenio*que eum commendavit, ac ampliſſimas conditiones non abnuenti impetravit.* —— *Ex antiquâ typographici laboris procuratione fuit, quod* Stephanorum *Typographorum* [*Roberti* ſilicet primi; Vide STEPHANOR. *Histor.* p. 49. 144. 145.] *patronus extitit.*

8 Lege ZELTNER. pag. 219. *Natus* Pragæ —— *attritus epibus apud* Frobe-

Correctores in *Officinis Typographicis.*

[a] *Marcus* HEILAND; [b] *Deſiderius* ERASMUS; [c] *Wolfgangus* MUSCULUS; [d] *Johannes* OECOLAMPADIUS; [e] *Wolfgangus* LACHNERUS;

Johannis FROBENII:

[a] *Petrus*

nium —— *victum ſibi amictúmque paravit, in ejus officinam receptus typographicam* —— *Nemo extitit, qui de hiſtoriâ* Marcellini *meliùs meritus ſit.* (lege *H.* VALES. *Præfat. ad* MARCELLIN. & HUET. *de Clar. Interpr.* pag. 168.) Phil. Melanchthon *ad officium publicum invitavit in Scholâ* Norbergæ *annuo centum aureorum pretio* —— *ſic enim in Epiſtolâ quâdam* (lege Epiſtol. ad *Camerar.* edit. *Lipſ.* apud *Vœgelin.* 8. p. 49.) *ille ſcripſit: ſed addixi, inquies, biennii operas* Frobenio —— *aget cum* Frobenio *Senatus, ut fidem tuam liberet* &c. Gelenio *prater ea, quæ à* Frobenio *accipiebat*, Johannes Rudolphus STOËR, *antiſtes* Murbacenſis *&* Ludrenſis *annuum conceſſit ſtipendium.* —— *Ingenioſiſſimus* (teſte BARTHIO in *Adverſar.* l. 44. c. 1. Lege etiam præfat. ARNOB. *Lugd.* 1651.) *ſed audaciſſimus & prorſus nihil ſibi negans* Arnobii *corrector fuit* —— *eandemque licentiam conqueſti ſunt eruditi, illum ſibi ſumpſiſſe in editione* Plinii *tertiùm ab illo castigatâ* —— *In unam cum his ſententiam mihi viſus eſt iviſſe* Huetius —— *Fatis conceſſit ultimis* Gelenius Baſileæ, *ubi etiam uxorem duxerat, anno* 1554. *ætat.* 77. Lege TEISSIER. *Elog.* pag. 86. & ADAM. in *Vit. Juriſ-conſ.* in *Vit.* ZUICHEMII, p. m. 228. *ubi ille cum* Gelenio Baſileæ *amicitiam contraxiſſe legitur eo tempore, quo libris ibidem corrigendis noſter præeſſet.*

[b] Lege ZELTNER. p. 254. & ADAM. *Vit. Philoſoph.* pag. 373. —— *Scripta* Erasmi, Lutheri *&* Philippi —— *ut ſine ſumtibus poſſet luſtrare, à* Frobenio *petiit, ut iisdem emendandis præficeretur.* —— *Fatis concedit ann.* 1549.

[b] Lege ZELTNER. p. 164. & ADAM. *Vit. Philoſoph.* pag. 86. & MALLINEROT. pag. 96. 97. & ERASM. *Epiſtol.* pag. 194. *Natus ann.* 1466. 28. *Octob. Non tantùm* Lovanii, *apud* Theodoricum Martinum; *ſed etiam* Venetiis, *apud* Aldum *ſeniorem* (*teſte* Julio Scaligero, *quod tamen ipſe non niſi de ſuis ſcriptis factum concedit.* Lege CHEVILL. p. 196. 197.) *Correctoris officio functus eſt.* —— Baſileæ *in ædibus* Frobenianis *caſtigando & corrigendo* Hieronymi, Ambroſii, Hilarii *& aliorum Latinorum Patrum Volumina, tempus haud breve conſumpſit.* —— *mortuus eſt jam ſeptuagenarius* 6. *Id. Jul. ann.* 1536. Bonifacio Amerbachio *hæredе nominato*, Frobenio *&* Epiſcopium *ultima voluntatis executores conſtituit.*

[c] Lege ZELTNER. pag. 370. ADAM. in *Vit. Theolog.* pag. 377. & TEISSIER. *Elog.* pag. 219. *Natus ann.* 1497. 6. *Id. Septemb.* —— Baſileæ (*uti jam antea in variis locis fecerat*) *per longum tempus correctioni plagularum à* Frobenio *excuſarum vacavit; quæ ſervitia etiam* Hervagius *pari alacritate præſtitit, ita ut per ſingulas horas non rarò vel viginti plagulas, re feſtinationem poscente, inſpectas abſolveret.* —— *In* Hieronymi *Operibus reſtituendis repurgandisque cum ſocio* Sigismundo Gelenio *diu multúmque ſudavit.* Hervagio *verò in edendis* Chryſoſtomi *Operibus occupato ſuppetias tulit, cui editioni ann.* 1530. *abſolutæ V. tomis, ut & priori* Hieronymianæ, *præfationem præmiſit.* —— *Obiit ann.* 1563. 3. *Cal. Sept. ætat.* 66.

[d] Lege CHEVILLER. pag. 196. *Hic etiam ab* Andreâ Cratandro *in officinam publicam typographicam receptus eſt. Natus ann.* 1482. *Moritur Cal. Decemb. ann.* 1531. *ætat.* 49. ADAM. *Vit. Philoſ.* p. 45. ZELTNER. pag. 384.

[e] Lege ZELTNER. p. 206. 207. ERASM. *Epiſtol.* pag. 1625. 307. Frobenii *ſocer &* Frobenianæ *officinæ princeps, vir utriuſque litteraturæ doctiſſimus, & pari cum* Erasmo *fide præditus; qui ſolus primùm, postea ſimul cum* Erasmo *muneri correctorio præfectus eſt. Obiit peste ann. circiter* 1518. Vide etiam Reverend. CAVE in *Prolegom. ad Scriptores Eccleſiaſticos.*

Digitized by Google

Correctores	in *Officinis Typographicis.*
[a] *Petrus* ALCYONIUS; [b] *Demetrius* CHALCONDYLES; [c] *Marcus* MUSURUS; [d] *Alexander* BONDINUS;	*Aldi* MANUTII:
[e] *Benedictus* TYRRHENUS;	*Andreæ* ASULANI:
[f] *Johannes* LASCARIS;	*Laurentii Francisci* DE ALOPÆ: *Aldi* MANUTII: JUNTARUM:
[g] MAURITIUS *de Hibernia* Archiepiscopus *Tuamensis*;	*Boneti* LOCATELLI:
[h] *Johannes* CHAPPUIS;	*Ulrici* GERING & *Bertholdi* REMBOLT.

In

a Lege ZELTNER. pag. 50. *Apud* Aldum Manutium *officinæ chalcographicæ corrigendis typorum erroribus operam navavit, mercede menstruâ constitutâ, & cùm* Galeni *librum de Animal. partib. ex Græco in Latinum transtulisset sermonem, præter fixum præmium, decem amplius in singulos menses aureos obtinuit nummos, ex liberali donatione Cardinalis* Medicei.

b De eo paulò antè dictum est.

c Lege ZELTNER. p. 376. & ERASM. *Epistol.* pag. 289. 788. 274. 307. *Gente Græcus, eruditione Græcissimus, natione* Cretensis, *sed Lingua Latina usque ad miraculum doctus, quod vix ulli Græco contigit, præter* Theodorum Gazam & Joannem Lascarem. —— Aristophanem & Athenæum *primus correctissimos protraxit in lucem & correxit apud* Aldum * Zachariæ Calliergi *typographia, utì in Etymologici opere, sic in aliis variorum doctorum scriptis emaculandis operam suam eparthotice per longum tempus conferaverat.* —— *Autumno anni* 1517. *cùm paulò antè* Monavienfis *Archiepiscopus esse cœperat, in communem locum abiit;* —— *postmodum paulò antè, cum triginta aliis, à Papa pileo rubro fuerat condecoratus, teste* Jovio.

d De quo vide priùs ARISTOTEL. *Organ.* 1495.

e Lege CHEVILLER. pag. 121. 195. in præfatione *Strabonis* Græc. apud *Ald.* 1516. *Emendavimus quæ corruperant librarii, homines consilii præcipites. Quis posset unquam vitare hanc communem tempestatem ac calamitatem librorum?*

f De eo antea dictum est. Lege ZELTNER. pag. 316. *Mortuus est* Romæ *ann.* 1489. *ætat.* 90. *Morbo articulari constanter laborans.*

g Lege CHEVILLER. pag. 125. Ad calcem Quotlibet. Quæstion. *correctæ atque decoratæ summâ curâ ac solertiâ patris fratris* Mauritii de Hibernià, *ejusdem religionis dignissimi Archiepiscopi* Tuamensis —— Venetiis *per* Bonetum Locatellum *Presbyterum* Bergomens. 1507. *Bonetus* LOCATELLUS se Presbyterum scribit in omnibus editionibus (quas vidit *Chevillerius*) ab ann. 1502. usque ad 1509.

h Lege CHEVILLER. p. 116. 117. 110. 167. 195. Nomen Correctoris sumit in versibus, quos GRATIANI *Decreto* appositi ann. 1501. Inter antiquissimos Correctores *memorabile & suspiciendum est* Pauli Trecii *Jurisconsulti nomen, de quo* Sabellicus *refert, gloriari solitum*, triginta voluminum millia à se revisa & recognita è præliis prodiisse. *At is ita intelligendus est, ut non singulorum librorum Archetypi, sed cujusque operis*

* *Alias* in Dictionar. in Not. ex *Gesneri* Bibliotheca affert hunc locum; *Marcus Musurus Cretensis scripsit Epitaphia aliquot, præcipuè in Græcos libros per Nicolaum Blastum Venetiis impressos circa ann.* 1500. (*quibus ipse, opinor, corrigendis præfuit*) *item præfationes aliquas præf., ut in Etymologic. Græc.* &c.

Digitized by Google

In Correctorum classem multos quoque neque tamen * omnes editionum Recognitores conjeci. At si in Correctorum albo censendi sint non ii tantùm, qui in Typographeo quodam conducti mercedis annuæ menstruæve gratiâ Librorum plagulis emaculandis suam operam elocant; sed & alii omnes, quorum curâ non mercenariâ sed aut necessariâ aut spontaneâ factum est, ut ullius Libri editio correctior in manus veniret; in magnam nimis iste Catalogus excresceret molem, cujus improbo labori exantlando vix quisquam unus sufficiat, nisi cui singulæ omnium, quotquot emissi fuerunt, Librorum editiones perfectè innotuerint. In Correctorum numerum oportet concedant è Typographis melioris notæ complures, qui antequam ipsi officinam instruerent, in alienâ se exercebant, ibique prima ponebant Artis, cujus aliquando evaderent magistri, tyrocinia. Sic *Johannes* [a] FROBENIUS cum *Adamo* PETRI *Johanni* AMERBACHIO & *Johanni* PETRI Typographis *Basileensibus* præclaram navavit operam; *Jodocus* [b] BADIUS *Joanni* TRECHSELIO; [c] *Robertus* STEPHANUS vitrico suo COLINÆO; [d] *Henricus* STEPHANUS patri *Roberto*; [e] *Paulus* MANUTIUS patri *Aldo*; [f] *Federicus* MORELLUS *Carolæ* GUILLARD; [g] *Gulielmus* MORELIUS *Joanni* TILETANO. Eo necessitudinis & cognationis nexu parique officii ratione sibi invicem cohærebant corrigendi & imprimendi munera, ut hoc dignior putaretur, qui illud administrâsset; neque illud penitus deponeret, postquam hoc suscepisset. Huc non incommodè transferri potest Romani [h] Historici sententia: *utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget*. Celebriores itaque Typographi oneris ἐπανορθωτικῆς partem, quoties à prelo urgendo operisque typographicis instigandis aliquantulum otii fuerit, lubentissimè subierunt. Sic *Robertus* STEPHANUS, quo vix ullum occupatiorem fuisse accipimus, nonnunquam [i] ipse plagulas relegere solebat, [k] *licèt decemviratum quendam literarium domi haberet, quorum quidam correctorio munere fungebantur*. Correctorum numerum

operis universa excusa exemplaria in computationem illam veniant. MALLINKROT. pag. 97. CHEVILL. pag. 202. ZELTNER. p. 531. Adnumerantur quoque à ZELTNERO (pag. 45.) Hieronymus Salius Faventinus & Georgius de Rusconibus, *quorum ille* Bononiæ *anno* 1488. *alter verò* Venetiis *hujusmodi curas susceperunt*.

Sed satis hactenus de Correctoribus antiquioribus dictum est; ne fines huic Voluimini constitutos transgredi videar. Reliquorum mentionem in suum deinceps tempus locumque rejicio.

* Plures in Librorum Catalogis Lectori occurrunt.

a ZELTNER. p. 202. ADAM. *Vit. Philos.* pag. 65.

b ZELTNER. pag. 76. CHEVILL. pag. 195.

c *Histor.* STEPHANOR. pag. 14.

d ZELTNER. pag. 517. *Histor.* STEPHAN. pag. 228.

e ZELTNER. pag. 331.

f *Histor. Typograph.* Parisiens. pag. 82.

g Ibid. pag. 34.

h SALLUST. *Catilin.* in initio.

i Lege *Histor.* STEPHAN. pag. 116.

k Lege *Epistol.* H. STEPHANI ad P. STEPHAN. præfix. AUL. GELL. 1585. pag. 13.

Digitized by Google

rum augebunt eruditi, quicunque aut ſua aut veterum ſcripta emiſerint in lucem, aut antea vulgata & à ſe recenſita meliori luce donaverint. Vix enim putò Editorem (niſi prorſus inſipientem cóque nomine indignum) reperiri poſſe ſui Operis adeò incurioſum, de ſuâ famâ tam minimè ſollicitum, ut ſui fœtûs, poſtquam Typographio & ipſius Correctori commendaverit, omnem interim abjiciat curam, nec (modò cauſa graviſſima non intervenerit, loci putà distantia aut valetudo infirmior) in erratis, quæ vel attentiſſimo Typothetæ clabi poſſunt vel inter abacum *Compoſitoris* & prelum (quod ipſe ſæpe novi) intercidere, amovendis extremam cenſuram peragat.

Correctoribus antiquiſſimis mos erat, qui à primâ Artis origine deductus diu postea apud posteros invaluit, carmina in laudem Typographi, cujus officinæ præerant, aut Operis, cujus edendi curam geſſerant, aut utriusque conſcribere. Sic [a] CAMPANI verſus legimus in *Udalricum* GALLUM notiſſimos: ſic [b] Epigrammata à *Roberti* STEPHANI [c] Correctoribus postremæ ejus editioni *Theſauri Latini* præfixa. Verſuum editionibus *Conradi* SWEYNHEYM & *Arnoldi* PANNARTZ ſubjunctorum Authorem *Joannem* ANDREAM fuiſſe probabile eſt.

An omnes, quorum Verſus Libris additos habemus, fuerint in Typographeis, unde Libri exierunt, Correctores, incertum. Horum plurimos, (quorum [d] alii Authoris nomen gerunt, [e] alii omittunt) præcipuè ubi Typographi Ars laudatur & industria, Lectori impertire & in ſuis paſſim locis inſerere operæ pretium duxi.

Correctorium munus (utì jam antea notavi) non ſecus ac typographicum profiteri neutiquam erubescebant viri inter litteratos ex omni [f] ordine [g] Theologorum [h] Medicorum & [i] Juriſconſultorum clariſſimi. [k] ERASMO quidem objecerunt *Albertus* PIUS & *Julius* SCALIGER, ipſum ALDI *heri ſui officinæ miniſtrâſſe*, & ibidem *quæstum feciſſe corrigendis exemplaribus*. Is factum, quod objiciebatur, negabat & diluebat his verbis, *An ille minister eſt officinæ, qui proprio adeſt operi?*

a Vide priùs ann. 1469.

b Lege Epistol. ante AUL. GELL. ſuprà citat.

c *Andreâ* GRUNTLERO, *Gerardo* CLERICO, & *Adamo* MODIO. Vide *Theſaur. Lat. Ling.* 1543.

d Sic *Raphael* ZOVENZONIUS *Iſter* in editione MARTIALIS apud VINDELINUM, & CICER. *de Divinat. Fat. Legib.* apud eundem.

e Horum exempla plurima occurrunt in ſubſcriptionibus veterum editionum.

f Quod ſtatim apparebit *Zeltneri* centuriam perlegenti.

g *Joannes* ANDREAS & *Antonius* CAMPANUS Epiſcopi, Correctores *Sixtus* RUSSINGER & *Bonetus* LOCATELLUS Presbyteri, Typographi.

h *Carolus* STEPHANUS ex Medico Typographus (lege *Histor.* STEPHAN. p. 164.) *Victor* GESELINUS Medicus apud *Christophorum* PLANTINUM Corrector. (ZELTNER. pag. 237.)

i *Johannes* CHAPPUIS, de quo priùs. *Æmarus* RANCONETUS; de quo conſule *Histor.* STEPHAN. p. 168.

k CHEVILL. pag. 196. 197.

Digitized by Google

ri ? Neque enim aliam operam ALDO *addixeram. Officina mihi potiùs erat ministra.* ERASMUS igitur eo (ut mihi videtur) responſo, tantum abeſt, ut à ſe amoliatur Correctoris officium, ut potiùs hoc typographico anteponendum cenſeat; & id ſolum agat, ut probet huic illud magis quàm illi hoc famulari. Nolo interim diſſimulare, quòd [a] multi in eruditorum claſſe non ignobiles, ut ſuam inopiam levarent, hujusmodi quæstum litterarium, non pudendum, non illiberalem & ſordidum, feciſſe. Quenquámne litterarum pudebit, quòd litteratos (nimio multos) videat pannis obſitos tenuem victum litterario ſudore vix quæritare? Denique ſi nostris Correctoribus dedecori aut ludibrio vertatur, quòd plerique hanc operam non gratis polliceantur, nec niſi certo pretio conſtituto elocent, rogo, an viri in ſummo Reipublicæ gradu conſtituti ſuæ quicquam dignitati detrahi arbitrentur, ſi honestum (quod ſanè non adeò multis contigit) lucrum ex illâ faciant. Nec præmium neque officium quodcunque ſordet, modò utrumque ſit non turpe, ſed liberale & honestum.

Correctoris eruditi conſuetudo Typographis quibusdam viſa eſt adeò neceſſaria, ut illum aliquando ſibi in ſocietatem & lucri partem adſciscerent, nonnunquam in eandem familiam per conjugium cooptarent. Sic [b] *Bernardus* PICTOR & *Erhardus* RATDOLT *Petrum* LOSLEIN Correctorem & Socium habuerunt. Sic [c] *Johannes* TRECHSEL *Johanni* BADIO in matrimonium filiam collocavit.

Haud igitur injuriâ graviſſimas virorum doctorum querelas [d] legimus adverſus Typographos ignaros, qui ut impenſis parcant, Correctore aut nullo aut indocto utuntur. Hinc in Libros manavit ingens & turpis erratorum ſeges, quorum fœda ſpecimina paſſim protulit [e] CHEVILLERIUS.

In

a *Johannes Ludovicus* APIN, *Marcus* HEILAND, *Franciscus* MODIUS, *Jacobus Ludovicus* STREBÆUS, *Georgius Wolfgangus* WEDELIUS, &c. Lege ZELTNER. pag. 71. 255. 367. 513. 550.

b Vide ann. 1477.

c Vide postea, ubi BADII fiet mentio. Hujusmodi affinitates inter Typographos & Correctores, *Paulum* EGENOLPHUM & *Casparum* FINK, *Andream* CRATANDRUM & *Hieronymum* GEMUSÆUM, &c. commemorat ZELTNERUS p. 182. 231.

d Lege, quæ de his fuſè diſſerit CHEVILLERIUS pag. 185. usque ad pag. 193. & pag. 184. 185. Affert locum ERASMI Typographos *Venetos*, *Romanos* & præſertim *Germanos* vehementer accuſantis. ZELTNERUS pag. 18. invehitur in *Genevenſes*, *qui primi operas corruperunt, & rudibus in omni doctrinæ genere Correctoribus uſi ſunt.* Eorum chartam, quâ Libros imprimunt, minimè probat *Joſephus* SCALIGER. *Conradus* GESNERUS ſcribit ſe maluiſſe *externos claros & bene meritos de communibus ſtudiis Typographos quàm* Germanos, *concelebrare* —— *cùm multi eorum avaritiâ capti, mendoſos prorſus Libros excudere, quàm ſumptus etiam mediocres facere malint.* Lege CHEVILL. pag. 160. 161. Idem pag. 192. queritur in *Pariſienſibus* nonnullis editionibus reperiri quasdam vacantes lineas, quæ Græcè excudi debuerant, quòd Compoſitores aut Correctores, qui Græcè ſcirent, deſiderarentur.

e Lege pag. 169. usque ad 173. p. 184. 189. 190. 191.

Digitized by Google

In [a] primævis editionibus errores præli (qui tunc erant pauciores) *singuli suis locis calami cuspide transfodiebantur.* Neque defuerunt, qui hunc morem & [b] servarent & [c] laudarent; quod nempe *multo commodius ac expeditius id Lectori fore licèt emendatori onerosus impensiosque opera, existimaverint.* [d] Pluribus tamen postea placuit errata omnia in unum Indicem congesta [e] calci plerumque Librorum subjicere.

Inter errata typographica mihi videntur vix ignoscenda, quæ in [f] anno editionis designando admittuntur. Exempla horum nonnulla in Libris veteribus occurrunt.

Quam-

a Lege CHEVILL. pag. 154.

b CHEVILL. p 155. „ *Louis Lasseré* „ Procureur du College de *Navarre*, fit „ imprimer l'année 1534. les Sermons de „ *Josse Clichtou* son ami, pendant le tems „ que ce Docteur s'acquittoit à *Chartres* des „ fonctions de sa Charge de Théologal. Il „ ne fit point d'*Errata*, mais, suivant la plus „ ancienne maniere, il corrigea avec la plu- „ me les fautes d'Impression par tous les „ Exemplaires.

c Id. p. 155. „ Cette maniere ne de- „ plaisoit point à *Erasme*. &c.

—— *Quare subinde me sapius hortatus es, ut hunc locum —— integrum ac emendatum lectoribus prastarem.* —— *Itaque raptim ad exemplar, quod est in nobilissimâ illâ bibliothecâ illustrissimi mei* Guidi *ducis* Urbini, *qui utriusque linguæ peritissimus longè semper prastantius esse litteris antecellere quàm imperio atque divitiis arbitrans summâ diligentiâ hos primus publicandos curaverit, meipsum contuli: ibique hoc, quod dudum, inventum fragmentum accuratissimè quidem (ut lectitantibus perbellè patebit ad indicem i. iiii. per ordinem quaternionum) tanquam nobilissimum membrum suo corpori restituimus* &c.

Deinde subsequuntur Epigrammata, *Demici Palladii Soranì* in fragmentum à *Polydoro* restitutum; *Joannis Francisci Philomusi Pisaurensis* & *Antonii Constantii Fanensis* in *Perottei* operis laudem; item *Marcelli Phiioxenì*, *L. Pontici Tarvisani*, *Danielis Caietani* in typographum.

Marcell. PHILOXEN.

Mittit & in Latias te nunc Antonius *orat,*
Ut tanto possit munere quisque frui.

L. Pontic. TARVIS.

Præmia debentur fœlici magna Perotto,
Dum pandit nodos, Bilbilitane, *tuos.*
Præsul Amalthiasi solum Κῆας attulit: ecce
Millia pro solo multa Moretus *habet.*
Auctori grates igitur debentur utrique;
Quòd prior ingenium, quòd dedit alter opus.

Daniel. CAIETAN.

Hactenus quisquis sibi comparavit
Copia cornu, laterem lavasse
Et sciat nunquam facili dedisse
Semen arenæ:
Quòd fidem nullam faciat legenti
Ordo confusus tabulæ, nec ullum
Stet suâ verbum serie notatum
Nec bene junctum.
Obvius tanto vitio Moretus,
Et gravem certè ratus esse culpam,
Consulens lucis animis, benignâ
Mente reponit:
Indè jam tersum, nitidum, politum,
Et carens mendâ madidisque nugis,
Jam libens, quæso, facilisque lector,
Accipe cornu.

Joannes Pompeius Cornianus Brixianus magnifico Sebastiano Badoario patritio Veneto clarissimo equiti doctissimo ac sapientissimo Fœlicitatem.

—— *Commentarii* Perotti *in primum* Martialis *librum —— etsi antea sæpe impressi ac sæpius emendati videbantur, adhuc tamen impressorum incuriâ ita erroribus referti erant, perperámque legebantur, ut difficile esset ullum verbum reperire. —— Excogitato igitur nuper novo huius operis ordine ac serie, non dubitavi hunc laborem suscipere —— Singula primigenia in margine columnarum continentur —— has vigilias —— offero sperans, ut brevis nepotibus tuis, qui mihi erudiendi gratiâ traditi sunt, sim profuturus* &c.

Ejusdem Sapphicum ad lectorem.

Plaude nunc multum, studiose lector,
Copia cornu quòd habes politum;
Quum sit hæc libro series reperta
Lumine fuso.
Non priùs cuiquam facilè dabatur
Posse, quod vellet, reperire nomen:
Dictio rectum caput & negabat
Ordine mixto.
Ergo fac grates habeas utrique:
Alter est, qui Democritus *vocatur;*
Hic dedit causam: Udalricus *alter,*
Qui bene pressit.

Ex modò allatis constat *Nicolai* PEROTTI *Cornu-copiæ* ante editionem *Parisiensem* anni 1500. sæpe impressum; à *Perotto* ipso FEDERICO *Urbini* duci inscriptum, at nunquam editum; sed à *Pyrrho* PEROTTO ejus nepote clàm exscriptum & *Federico* missum; post *Nicolai* PEROTTI (a) mortem ab *Odaxio* jussu (b) GUIDI *Urbini* ducis *Federici* filii publicatum; deinde *Polydori* VIRGILII curâ (c) *Antonii* MORETI typis excusum; denique *Joannis Pompeii Corniani* diligentiâ ab erroribus multis, quibus priores editiones erant refertæ, liberatum, ex *Udalrici* GERING & *Bertoldi* REMBOLT *sociorum* prælo *Parisiis* anno 1500. prodiisse, (d) *ex universis præcedentibus exemplaribus castigatum, & nonnunquam ex originalibus, siquid (quod frequentius*

(a) Ann. 1480.
(b) Non vixit ultra annum 1486.
(c) Hujus prima (quam novi) mentio incidit anno 1495. sed sinè loci nomine. At anno 1500. impressit *Venetiis*.
(d) Hæc in ipso libri titulo leguntur.

Digitized by Google

tius accidit) deerat, diligentissimè perfectum, & ab omni mendâ purgatum, cum textu MARTIALIS oportunè suis in locis adjecto, unà cum pulcherrimâ & utilissimâ tabulâ dictionum & rei primariæ omnes diligentissimè demonstrante.

In Catalog. ann. 1492. mentio facta est *Cornu-copiæ* editæ *Venetiis* per *Bernard. de* CORIS.

Ad editionis *Parisiensis* ann. 1500. calcem habetur *Nicolai* PEROTTI *Pontif. Sipontini in* C. PLINII *Secundi proœmium commentariolus, in quo* Joannem Andream *Episcopum* Alerien sem *duobus & viginti erroribus taxat; ad Antonium* MORETUM. At verò in editione (a) *Venetâ* 1517. sic legitur titulus, *Nicolaus Perottus Pontifex Sipontinus Francisco Guarnerio Salutem.* In toto commentariolo *Johannes Andreas* neutiquam nominatur; sed in *Plinii* correctorem, nomine suppresso, acerrimè invehitur. Patietur lector indè sibi pauca hic proponi. *Solebam nuper ætati meæ gratulari, quasi magnum quoddam ac verè divinum beneficium hâc tempestate adepti essemus ob novum scribendi genus è* Germaniâ *nuper ad nos delatum. Videbam enim tantum* (b) *uno mense ab uno homine hîc tempore imprimi litterarum posse, quantum vix toto anno scribi aliàs à pluribus potuisset. Quod uno versu* Campanus *noster* Aprutinus *pontifex elegantissimè scripsit*: (c) *Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.* (d) *Ex quâ re tantam brevi tempore librorum copiam sperabam, ut nullum superfuturum esset opus, quod vel ab inope atque egeno homine posset ampliùs desiderari.* —— *Jam verò* —— *cùm liceat unicuique pro libidine animi sui, quæcunque velit, imprimere, fit, ut* —— *ea scribant* —— *quæ obliterari* —— *deberent: & siquid scribunt boni, ita pervertant ac corrumpant, ut melius sit his libris carere* &c. *Hujus autem rei causa est non tam infitia eorum, qui imprimunt, quàm negligentia quorundam, qui se correctores ac magistros veterum librorum constituunt.* —— *eorum* —— *laudo laborem* —— *quasenus nihil addunt de suo; sed vel ab aliis exemplaribus, vel sententiâ ipsius authoris alibi clariùs expressâ, vel ejus scripterit, à quo id sumptum est, authoritate, vel explicatâ alicujus imitatione vel alterius linguæ veritate aliquem locum emendat; quod nos nuper in* Marco *&* Papinio *fecimus.* —— *Quis autem eorum, qui in præsentiâ vivunt, tam temerarius sit, ut ausit scripta sua etiam cum infimis veterum conferre? Equidem in libris, quos redemi, omnibus tantam deformitatem non potui pati: sed vel abrasi proœmia, vel sustuli; excepta* Campani *epistolâ, quæ & gravitate & facundiâ & brevitate digna visa est, quæ* Plutarchi *Vitis præponeretur. Sed cur ista ad me scribis, inquies: ut* —— *unus aut alter hujc muneri præficiatur, qui & imprimendorum librorum legem impressoribus præscribat, & adhibeat aliquem mediocriter peritum, qui singulas quasque tabellas ante impressionem examinet, atque emendet: summo præterea studio curet, ne primi isti correctores augurari aliquid temere ausint, sed modum* —— *servent. In iis acre sit ingenium, singularis eruditio, incredibile studium, summa vigilantia. Hoc si fiat, & multos habebimus libros & integros.* &c. *Ut autem manifestiùs ostenderem* —— *possis correctorum nostrorum errores, recognosce, quæso, mecum paramper, quàm multis in locis* Plinianum *proœmium depravârint* —— *Quanquam sæo multa illic & intellecta acutè & emendata diligenter à* Theodoro GAZÂ Besarionem *Academia princips, cujus* (e) *præsidio usi sunt correctores: quem si pari modò secuti in omnibus fuissent, non modò proœmium, sed totum opus integrum haberemus,* &c. *Ferant hæc æquo animo correctores, nec nobis succenseant, sed agant potiùs gratias, quòd hic brevi opusculo viam eis, quam tenere debeant, velut intento digito demonstravimus: seque ad reliquos errores, quos toto libro penè infinitos vel damiserunt, vel fecerunt, emendandos accingant; in quo non deerit eis* Besarionem *Academia opera, si ea uti voluerint* &c.

Attende jam, Lector, quid *Cornelius* VITELLIUS in suâ ad PARTHENIUM *Benatensem* (f) epistolâ scripserit. —— *Data est mihi* —— *facultas* Sipuntini *libellum perlegendi* —— *Visus est mihi magnâ diligentiâ, majori*

(a) In aliis etiam, præterquam in titulo *Venetam* à *Parisiensi* differre reperiet, cui utramque conferre NECESSE EST.
(b) *Polyd.* VERGIL. habet *uno die.* Vide priùs pag. 3. lin. 9.
(c) Vide priùs pag. 71. c
(d) Sic *Polyd.* VERGIL. Vide priùs pag. 3. lin. 12.
(e) Lege priùs pag. 48. lin. 5.
(f) Hæc in *Venetâ* Cornu-copiæ editione *Perotti* commentariolum proximè sequitur.

Digitized by Google

majori ingenio tanti operis initium multis in locis caruisse. Quod profecto à titulo ipso usque ad calcem, correctorum pariter & impressorum incuriâ adeò depravatum erat &c. *Verùm dum in* Alarienſem *episcopum, qui primus omnium impressoribus* Romanis PLINIUM *recognovit, vehementer fertur, cæcus, ne aliter dicam, quadam meo judicio parum animadvertit, ac frigidè interpretatus est.* &c. *Non possum non mirari, acre ingenium hominis, alioquin docti & diligentis, in hac nugas cecidisse. Sed, ut in principio dixi, dum in* Alarienſem *invehitur, cæcus obtrectandi hominis vehementiâ effectus est.* &c.

Quòd in his paulò diutius immoratus fuerim, non causa erat, ut illas nimio acriores (quibus olim & nunc nihil frequentius) inter litteratos contentiones exagitem (quum ad meum hoc minimè pertineat institutum); sed ut correctorum munus in arte typographicâ apprime esse necessarium comprobem. Quæ quidem res, licèt jam antea fusè & copiosè dicta sit, sæpius tamen repeti & typographorum animis inculcari non potest.

Libris hísce, qui à primâ imprimendi origine ad milleſimum quingenteſimum usque annum excuſi ſunt, in Chronologicum ordinem redactis aliquot alios libet adnumerare, qui, quòd temporis notam incertam aut nullam gerant, illis inſeri non poterant; &, quòd vel ex typorum formâ conjicerentur, vel ex Typographorum nominibus deprehenderentur intrà tempus istud prodiiſſe, nequaquam debebant omitti. Huc igitur ejusmodi Libros in tres claſſes conjeci; in primam, qui Anni ſolius indicio; in ſecundam, qui Anni & Typographi etiam notâ; in tertiam, qui omnibus, Anni, Typographi & Loci circumstantiis destituuntur, nullámque ſui dignoscendi niſi ex characterum figurâ & antea obſervatâ imprimendi ratione copiam faciunt.

LIBRI

LIBRI ANNI INDICIO DESTITUTI.

Biblia Latina cum figuris & descript. Chorographicis: *per Claudium de HUSCHIA.* (a) 8°. . . Lugduni.

Eadem cum concordantiis : *per Thielman. Kerver.* (b) 8°. . . . . Paris.

Biblia Gallica glossata: *per Michaelem le Noir.* (c) 4to. Paris.

Eadem; 2. Vol. *per Anton. Verard.* (d) fol. . Paris.

Psalter. Gallic. *typis Petri le Rouge.* (e) 4to. . . Paris.

Idem : *per Anton. Verard.* (f) 8°. . . . Paris.

Psalterium Græcè: *apud Aldum.* (g) 4to. . . Venet.

Psalterium Latinum: *quod omni sedulitate Mgr. Gabriel Pierio impressit.* (h) 16°. . . . . Venet.

Novum Testamentum Gallicè ex Versione Guiarti des Moulins, recognitum & emendatum studio Juliani Macho & Petri Farget: *per Bartholom. Buyer.* (i) . Lugdun.

Le Mistere de la Passion : *pour Antoine Verard.* (k) fol. . . . . Paris.

Tractatus Joannis Andreæ super arboribus consanguinitatis: *per Joannem de Westfaliâ.* (l) fol. . . Lovanii.

Fratris Suilliberti Tornacen. Sermones: *quos summâ cum diligentiâ correctos abrasis aliorum vitiis impressit Johannes de Westfaliâ.* fol. *Almâ in universitate* . . . Lovanienſi.

The

(a. b. c. d) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(e) LONG, *Biblioth. Sacr.*] cum glossis *Nicolai de* LYRÂ *Gallicè* redditis ab eo, qui hanc editionem curavit, cum ejus Epistolâ ad *Carolum* VIII. *Gallia* Regem. circa ann. 1487.

(f) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(g) De hôc Psalterio dictum est priùs.

(h) LONG, *Biblioth. Sacr.*] Hic Biblia Italica edidit anno 1477. Impressit etiam ann. 1472.

(i) LONG, *Biblioth. Sacr.* observat eundem esse Characterem, quo idem ille *Julianus* Novorum Sanctorum Legendam Gallicè edidit per *Bartholom.* BUYER, *Lugdun.* 1477. At verò *Johannes la* CAILLE p. 41. hoc Novum Testamentum rejicit in ann. 1500.

(k) *Joué à Paris cest an mil quatre cens quatre vingt & dix, imprimé pour Anthoine Verard.*

(l) Hic imprimebat *Lovanii* 1473.

Digitized by Google

The Book of the life of our Lady : *by William Caxton.* (a) fol. . . . . .

Hiſtories of Jaſon or the Golden Fleece tranſlated by Caxton under the reign of King Edward for the uſe of the Prince of Wales. fol. . . . . .

Platonis opera Latinè, Ficino interprete : *per Laurentium Venetum.* (b) fol. . . . . Florent.

Euſebii Chronicon Latinè : *per Philip. de Lavagnia.* (c) fol. . . . . Mediolan.

La

(a) „ This book was compyled by dan „ John Lydgate monke of Burye at the „ excitacion and ſtyryng of the noble and „ victoryous prynce Kyng Harry the fyfthe „ in thonour glorye and reverence of the „ byrth of our moſte bleſſyd Lady mayde „ wyf and moder of our Lord Jheſu Cryſt.

„ Here endeth the book of the lyf of „ our Lady made by dan John Lydgate „ monke of Bury at the ynſtance of the „ moſte Crysten Kynge Kyng Harry the „ fyfth.

„ Goo lityl book and ſubmytte the „ Unto al them that the ſhal rede „ Or here prayeng hem for charite „ To pardon me of the rudehede „ Of myn empryntyng not takyng hede „ And yf ought be doon to theyr plefyng „ Say they thyſe balades folowyng.

„ Sancte & individue trinitati | Jheſu „ Criſti crucifixi humanitati glorioſe beate „ Marie Virgini ſit ſempiterna gloria ab „ omni creatura per infinita ſeculorum ſe- „ cula Amen.

„ Unto the holy and undevyded trynyte „ Thre perſones in one veray godhede „ To Jheſu Criſt crucefyed humanyte „ And to our bleſſyd Ladyes maydenhede „ Be gevyn laude and glorye in veray dede „ Of every creature what ſomever he be „ World withouten ende amen ſay al we.

„ Benedictum ſit dulciſſimæ nomen „ Jheſu Crysti & glorioſiſſime Marie matris „ ejus in eternū & ultra nos cum prole pia „ benedicat virgo Maria Amen.

„ Bleſſed be the ſweteſt name of our Lord „ Jheſu Criſt and moſt glorious Marie „ His bleſſyd moder with eternal accord „ More than ever tendure in glorye „ And with hir meke ſon for memorye „ Bleſſe us Marie the moſt holy virgyne „ That we segne in heven with the ordres „ nyne.

„ Enprynted by Wylliam Caxton.

At *Anglicorum* Typographorum hiſtoriam *Thomæ* RAWLINSON armigero adornandam permitto. Ille locuplete bibliothecâ omnibuſque adjumentis ad id negotii neceſſariis inſtructus, *Gulielmi* CAXTONI ſtatiorumque (qui & ſub hôc typographiæ fundamentis apud *Anglos* jaciendis & poſt hunc eidem promovendæ & continuandæ utilem operam navaverunt) ampliorem dabit notitiam. Opus inchoatum jam vidi; nec aliud quàm limatum & terſum à viro in his rebus adeò verſato expectare par eſt.

(b) Hic (ut opinor) idem eſt, qui *Laurentius Francisci de Alopâ Venetus* dictus fuit, & imprimebat ann. 1494.

(c) Cum his *Bonini* MOMBRITII ad Lectorem Verſibus;

Omnibus ut pateant, tabulis impreſſit ahenis
Utile Lavaniâ gente Philippus opus.
Hactenus hoc toto rarum fuit orbe Volumen,
Quod vix, qui ferret tadia, Scriptor erat.
Nunc ope Lavaniâ numeroſa Volumina noſtri
Ære perexiguo qualibet Urbe legunt.

Hic *Philippus de* LAVAGNIÂ *Mediolani* artem exercebat anno 1474.

Digitized by Google

La Mer des Histoires: *pour Antoine Verard.* (a) fol. Paris.

Æmil. Prob. Vitæ excellentium Imperatorum: *per Bernardinum Venetum.* (b) 4to. . . . . Venet.

Luc. Florus de Gestis Romanorum, ex emendatione Philip. Beroaldi: *per me Sigismundum ROT impreſſorem.* (c) 4to. . . . . in Senis.

Sallust. Bell. Catilin. & Jugurth. & variæ Orationes cum comment. Laur. Vall. in Catilin: *per Bernardinum Benalium.* (d) fol. . . . . Venetiis.

Quint. Curt. *per Georgium Laver.* (e) fol. . . Romæ.

Libro de re militari in materno composto per meſſer Paris de Puteo: *per Sixtum Rieſſinger.* (f) fol. . . Neapol.

Plinii Epistolæ: *per Antonium Moretum.* (g) . . . . .

Gasparini Parmenſis Epistolæ: *per Mich. Wenkler & Frid. BIEL.* (h) 4to. . . . . Baſil.

Epistolares formulæ, quas correctoria vocant, lectæ in pædagogio Lilii per magistrum Karolum Viruli: *impreſſæque ibidem per me Johannem de Weſtfaliâ.* 8°. . . . .

Apicii Cœlii Libri decem de re coquinariâ; Sueton. de Claris Grammatic. & Rhetorib. *per Bernardinum Venetum.* 4to. . . . . Venetiis.

Cicer.

(a) *Verardus* florebat *Pariſiis* anno 1480.

(b) BERNARDINUS *Venetus* imprimebat anno 1494.

(c) At in Epistolâ *Beroaldi* ad Comitem *Petrum Mariam* RUBEUM *Parmenſem* HENRICUS *Colonienſis Senis* impreſſor. *Sigismundus* ROT, neſcio, an affinis fuerit *Adami* ROT, qui imprimebat ann. 1471. & 1474. *Romæ.* Erat aliquis (idémne an alter) *Sigismundus de libris* impreſſor *Bononiæ* 1476.

(d) *Bernardinus* BENALIUS imprimebat anno 1491.

(e) *Pomponius noſtro tempore correxit. Ac Georgius Laver impreſſit.* Hic *Romæ* imprimebat 1472.

(f) Hic imprimebat *Neapoli* 1471.

(g) Hujus ſit mentio anno 1495. & imprimebat *Venetiis* anno 1500.

(h) Cum aliquot Verſibus;

——— *preſſos dat* Baſilea ———
Artem preſſura quamvis Moguncia *finxit,*
Ex imo traxit hanc Baſilea *tamen.*
Nomina ſi cupias, Mihahel *cognomine* Wenkler,
Huic Operis ſocius Biel Fridericus *erat.*

Michaelis WENKLER *Baſileenſis* Typographi mentio ſit anno 1477.

Digitized by Google

Cicer. de Finibus : *per Philippum Condam Petri.* (a) fol. . . . . Venetiis.

Cicer. Topic. cum comment. Georg. Vallæ : *per Antonium de Stratá Cremonenſem.* (b) fol. . . . . Virgil.

Pauli Oroſii Historia. (c) fol. . . . . .

Æſopi vita & Fabulæ Græcè ; *impreſſæ ſumptibus Bartholomæi Peluſii Juſtinopolitani, Gabrielis Bracii Braſichellenſis, Joannis Biſſoli & Benedicti Mangii Carpenſium.* (d) 4to. . . . . .

THEOCRITI Idyllia quædam, Philetico interprete: *per Eucharium Argyrion.* (e) 4to. . . . . .

(a) *Regnante Johanne Mocenico inclyto duce.* Hic Typographus floruit *Venetiis* 1477.

(b) Hic *Venetiis* imprimebat 1483.

(c) Hæc leguntur in præfatione ad lectorem. *Scias velim, humaniſſime lector, Æneam Vulpem Vicentinum Priorem Sanctæ Crucis adjutore Laurentio Brixienſi historias Pauli Oroſii, quæ continentur hôc Codice, quàm accuratiſſimè potuit, caſtigaſſe; cui non improbando ſanè labori ſiquid ex ingenio tuo vel melius vel aptius addendum putabis, id honore ejus integro facias, obſecro, quod eſt non ingrati animi officium. Bartholomæus Paiellus eques Vicentinus in P. Oroſium.*

Ut ipſe titulus margine in primo docet,
Oroſio nomen mihi eſt.
Librariorum quicquid erroris fuit,
Exemit Æneas mihi:
Meque imprimendum tradidit non alteri,
Hermanne, quàm ſoli tibi;
Hermanne, nomen hujus artis & decus,
Tuâque laus Colonia.
Quondam ſitum orbis, ſiquæ noſtra ad tempora
Ab orbis ipſâ origine,
Quisquam tumultus, bellâque & cades velit
Cladeſque noſſe, me legat.

Hic Hermannus *Colonienſis Vicentia* imprimebat 1475. cognominatus *Lichtenſtain.*

(d) Cum privilegio Senatûs *Veneti* ad decem annos. Horum mentio fit anno 1498.

(e) *Theocritus ſcripſit, Phileticus Latinum fecit : Bucolicum carmen res acta Syracuſii. Æpolus Thyrſis. Simeta Thestilis. Comos oda Crotica. Ægon Battus Coryden. Lacon comatas. Damœtas & Daphnis. Thalyſia.*

In initio. *Philiticus Federico Duci Urbinat.*

In fine. *Philiticus ad Eucharium Argirion impreſſorem.*

Dignus es, Euchari, *memorent te ſæpe Camœnæ,*
Et celebret numeris quitquæ poeta ſuis.
*Dispeream, ni tu, mediis qui * fulxit* Athenis,
Dædalon exuperas artibus, ingenio.
Non tam præcipiti rapidus fluit æquore Tybris,
Quàm celeri chartas imprimis ipſe manus.
Sic etiam dextrâ veniunt compoſita fideli
Cuncta tuâ, ut mendæ poſſit ineſſe nihil.
Mille alia tibi ſunt artes : eaſarei in auro
Te meliùs nemo fortia facta ducum.
Finxiſſet lethum Androgeo tu dochiùs ære;
Laudaſſet Phœbus *te magis artiſicem.*
Dî tibi dent longos Cumæi *pulveris annos:*
Debebunt manibus plurima facta tuis.

Hic *Eucharius Argyrius* ſive *Silber*, qui hic laudatur, *Romæ* imprimebat anno 1480.

* Sic, ſed mendosè pro *fulſit.*

Digitized by Google

Virgil. cum comment. Servii & Landini: *per Ligam Boariam.* (a) fol. . . . . Venet.

Terent. ſinè distinctione Verſuum: *per IOHANNEM HUGONIS de Gengenbach.* fol. . . . . .

Terent. Latinè; translaté en François Proſe & Vers: *pour Antoine Verard.* fol. . . . . Paris.

Catull. cum comment. *per Andream de Parasciſchis Catarenſem.* (b) fol. . . . . .

Valer. Flacc. Argonautica: *apud Sanctum IACOBUM de Ripoli.* (c) 4to. . . . . Florent.

SENECÆ TRAGOEDIÆ : *per Andream Gallicum.* (d) fol. . . . . .

Bucolica Calphurnii & Nemeſiani: *per Angelum Ugoletum.* (e) fol. . . . . Parmæ.

DIOMEDES, PHOCAS, CAPER, AGROETIUS, DONATUS, SERVIUS & SERGIUS: per Nicolaum Jenſon Gallicum. fol. . . . . .

De arte dictandi Libri Magistri Engbarti de Leydis, & tractatus Enghelberti de Elegantiâ : *per Gerardum Leuu.* (f) fol. . . . . .

LIBRI

(a) *Decimo Kalendas Junias.*

(b) Hic *Andreas* imprimebat *Venetiis* anno 1476.

(c) Signaturæ (quas vocant) in hujus libri editione apponuntur non infrà, ſed ad exteriorem ultimæ lineæ marginem.

(d) Cum his Verſibus:

Longa iterum Senecæ *tribuisti ſæcula; regum*
Cùm premis, Andrea *Gallice, mortis opus.*
Hercule *ſunt formis impreſſa Volumina rege,*
Victor ab Adriacis *cùm redit ille feris.*

Hic ANDREAS *Gallus Ferrariæ* ann. 1474. imprimebat. Et bellum inter *Venetos* & HERCULEM *Ferrariæ* ducem anno * 1481. evenit.

(e) *è vetuſtiſſimo atque emendatiſſimo Thadæi Ugoleti codice è Germaniâ ablato, in quo Calphurnii & Nemeſiani, utì impreſſi ſunt, tituli leguntur.* Hic UGOLETUS imprimebat *Parmæ* ann. 1493.

(f) De hôc libro dictum eſt priùs p. 25. Hic *Gerardus* LEUU imprimebat *Gouda* 1480. & *Antuerpiæ* 1485.

* CALVIS. *Chronol.*

Digitized by Google

LIBRI ANNI ET TYPOGRAPHI INDICIO DESTITUTI.

Biblia Saxonica cum gloſſis ex Nicolao de Lirâ petitis. (a)	Coloniæ.
Proverbia Salomonis cum commentario R. Emmanuel. F. Salomonis Hebraïcè. (b) fol. . .	Neapoli.
Cornel. Nep.	Mediolani.
Virgil. cum not. Servii. fol.	Venet.
Aul. Gell. fol.	Brixiæ.
Sulpitianum opusculum Grammaticæ. 4to. . . .	Neapoli.

LIBRI

(a) LONG. *Biblioth. Sacr.* pag. 189. & 247.] Hanc editionem *Lubecenſi* (quæ ann. 1493. prodiit) antiquiorem eſſe ex certis indiciis conjicit *Kortholtus.*

(b) LONG. *Biblioth. Sacr.*

LIBRI ANNI, LOCI & TYPOGRAPHI INDICIO DESTITUTI.

Biblia Latina Gothicè. (a) fol.

Eadem cum gloſſâ ordinariâ. 4. Vol. (b) fol.

Biblia Italica. (c) fol.

Pſalter. Hispanicum. (d) 4to.

Rationale Divinorum Officiorum. fol.

Vitæ Sanctorum, authore Bonino Mombritio, 2. Vol. fol.

L'incarnation & nativité de nostre Seigneur. (e) fol.

Le mirouer des pecheurs & pechereſſes par frere Jehan de Castel, fait à la requeste de Jehan de Bellay Evesque de Poictiers. (f) 4to.

Tertulliani Apologeticus. (g) fol.

Defenſorium Fidei contra Judæos hæreticos & Saracenos. Tractatus de salute animæ. Dialogus Constantii Imperatoris & Liberii Papæ pro defenſione Athanaſii Alexandriæ Episcopi. Dialogus è Græco in Latinum per Caſſiodorum translatus. (h) fol.

Opus magistri Willhelmi Lyndewood ſuper constitutiones Provinciales. (i) fol.

Ann. Luc. Senec. de 4. Virtutibus, de remediis fortùitorum. Ejusdem Proverbia in ordinem Alphabeti. Senec. de moribus. Columellæ Ortuli Commentarium. 4to.

Colu-

(a) LONG. in *Biblioth. Sacr.* duas horum Bibliorum Editiones diverſas memorat.

(b. c) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(d) LONG. *Biblioth. Sacr.*] *Pſalterium linguâ Castellanâ cum Litaniis Sanctorum in* 4to. Vetustiſſima editio charactere Gothico, forſan *Toleti* typis exarata.

(e) *Laquelle fut monstrée par perſonnaiges ainſi que cy apres eſt eſcripte l'an mil CCCC. LXXIIII. Ses festes de Noel en la Ville de Rouen dedans le neuf marchié.* Character *Verardum* referre mihi videtur.

(f) *Verardi* eſſe hæc etiam videtur editio.

(g) Idem eſt Character, quo *Matthæus* CAPCASA *Parmenſis* librum JOAN. *Ferrarienſ. de cœlesti vitâ* ann. 1484. impreſſit.

(h) Hujus editionis typi typis *Joannis* PADERBORN *de Weſtfalia* ſunt non longè abſimiles.

(i) *Operi finis impoſitus eſt anno M.CCCC. triceſimo. Tabula compendioſa compilata per Willelmum de Tylia nemore completa in feſto converſationis Sancti Pauli, anno Domini milleſimo CCCC. XXXIII.*

Digitized by Google

Columellæ de cultu hortorum libri XI. (a) 4to.

Columellæ carmina de cultu hortorum, cum interpretatione Julii Pomponii Fortunati. fol.

Cenſorinus de die natali. Tabula Cebetis Ludovico Odaxio interprete. Plutarch. de invidiâ & odio. Baſil. de invidiâ interprete Nic. Perotto, & de vitâ ſolitariâ interprete Franc. Philelfo. 4to.

Senecæ epiſtolæ ad Lucilium. Ejusdem ad Paulum, & Pauli ad eum Epiſtolæ. fol.

Cicer. de Finib. & Tuscul. Quæstion. (b) fol.

Cicer. de Oratore. (c) fol.

Cicer. Rhetoric. ad Herennium. fol.

Cicer. Paradox. cum comment. fol.

Hubert. Clerici Commentar. in Cicer. Epistol. famil. fol.

Quintiliani Institutiones. (d) fol.

Bartholom. Fontii Orationes. (e) 4to.

Vitruvius, edente Jo. Sulpicio. (f) fol.

Fenes-

(a) In fine ſic; *D. FINIS. S.*

(b) De hâc editione: vide priùs inter libros anni 1477.

(c) Ad calcem hujus, quam vidi, editionis manu quidam adſcripſerat, *Liber impreſſus Venetiis per Bartholomæum Alexandrinum & Andream de Aſcolis an.* 1485. Antiquiorem tamen puto, quia cifris, reclamantibus litteris ac ſignaturis deſtituitur.

(d) Characterе pulcherrimo.

(e) Cum ipſius epiſtolâ ad *Laurentium* MEDICEM.

(f) Cum hôc epigrammate;

Lector, habes tandem veneranda Volumina docti
Victruvii, quorum copia rara fuit.
Hæc lege; nam dices nova, magna, recondita, pulchra,
Et quæ ſint in re ſæpe futura tuâ.
Emendata vides; ſed peccat littera ſiqua,
Corrige; nemo ſatis Lynceus eſſe poteſt.

Io. Sulpicius Lectori ſalutem.

——— *Quod ſi fidelis (ut puto) librarius fuerit, & cum his impreſſis ſcripti calamis conferentur, facilè fides noſtra & diligentia apparebit. Nec tamen illud commiſerim, quin complura ex iis, quæ ille perverterit (neque enim aliter fieri poteſt), in poſtremâ paginâ annotanda nos congeramus.* ——— *Figurarum deſcriptionibus, quoniam earum exempla habere nequivimus, & ſunt rationis difficilis & artificioſus laborioſæ, ſua in marginibus ſpatio ſervabuntur; ut, quem vel noſtro vel aliorum ſtudio edentur in lucem, ſuis locis poſſint affigi &c.*

Raphaeli Riario Cardinali ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Camerario Jo. Sulpicius ſelicitatem.

Quicquid curæ, ſtudii, vigiliarum & operæ in emendando & vulgando Victruvio *poſui* ——— *tuæ dedico amplitudini,* ——— *cui* ——— Victru-

Fenestell. de Romanor. magistatibus ; Albric. de imaginib. Deorum. 4to.

Diogen. Laert. Latinè. fol.

Valer. Maximus. (a) fol.

Declaratio Valerii Maximi à fratre Dionyſio de Burgo ſancti ſepulchrii ordinis fratrum eremitarum Sancti Augustini edita, domino Johanni de Coluña Sancti Angeli Diacono Cardinali dicata. fol.

Sallust. cum comment. Laur. Vall. & Jo. Chryſ. Soldi. fol.

Æmyl. Probus de Vitis excellentium, recognitus per Petrum Cornerum. 4to.

Luc. Ann. Flori epitome ; & Libellus de commendatione Romani Imperii. fol.

Eadem. (b) fol.

Histor. August. Scriptores. fol.

Sueton. de præclaris gestis Romanorum. 4to.

Idem de Rhetoribus & Grammaticis clariſſimis. 4to.

Corn. Tacit. Historiæ Augustæ Lib XI. usque ad XXI. actionum diurnalium. Jul. Agricolæ Vita. Dialog. de Oratorib. antiquis. Libellus de moribus & populis Germaniæ. (c) fol.

Gulielmi Caorſin Rhodiorum Vice-cancellarii obſidionis Rhodiæ urbis deſcriptio. 4to.

Æſopi

Viſtruvium *in deliciis haberi intelligo —— Tu primus Tragœdiæ, quam nos juventutem excitandi gratiâ & agere & cantare primi hôc ævo docuimus (nam ejus actionem jam multis ſæculis* Roma *non viderat) in medio foro pulpitum ad quinque pedum altitudinem erectum pulcherrimè exornaſti.* &c. Sixtus *pon. max. compluribus ſacris ædibus instauratis pontem refecit, vias direxit & ſtravit* &c. Innocentius *verò ad illum* & Paulum *ſuperandum erectus omnia præclara & popularia cogitat* &c. *Nunc Theatrum quin vel instaures, vel novum construas, cave ne differas* &c. *Interim verò noſtrum hoc munuſculum queſo ne aſperneris —— Vale.*

Innocentius VIII. qui hìc nominatur, poſt *Paulum* II. & *Sixtum* IV. ſedem *Romanam* tenuit ab ann. 1484. usque ad 1492. Intrà illud igitur intervallum hanc oportet editionem prodiiſſe.

(a) Hæc & proxima antiquiſſimæ editiones videntur.

(b) Charactere magis ad Gothicum accedente.

(c) Huic editioni præfigitur *Francisci Puteolani* dedicatoria ad *Jacobum* Antiquarium epistola, quæ *Venetæ* editioni 1497.

Digitized by Google

Æsopi Fabulæ Latinè; Vita Æsopi fabulatoris clarissimi è Græco Latina per Rimicium facta ad Reverendum patrem dominum Anthonium tituli Sancti Chrysogoni Presbyterum Cardinalem : cum fabulis Aviani. fol.

Eædem Latinè, cum figuris Ligneis: Rinucio interprete. (a) fol.

GNOMÆ & MUSÆUS. Græcè. (b) 4to.

CEBETIS tabula. &c. Græcè. (c) 8vo.

Xenophont. Cyropæd. Latinè, Franc. Philelfo interprete. fol.

Homeri Iliadis Epitoma, per Pindarum Thebanum. (d) 4to.

Homeri Batrachomuomachia per Carolum Aretinum Latinis Heroicis tradu&cta. 4to.

Theocrit. Bucolic. Lat. per Phileticum; Hesiod. Georgic. per Nicol. de Valle, & Theogon. per Bonin. Mombritium. (e) 4to.

Phalarid. Epistolæ Latinè, Francisco Aretino interprete. 4to.

CALLIMACHUS Græcè. (f) 4to.

EURIPIDIS Med. Hippolyt. Alcest. Andromach. Græcè. (g) 4to.

Terentii Comœdiæ. fol.

Donati Comment. in Terentium. (h) fol.

Servii Comment. in Virgilium. (i) fol.

Horat. Odæ, Epod. & Ars Poetic. cum comment. Acronis & Porphyrionis. (k) fol.

Horatii

(a) Hic libet observare duplicem *Rimicii* & *Rinucii* appellationem.

(b) De hac editione dictum est prius.

(c) Κέβητος πίναξ. Βασιλεία τῶ μεγάλω λόγω σοῦς τοὺς νέους, πῶς ἂν Ἑλληνικῶν ἀρετῶν μέτοχοι λόγων. Πλουτάρχου περὶ παίδων ἀγωγῆς. Ξενοφῶντος Κῦρου παιδεία. Eodem (quantum conjicere possum) charactere, quo uti solebat *Zacharias* Calliergus.

(d) Cum hôc distichо;

Pyndarus hunc librum fecit fecitatus Homerum;
Græcus Homerus erat, sum Pyndarus ipse Latinus.

(e) Hæc *Theogonia* per *Mombritium* versio etiam impressa est *Ferrariæ* 1474.

(f. g) De his dictum est prius.

(h) Cum his Versibus;

Qui cupit obtrusam frugem gustâsse Terentî,
Donarum quærat nostere grammaticum.

(i) Hæc editio signa omnia antiquitatis gerit.

(k) Veteri charactere & nitido.

Digitized by Google

Horatii Sermones. fol.

Catullus. (a) fol.

Ovid. Metamorph. fol.

Calderini Commentarioli in Ibin Ovidii ad Falconem Sinibaldum. (b) fol.

Manilius. 4to.

Juvenalis & Perſius. 4to.

Idem. (c) fol.

Idem. (d) fol.

Juvenal. fol.

Claudiani Siculi viri imprimis doctiſſimi de raptu Proſerpinæ Tragœdiæ duæ heroicæ. (e) fol.

Clau-

(a) Charactere optimo.

(b) In fine hæc:

——— *Nos Commentarios in* Juvenalem, *quos viro principi indicavimus, cum reliquo opere librariis nuper tradidimus imprimendos* ——— *duo quinquagenarii homines, quorum uterque induſtria noſtra vel invidet vel pii adverſatur, ab eo, qui vigeſimum nonum nondum complevit annum, diſcere malint quàm ignorare.* Hæc ſatis gloriosè *Calderinus.*

(c. d) Duæ ſunt editiones diverſæ.

(e) Hujus editionis character *Johannis de Weſtphaliâ* characterem ferme refert. *Claudiani* tres de *Proſerpina* raptu libros in duas Heroicas Tragœdias, conſtantes tribus Actibus ſingulas, vir quidam neſcio quis artificioſè diſtribuit, Poetæque ipſa verba integra ordinémque inviolatum ſervavit. Libet hic lectori curioſo totum opus rarum certè nec ubivis obvium deſcribere. Hunc vidi librum in lectiſſimâ illuſtriſſimi Ducis *Devoniæ* Bibliothecâ, cujus adeundæ copiam mihi ſæpe dat vir ille prænobilis & perhumanus.

Tragœdia prima Heroica incipit feliciter. Argumentum.

Dii, quibus innumerum tetri ſamulantur Averni
Vulgus iners &c. usque ad
Cefferit innumeris Dodonea quercus aristis.
Poëta. Lachesis. Pluto.
Ceres. Jupiter. *Actus I.*
Dux Erebi quondam &c. usque ad
Incultas diſperſa comas. ———
Lachesis Plutoni.
——— *ô maxime noctis*
Arbiter &c. usque ad
Poſce Jovem, dabitur conjux. ———
Poëta.
——— *Vix ille peperci,*
Eruhuitque preces &c. usque ad
Quamvis indocilis flecti. ——— deinde omiſſâ ſimilitudine,
Tum Maiâ genitum &c. usque ad
Et Phlegethontea requiêrunt murmura ripa.
Pluto Mercurio.
Atlantis Tegeæe nepos &c. usque ad
Lucidus umbroſo miſcebitur axis Averno.
Poëta.
Vix ea fatus erat &c. usque ad
Parvâque cognatas prohibent diſcrimina terras.
Deinde omiſſis ſex Verſibus,
In medio ſcopulis &c. usque ad
——— *nullo teritur cultore cacumen.*

Dein-

Deinde omiſſis ſedecim Verſibus,
Hic ubi ſervandum &c. usque ad
Turrigeramque petit Cybelen —— deinde omiſſis novem,
—— *jam linquitur Ætna*
Usque ad *Talia voce movens* ——
CERES TRINACRIÆ.
—— *ſalve gratiſſima tellus*
Usque ad *Ditior oblatas mirabitur incola meſſes.*
POËTA.
Sic ait. &c. usque ad
—— *ac Veneri mentis penetralia nudat.*
JUPITER VENERI.
Curarum ſecreta &c. usque ad
Ferrea laſcivis mollescant corda ſagittis.
POËTA.
Accelerat præcepta Venus &c. usque ad
—— *attollit litora gemmis.*
Deinde omiſſis decem,
Necnon & patrui &c. usque ad
Lydia Sidonio quod femina timxerat oſtro.
Deinde omiſſis duobus tranſitur ad Actum ſecundum.
POËTA. ÆTNA. VENUS. *Actus II.*
Jámque viam Pluto ſuperas &c. usque ad
Crastina venturæ ſpectantes gaudia prædæ.
Deinde tranſitur ad ſecundum Librum, & omiſſis tribus primis Verſibus,
Jámque audax animi &c. usque ad
Prodigio, comites greſſus junxere ſorores.
Postea omiſſis viginti quinque,
Quas inter Cereris proles &c. usque ad
—— *ſi ſpicula, Phœbe.*
Tum omiſſis triginta & uno,
Videràt herboſo &c. usque ad
Compellat Zephyrum. ——
ÆTNA ZEPHYRO.
—— *Pater ô gratiſſime Veris,*
Usque ad —— *Ornari numina ſeriis.*
POËTA.
Dixerat. &c. usque ad
—— *& dulci violas ferrugine pingit.*
Et omiſſis viginti quatuor,
Hæc elapſa cohors gaudet per florida rura,
Hortatur Cytherea legant ——
VENUS PALLADI & DIANÆ *ſororibus.*
At verò Venus hic non alloquitur Palladem & Dianam, ſed puellas, quas ad legendos flores hortatur.
—— *nunc ite, ſorores,*
Usque ad *Roranti prævectus equo.* ——
POËTA.
—— *ſic fata, doloris*
Usque ad
Injectà voluit tandem frænare coronâ.
POËTA. PALLAS. DIANA.
PROSERPINA. PLUTO. *Actus III.*
Talia virgineo &c. usque ad
Sub terris quærebat iter. —— Dein omiſſis decem,
—— *jam tertius hæret*
Saturni latebroſa &c. usque ad
Tybri natat, miſſamque Pado qui remigat alnum.
Et omiſſis decem,
Poſtquam victa manu &c. usque ad
Excutit, & viles paſtorum deſpicit iras.
PALLAS PLUTONI.
Ignavi domitor vulgi, deterrime fratrum,
[* *Proh nefas!* &] *qua te ſtimulis facibuſque profanis.*
Usque ad —— *advena mundum.*
POËTA.
Talia vociferans &c. usque ad *Latonia voces.*
DIANA PROSERPINÆ.
Sis memor &c. usque ad —— *delubra tacebunt.*
POËTA.
Interea volucri &c. usque ad —— *ad nubila rumpit inanes.*
PROSERPINA JOVI.
Cur non torſiſti &c. usque ad —— *prædonis habenas.*
POËTA.
Talibus ille &c. usque ad —— *voce dolorem.*
PLUTO PROSERPINÆ.
Deſine funeſtis &c. usque ad
Sit fatum, quod cumque voles. ——
POËTA.
—— *hæc fatus, ovantes*
Exhortatur equos &c. usque ad finem ſecundi Libri.
Finis capedo Proſerpinæ Tragœdiæ prima Heroica. Incipit ſecunda.
Et Liber tertius.
POËTA. JUPITER. *Actus I.*
Jupiter interea cinctam &c. usque ad
Naiades, & taciti mirantur ſidera Fauni.
JUPITER Deorum cœtui.
Adduxere meas iterum &c. usque ad
Dixit, & horrendo concuſſit ſidera motu.
POËTA. CERES. PROSERPINA.
CYBELE. ELECTRA. *Actus II.*

At

* Hæc [*Proh nefas!* &] loco illorum [*Pallas ait*] repoſuit hujus tragœdiæ conciunator, malè correptâ ultimâ in voce *nefas.*

At procul armisoni &c. usque ad
Evaluit [* genitrix in talia verba prorupit

CERES PROSERPINÆ.

Proh dolor ! &c] *cujus tot pœna criminis* [hæc sunt]
Unde hæc informis macies? &c. usque ad
——— *an vanâ fallimur umbrâ?*

PROSERPINA CERERI.

Illa refert. Heu dira parens &c. usque ad
Vel tantùm visura veni. ———

POËTA.

——— *Sic fata tremontes*
Tendere &c. usque ad ——— *compellat voce Cybelem.*

CERES CYBELE.

Jam non ulteriùs &c. usque ad
Heu longa nocuere moræ. ———

CYBELE CERERI.

——— *ne tansa tonanti*
Segnities &c. usque ad ——— *revertere casu.*

POËTA.

Hæc ubi &c. usque ad ——— *oblectamina ludo.*

Tum omissis septem Versibus

[Interea obscurâ] *tectorum in parte jacentem*
Conspicit Electram &c. usque ad
Laxavit fronisque dolor ———

CERES ELECTRÆ.

——— *Quod cernimus, inquis,*
Excidium? &c. usque ad
Hæccine vestra fides? ——— Tum omissis quatuor,

ELECTRA CERERI.

——— [soboles] *utinam vesana gigantum*
Usque ad ——— *mandaverat astris.*

Tum omissis quinque,

Prima Venus &c. usque ad ——— *velut insicia quærit.*

Tum omissis tribus,

Dum loca miratur &c. usque ad ——— *tractura relinquor.*

POËTA.

Heret adhuc &c. usque ad ——— *pectore fertur.*

Tum omissis sex,

[Factáque jam] *toto* [demens] *bacchatur Olympo.*

CERES VENERI, PALLADI & DIANÆ.

Reddite [cœlicolæ]: *non me* &c. usque ad
Nulla poteſt placare quies. ———

POËTA.

——— *his increpat omnes*
Vocibus &c. usque ad
Inque humiles dilapſa preces [his talia fatur]

CERES PALLADI & DIANÆ.

——— *ignoſcite ſiquid*
Usque ad ——— *Cereris de ſtirpe triumphum.*

POËTA. CERES. *Actus III.*

Hæc fatur, notisque jugis &c. usque ad
——— *& certo præstentat brachia niſu.*

Tum omissis sex,

Poſtquam pervenium eſt &c. usque ad ——— *proſatur.*

CERES.

Non tales gestare &c. usque ad ——— *qualem per somnia vidi.*

POËTA.

Sic ait &c. usque ad ——— *pars nondum exterrita lasrat.*

Raptûs Proſerpinæ Tragœdia ſecunda heroica explicit feliciter.

Deinde Tragœdiarum concinnator addit ea, quæ sequuntur.

Ex tragico poemate ſuperaddita Proſerpinam à Venere ſurreptam ac deceptam constat. Quòd verò ipſa eadem Venus plerosque alios (proh dolor!) arripiat fallátque, ex ſequentibus non minùs venustis quàm elegantibus verſiculis mox luce clariùs apparebit.

Tres Deæ ad PARIDEM.

Tres ſumma ecce Dea formâ ſe qualibet effert;
Hôc in iudicio, volumus, Paris, arbiter esto.
Cui pomum dederis: titulum ſimul ipſe refcrto.

VENUS.

Plectra ſonora, joci, plauſus, laſciva voluptas;
Hæc mea. Si reliqui me prefers, ipſa puellam
Pro mercede dabo, quâ non formoſior ulla.

JUNO.

Sceptrorum ſublimis honor, faſcésque tremendi,
Divitiæque mei juris. Te judice palmam
Si tulerim, regno per me domabere ſummo.

PALLAS.

Qua cælum, qua terra tegit, qua pontus & orbis,
Legibus astringo certis; nil me ſinit cæcum.
Te, ſi me ſequeris, non abstrahet invius error.

Judicium PARIDIS.

Grata mihi tua forma, Venus, tua munera grata;
Plus aliis mihi mente ſedes. Certaminis ecce
Pignus habe victrix auri ſpectabile malum.

POË-

* Uncinis inclusa à tragœdiæ concinnatore addantur.

Claudian. de raptu Proſerpinæ cum comment. A. Jani Parrhaſii. (a) fol.

Ludicrum Drama Plautino more fictum à Jacobo Locher philomuſo, de ſene amatore, filio corruptore, & dotatâ muliere. 4to.

Varronis Libri de Linguâ Latinâ. (b) fol.

Varron. Lib. de Ling. Lat. 4to.

Δημητρίυ Χαλκονδύλη ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ συνοπτικὰ τῶν ὀκτὼ τῦ λόγυ μερῶν μετά τινων χρησίμων κανόνων. Τῦ σοφωτάτυ καὶ λογιωτάτυ κυρῦ Μανηλ τῦ ΜΟΣΧΟΠΟΤΛΟΥ, διορθωθέντων ἐρωτημάτων. Περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ ΚΟΡΙΝΘΟΥ παρεκβληθεισῶν. (c) fol.

Aurea

POËTA.

Hâc in lite triplex hominum mellita poëſis
Depinxit ſtudium, quorum datur optio cunctis.
Falluntur tamen optando plerique ſequaces:
Luxus habet multos; honor & ſapientia paucos.

Epitaphium illuſtriſſimi LADISLAI Bohemiæ *atque* Hungariæ *Regis.*

Huic teneras, lector, lachrymas impende ſepulchro,
Ingenium pietas ſi movet ulla tuum.
Nam jacet in primo defunctus flore juventæ
Rex idem quondam Pannoniæque decus.
Dura Ladislaus *in* Perſas *bella parabat*
Robore militiæ divitiisque potens:
Ut validum fidei trans Pontum *pelleret hoſtem,*
Demeret è Græcis *exitiale jugum.*
Sed bis undenos nondum compleverat annos,
Cum rapuit juvenem præcipitata dies.
Jam populos in ſpem vincendi traxerat omnes,
Additus & Perſis jam metus acer erat.
Jámque gener poterat Gallorum *ab Rege vocari,*
* *Mors niſi turbâſſet invida comitiam.*
Explicit.

(a) Epiſtola dedicatoria ad *Cottam* data eſt VII. Cal. Jan. M. D.

(b) Correxit *Pomponius* monitu *Lælii Vallenſis*, & *Platynæ* dedicavit. POMPONIUS PLATINÆ *ſalutem.* —— *Eos monitu* Lælii Vallenſis *magnæ & ſingularis doctrinæ legi ſummâ curâ ac diligentiâ. Ubi librarii literas mutaverunt, correxi. In his, qua inſcitia penitus corrupit, non auſus ſum manum imponere, ne forte magis depravarem. Addidi tamen Indicem per ordinem litterarum* ——

In fine hæc leguntur: *Parce, qui legeris, ſi aliqua minùs polita invenerit. Nam ita ex omni parte, ſive ſæculum ferarit ſive librarii, Volumen quodvis corruptum erat, ut neceſſe fuerit aucupari hinc indè ſententias. Ideo ſint rubore veniam dabis, & errori veniam imponas* Pomponius *tuus erat. Vale.*

(c) Unum hujus rariſſimæ editionis exemplar vidi in præſignisſimâ nobiliſſimi Comitis de *Sunderland* Bibliothecâ, quam (quod contingit pauciſſimis) Librorum ingens numerus ſimul & ſingularis commendat bonitas; quorum multis hos Annales locupletavi, & (ſi per varia, ac perpetua, quibus Poſſeſſor Illuſtriſſimus oneratur, negotia adire frequentiùs ac liberiùs liceret) pluribus adhuc locupletarem.

Hic *Chalcondyla*, *Moſchopuli* & *Corinthi* codex Grammaticus charactere optimo impreſſus nullas reclamantes, ſed ſolas ſignaturas (αι, αι, αιτι, αιτι &c.) gerit. Habet autem in *Moſchopuli* fine (quod in Libris Græcis ante 1500. excuſis perrarò occurrit) erratorum indicem: cujus ſpecimen hîc ſubjiciam.

Τὰ ὸ τῇ γραμματικῇ ὑφεσκέμμα σφάλματα ὸν ταύτῃ παρίχονται τῇ τελείᾳ καὶ τιμίᾳ ἐπιστημάστις.

Ἐν τῷ πρώτῳ φύλλῳ τῇ πρώτῃ τιτγράδι ἐνὶ τῷ δευτέρῳ καταβατῷ ὸν τῷ δωδεκάτῳ σί-

* Hic *Ladislaus* mortuus eſt anno 1453. lege *Cornelog.* RICCIOL.

Digitized by Google

Aurea Grammatica puerorum dictis fulcita ferè omnium majorum, & præſertim Prisciani & Nicolai Perotti ſuper textu irrefragabilis doctoris Alexandri. fol.

Guarini Veronenſis regulæ Grammaticæ. Institutiones Grammat. per Bartholom. Philalitem. 4to.

Differentiæ vocum exceptæ ex Laur. Vall. Non. Marcell. & Serv. ab Antonio Nebriſſenſi. (a) 4to.

Marini Becichemi Scodrenſis variarum obſervationum collectanea. (b) fol.

Andreæ Guarnæ Salernitani Bellum Grammaticale. 4to.

Vocabularius ex ſummâ Januenſis *Catholicon* dictâ & Huguitione & Papiâ præſertim excerptus. fol.

Boni Accurſii Piſani index locorum in commentar. Cæſar. Bell. Gallic. & nominum, quæ ei prisca nostráque ætas indidit. (c) 4to.

Octavii Cleophili Fanenſis libellus, de cœtu poëtarum; & Epistol. 4to.

Francisci Philelfi conviviorum Mediolanenſium libri. 4to.

Baptist. Guarin. ad Maffeum Gambaram Brixianum discipulum ſuum de ordine docendi ac ſtudendi. 4to.

Bartholom. Platynæ dialogus de floſculis Linguæ Latinæ. 4to.

Laur. Vallæ Dialecticæ Libri tres. Logica Beat. Augustini. 4to.

Anton. Sabellici Annotationes in Plinium. Phil. Beroaldi Annotationes contra Servium. Angel. Politiani Miscellanea. fol.

Nic. Perotti ad Franciscum Guarinum Epistola de Plinii in Nat. Hist. ad Vespaſian. Epistolà. Cornelii Vitellii ad Parthenium Benacenſem Epistola. (d) fol.

Nic. Perot. de generibus metrorum. Omnib. Leoniceni de Vincentiâ Libellus de arte metricâ. Marii Servii Centimetrum. 4to.

Primo

χω τὸ ἐξῆς διαστίξον. Ἐν δὲ τῷ τρίς πρὸ δικάτῳ τὸ καταπεχθοῦ ἀξιπαστέον μόνον.

Ἐν τῷ ἰβδόμῳ φύλλῳ τῷ πρώτῳ ὁ τῷ δευτέρᾳ στιλίδι κατὰ τὸ τέλος λείπῃ ὦ Δεμοσθένους πρὸ Δημοσθένους. &c. &c.

(a) Eodem Characˆtere, quo *Chriſtof. de Cremonâ* ÆL. ANTON. *Nebriſſ.* Grammaticam Latinam impreſſit ann. 1491. 4to.

(b) Dedicatur *Antonio* CONTARENO.

(c) Hunc Librum *Accurſius* dicat Comiti *Johanni Francisco* TUARIANO Ducali Quæstori.

(d) De hâc *Vitellii* Epistolâ priùs dictum eſt ad ann. 1500. ubi PEROTTI *Cornucopiæ* fit mentio.

Digitized by Google

Primo mearum in typographicis Annalibus deſcribendis lucubrationum Volumini finem jam imponit Centuria decima quinta. Neceſſarios Indices cum Appendice duxi, ad operis univerſi calcem commodiùs reſervandos. Vale interim, Lector; quámque in Operis hujus limine te rogavi, veniam mendis plurimis non ſolùm typographicis (quibus tum mea à prelo abſentia, tum obrepens in autographo præparando oscitatio locum dedit) ſed & aliis gravioribus erratis, aut quædam perperàm affirmando, aut alia omittendo, ex merâ ignorantiâ ortis (quæ tandem in Appendice promiſſâ recognoscam) indulgeas oro; quò tua meæ in posterum diligentiæ, ad horum Annalium quod adhuc reſtat perficiendum, calcar & animos addat benevolentia.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google